Universidad de Concepción
Bibliotecas

M. TVLLII CICERONIS ORATIONVM TOMVS SECVNDVS.

Ex castigatione Ioannis Boulierij.

MATVRA

LVGDVNI,
Apud Ioannem Frellonium.

1560.

PETRO BEMBO
ANDREAS NAVG.

QVo multæ ac variæ Bębe artes sunt, quibus maximè inter mortales gloriam consequi possumus, tum duæ præcipuè, quas in amplissima & dignitatis & laudis gradu locare homines cõsuerunt. Res militaris, & Eloquentia. Hæ cum eiusmodi sint, vt nulla se ars alia, quæ plura in communem omnium vtilitatem afferat, neq; quicquam in hominibus esse possit, quod non harum præsidio egeat, & sub earum quasi tutela contineatur: quippe illa bellum administratur, hæc pacis moderatrix est: in quarum rerum altera ciuitates semper esse necesse sit, nullum gloria, nullum honoris præmium est, quod nõ illis merito tribuendum putetur. Sed quoniam ita natura comparatum est, vt longè acrius nos ea perturbẽt, quæ molesta sunt, quam iucunda delectent: quòd ea incommoda, quæ plurima inferre bellum solet, Imperatoris scientia propulsantur: tum, id quod primum ab hominibus ducitur, imperij sæpe fines proferuntur: ipsius denique pacis commoda, tum demum, cùm bellum sublatum est, perfrui possumus: hinc factum est, vt à plerisque longè imperatoria laus, eloquentiæ præferretur. Neque verò in vllam mihi nunc partẽ disputandum est, hoc tantùm dixerim: si quis ipsas hæc per se artes consideret, nõ esse, cur tam facilè in seriur Imperatoris orator haberi debeat. Quid ille vt præclarè omnia, quæ ei cognoscenda sunt, teneat, sine peditatu, sine equitibus, sine reliquo belli apparatu, facere vnquam poterit? Quid, nisi fortuna affuerit? in cuius

Universidad de Deusto
Biblioteca

mann, cũ humana omnia, tum præcipuè belli eueu
tus esse existimatur. Hic nullius præterea opera,
aut auxilio indiget: solus sibi ipse sufficit: solus ipse
sine vllo comitatu, quod in ipsa arte est, præstare,
ac suum tueri munus potest. Quid, quòd sine dicen
di vi ne ipse quidem Imperator satis instructus ha
beri debet? consolandi sæpe milites, reprimẽdi, ani
mandi in hostes sunt: ea plerunque incidunt tem
pora, vt vna hac arte maximè omnium necessaria
in castris sit: huic vni magni sæpe exercitus pro
fligati, magna parta victoria debeantur. Sed hic
omnis hoc tempore disputatio omittatur: atque id
modò mihi satis sit: in pacatis ciuitatibus nulla
re magis homines, quàm eloquentia, cæteris ante
ferri. Hac, vt vetustiora omnia prætermittam,
nonne in nostra maximè Repub. intueri possumus?
in qua cum omnibus bonis artibus sit suus semper
honos habitus: nulli tamen ampliora, quàm elo
quentiæ præmia constituta sunt. Quàm multi pa
trum memoria, quàm multi nostra, ob hanc vnam
ad summos honorum gradus euecti sunt? neque id
immerito. Cùm enim omnia maiorum nostrorum
instituta, quibus hæc vrbs administratur, nihil
prope aliud, quàm pacem spectent: quosnam potius
ad huiusmodi Reipublicæ gubernacula admitten
dos sit, quàm is, qui pacis artibus eruditus, quem
sibi ille proposuerunt, tenere cursum possit? vnus
profectò orator est, qui omnia, quæ ad conseruan
dam hanc Rempublicam statum necessaria sunt,
complectatur. Hic improbos elicit, tuetur bonos,
alienam à Reipublicæ commodis & dignitate sen
tentiam refellit: quæ vtilia simul, & decora existi
mat, persuadere conatur: virtutes laudando, quasi
exempla quædam, quæ imitari debeant, ciuibus
proponit: vitia improbando, quid fugiendum ma

ximè ac vitandum sit, ostendit: denique quasi in
specula quadam positus, omnia circumspicit, ac
nullam Reipublicæ partem prætermittit. Non est
igitur quod miremur, si eam artem, quæ omnium
maximè hominum commodis, ac saluti consu
lit, maximè homines admirantur: & qui ea
præstat, præstare cæteris, & vnum plurimum posse
volunt. Sed quanquam maxima in hac Republi
ca proposita suæ eloquentiæ præmia, & hac mul
ti via ingressi, ad summos sæpe honores peruene
runt: non est adhuc tamen ei nostra in ciuitate
orator auditus, qui perfectè eloquens dici posset.
Quod nulla arte adhibita, ingenij vi, & exerci
tatione, atque vsu quodam effici potuit, id nostri
homines consecuti sunt: ornatur ille ex eruditio
ne cultus, & ea, quæ maximè oratorem instruunt,
præcepta desiderant. Sed neque id, quod omnium
maximum existimandum est, è probatissimis
quemque sibi vnquam illi, quem imitarentur,
proposuerunt. talem neminem cùm audirent, ne
ex veteribus quidem aliquem, quid alia est lin
gua locutos videbant, magnopere quærendum
esse indicauerunt. Qua in re tantum abest, vt
egoillis assentiar, vt id etiam censeam, alia nun
quam ratione summam illam eloquentiæ gloriam
acquiri posse. Ac Latina nos quidem lingua tam
pridem loqui desiimus: & hæc, quæ nunc vti
mur, recentior multos iam annos tota Italia suc
cessit. Sed & ex illa tamen transferri in hanc
permulta possunt: neque vllus elegantis oratio
nis ornatus reperiri potest, quem ipsa hæc non rece
piat: adhibendas modò Latinis scriptoribus nostri
homines sibi aures, atque animũ existimẽt. Hinc
rerum cognitionem, hinc ea, quæ necessaria ad
dicendum præcepta sunt, hinc verborum orna

Universidad de Deusto
Biblioteca

& meis etiam ciuibus, qui dicendi facultate hominum sibi studia conciliare, atque in Republica principes esse voluerint? si sibi has legendas duxerint, quò maius quiddam, quàm ceteri adhuc omnes consecuti sunt, adipiscantur, non parum opis attulisse videri debeo. Qua in re si excellenti eloquentia homines præter cæteros Respublica utiles habendi sunt: nunnihil ipse etiam Respublicæ profuisse existimandus sum. Harum ego Orationum cum primùm nuper Leonicæ Pisaniſci Maximo volumen misissem: cui hoc alterum à me potius, quàm tibi Bembe mittendum fuit? Si amicos quærendus, quem mihi ego te amiciorem putem? qui nouum aliquod quotidie tuæ in me benevolentiæ signum ostendas: neque unquam bene de me mereri desinas: vt tuus scilicet ille in me animus, qui mihi qui dem est perspectissimus, perspectior in dies tamen & mihi, & cæteris omnibus esse possit. Si is, cui plurimum deberem: ea sunt tua in me merita, vt ego ne ad habendas quidem tibi gratias parem me esse sentiam: & ea ideirco non commemorem, ne cum & plurima, & maxima à me dicta fuerint, & plura tamen, & maiora præterita esse videantur. Quid, quòd Ciceronis scripta nemini aptius mitti potuerunt, quàm ei, qui ita illa sequitur, vt assequatur? Tibi quidem & felix, & ad omnes æquè res accommodatum ingenium est: sed nescio quo pacto tamen hæc una in re maximè elucet, quòd quemcunque dignum iudicauerit, quem tibi proponendum putes, præclarè tuis scriptis semper effinxerit. Quis soluta vnquam oratione ipsum hunc Ciceronem, tam uberem, tam vnum ex omnibus omni re absolutum oratorem, felicius reddidit? Quis versibus diuinam illam Maronis vim, & maiestatem

exacta hauriant: hinc demum sibi aliquem deligant, cuius similes velint esse. Non est quod desperem, si ad naturæ vim, & frequentem dicendi vsum, hæc etiam accesserint: fore, vt aliquando nostra etiam in ciuitate summus orator audiri possit. Nec Roma quidem, qua hac re ximè laudè floruit ad primi cæpit, quàm eloquentiæ studiosi Græcorum hominũ sibi scripta euoluenda, & quæ ab illis essent tradita, percipienda esse penitus putauerunt. Tum denique ita verbis, ita sententiis, ita omni dicendi copia, omni ornatus genere Romana se oratio locupletauit: vt ipsius etiam harum rerum & inuentricis, & perfectricis Græciæ felicitatis breui tempore se adæquauerit. Idem nunc nobis faciendum est: vt à Græcis illi, sic à Latinis nostris, si esse aliquid volunt, multa transferant necesse est. Cum omnes antiqui scriptores perlegendi, tum præcipuè Ciceronis scripta, & ex his Orationes maximè semper in manibus habendæ sunt. Nullas neque in iudicijs, neque in consultationibus incidere locus potest, cuius non plurima hinc exempla, tanquam è thesauro quodam, depromi possint. Sunt quidem & alij, qui egregiè scripserint: nec quisquam omnino è veteribus illis est, quem ego non plurimũ profuturum arbitrer. Sed vnam fortasse illi aliquam eloquentiæ partem absoluerunt: huic vni ita omnes illius opes concessæ sunt, vt eas nostri oratores si adepti fuerint, nihil sit, quod sibi præterea desiderandum putent. Ita enim locutus est, vt Ciceronis vox, ipsius vox esse eloquentiæ videatur. Quam ob rem cum horum Orationes, quas, vt pleraque omnia, vetustas fere delerat, mea nunc opera longè emendatiores factæ, & facilius intelligi, & libentius legi possint, non Latina solùm lingua profuisse, sed

& meis

propius accessit? Magnum quiddam, hac præsertim tempestate, fecisse videri solent, qui in horum altero ita elaborarint, ut non omnem saltem operam luisse exitimentur: tu, qui in utroque excellis, quibus laudibus, quanta admiratione dignus es? Quid? nostra hac lingua, quam non secus nunc, ac veterem quendam illam Latini, sibi Hetrusci vendicant, nonne hoc tibi idem contigisse uius omnem ita elegantiam assecutus es, ut eum & multa iam à plerisq; eo sermone scripta sint, quæ nonnulli vel Latinis etiam æquanda censeant, neque eorum tu cuiquam ullo in genere cedere videaris: longè tamen maius quiddam, quàm ad hanc diem effectum sit, de te sibi homines polliceantur. Hanc adeò tua illa scripta, quæ partim maxima cum tua laude in manibus hominū iamdiu versantur, partim egregiè inchoata, apud te adhuc sunt, expectationē excitarunt. Tu profectò is eras, qui eam gloriam, quam desiderari adhuc diximus, in nostram Rempublicam inferre posses: sed alia te ab hac cura negotia auerterunt. Ab Leone x. Pontifice Maximo accitus, qui illi à secretis esset, à nobis abstrahius es: & earum, quibus orbis regitur, curarum particeps, ita maximis semper rebus destineris, ut ne ea quidem, qua tam præclarè cœperas, adhuc scripta perfici potuerint. Sed dabitur profectò id aliquando, quod & tu tantopere exoptas, otium: dabitur tempus id, quo totum te ad literarum studia referre possis: quod tibi omne in optimis artibus summa cum tranquillitate animi tui arbitratu consumendum sit. Tum certè id in te videbimus, quod plerunque in agris fieri consuevit: qui intermisso cultu, maiore quadā vbertate quasi referre gratiam quietis solent. Tum tu, quanquam Latina lingua

splendor

splendor ob oculos maximè tuos obuersabitur, hanc tamen nostram necontemnit: sed & illi etiam cogitationum tuarum aliquid impertire. Vetus illa tam multos in omni genere illustres scriptores habet, vt neq; vllius iam ingenio fieri possit ornatior: & tu illis fortasse par, superior quidem certè nullo modo esse possis. hæc ab nullo ita culta adhuc est, vt non facillimum tibi ipsi præsertim sit, longo internallo omnibus anteferri. ac principē tibi locum suæ vlla cōtrouersia vendicare. & certè quod à patribus nobis nostris est tradita, quòd ea loqui cōtigit, id à nobis illi quasi deberi videtur, vt omnium maximè, quantū fieri à nobis potest, & vberē esse, & ornatam velimus. In hanc tu rem si animū intenderis, breui tempore futurum video, vt sicut à Latinis quondam illi ipsi, quos sibi præposuerant, Graci de possessione eloquentiæ deturbati sunt: sic nos neque verborum copia, neque vllo orationis ornatu à Latinis vincamur. Hoc aut tu, aut nemo hac tempestate facere alius potest. Quam ob rem ad eam tu quidē te gloriā præpara: à nobis hæc quan

cunque sunt, quoniam maiora non possumus, ita accipito, vt maxima tamen existimes: quanta maxima eorum sunt, quæ ab ingenio nostro prouenire possunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX ORATIONVM SECVNDI TOMI.

Pro lege Manilia ad populũ Ro. oratio XIII.
Pro A. Cluentio Habito. Oratio XLIII.
De lege Agraria contra P. Seruilium Rullum Trib. pleb. in Senatu. Oratio XV.
De lege Agraria contra P. Seruilium Rullum Tribunum plebis ad populum. Oratio XVI.
De lege Agraria contra Rullum Trib. pleb. ad populum. Oratio XVII.
Pro C. Roberio perduellionis reo ad Quirites. Oratio XVIII.
In L. Catilinam in Senatu. Oratio XIX.
In L. Catilinam ad Quirit. Oratio XX.
In L. Catilinam ad Quirit. Oratio XXI.
In L. Catilinam in Senatu. Oratio XXII.
Pro L. Murana. Oratio XXIII.
Pro L. Flacco. Oratio XXIIII.
Pro P. Sylla. Oratio XXV.
Pro A. Lucrio Archia poëta. Oratio XXVI.
Ad Equites Romanos antequam iret in exilium. Oratio XXVII.
Ad Quir. post reditum suum Oratio XXVIII.
Post reditum in Senatu. Oratio XXIX.
Pro domo sua ad Pont. Oratio XXX.
De Aruspicũ responsis in Senatu. Orat. XXXI.
Pro Cn. Plancio. Oratio XXXII.

TRO

PRO LEGE MANILIA, AD POPVLVM

ORATIO XIII.

QVANQVAM[1] mihi semper frequẽs conspectus vester multo iucundissimus, hic autem locus ad agendum amplissimus, ad dicendum ornatissimus esse visus Quirites: tamen hoc aditu laudis, qui semper optimo cuique maximè patuit, nẽ mea me voluntas, sed mea vita rationes ab iuuente ætate suscepta prohibuerunt. Nam cum antea per ætatem nondum huius auctoritatem loci contingere auderem, statuerẽque, nihil hinc, nisi perfectum ingenio, elaboratum industria afferri oportere: omne meum tempus amicorum temporibus transferendum putaui, ita neq; hic locus vacuus vnquam ab iis qui vestram causam defenderent: [2]& meus labor in primatorum periculis caste integréq; versatus, ex vestro iudicio fructum est amplissimum consecutus. Nam cum propter dilationem comitiorum ter Prætor primus Centuriis cunctis renunciatus sum, facile intellexi Quirites, & quid de me iudicaretis, & quid aliis præscriberetis. [3]Nunc cum & auctoritatis in me tantum sit, quantum vos [4]honoribus mandandum esse voluistis: & ad agendum facultatis tantum, quantum homini vigilanti ex forensi vsu propè cotidiana dicendi exercitatio potuit afferre: certè & si quid etiam dicendo consequi possum, vis offendam potisi

1 Hoc exordio sufficiam causã rationem exponit Cic. eũ significatione gratiæ animi, & officij sui publicationem quæ omnia tractatur per dissimulationem, cuius species aucta multis dissimilibus cõtinet explicationẽ causarum, cur ante id tempus in Rostra non ascenderit.

2 Commendat obiter suã operã forensem ex cõsequentibus enumix.

3 distendit primatix dissimilitudinem ex causis adiunctis.

4 Metonymia 4. modi.

tissimum, qui ei quoque rei fructum suo iudicio tribuendum esse iudicauerunt. [1] Atque illud in primis mihi laetandum iure esse uideo, quòd in hac insolita mihi ex hoc loco ratione dicendi, causa talis oblata est, in qua oratio nemini deesse posset. Dicendum est enim de Cn. Pompeij singulari, eximiaque uirtute: huius autem orationis difficilius est exitum, quàm principium inuenire: itaque non mihi tam copia, quàm modus in dicendo quærendus est. [2] Atque ut inde oratio mea proficiscatur, unde haec omnis causa ducitur: bellum graue, & periculosum uestris uectigalibus, atque sociis à duobus potentissimis Regibus infertur, Mithridate, & Tigrane: quorum alter relictus, alter lacessitus occasionem sibi ad occupandam Asiam oblatam esse arbitratur. Equitibus Ro. honestissimis uiris adferuntur ex Asia quotidie litera, quorum magnae res aguntur in uestris uectigalibus exercendis occupatae: qui ad me pro necessitudine, qua mihi est cum illo ordine, causam Reip. periculaq; rerum suarum detulerunt: Bithynia, quae nunc nostra prouincia est, uicos exustos esse complures: Regnum Ariobarzanis, quod finitimum est uestris uectigalibus, totum esse hostium potestate: Lucullum magnis rebus gestis ab eo bello discedere: huic qui succurrerit, non satis esse paratum ad tantum bellum administrandum: unum ab omnibus sociis, & ciuibus ad id bellum Imperatorem deposci, atque expeti: eundem hunc unum ab hostibus metui, praterea neminem. [3] Causa qua sit uideris: nunc quid agendum sit consideremus. Primum mihi uidetur de genere belli, deinde de magnitudine, tum de Imperatore deligendo esse dicendum. [4] Genus est enim eius modi, quod maximè uestros animos excitare, atque inflam

1 Excitat attentionem ex subiecto & adiuncto quodam & breuiter dicturum ostendit.

2 Propositio est: & quasi fundamentum totius causæ.

3 Conclusio propositionis eũ tribus ad summã partitionem totius orationis, quæ tribus mẽbris constat.

4 Primũ partitionis membrũ disputat ex hoc in hac sententia: bellum quæ geritur pro gloria populi Ro. &c. magno studio gerendũ est. Mithridaticum bellũ est eiusmodi. magno igitur studio gerendũ est. Assumptio præcedit breuiter cogerle quatuor capita proponens.

inflammare debet: in qua agitur Pop. Rom. gloria, qua uobis à maioribus cum magna in rebus omnibus, tum summa in re militari tradita est: agitur salus sociorum atque amicorum, pro qua multa maiores uestri magna & grauia bella gesserunt: aguntur certissima Pop. Ro. uectigalia, & maxima, quibus amissis, & pacis ornamenta, & subsidia belli frustra requiretis: aguntur bona multorum ciuium, quibus est & à uobis, & ab Imperatoribus Reipu. consulendum. [1] Et quoniam semper appetentes gloriæ prater cæteras gentes, atque auidi laudis fuistis, delenda est uobis illa macula Mithridatica bello superiore suscepta, quæ penitus iam insedit, atque inueterauit in Popu. Romani nomine: quòd is, qui una die, tota Asia uis in ciuitatibus, uno nuntio, atque una literarum significatione cines Rom. necandos, trucidandosque denotauit, non modò adhuc pœnam nullam suo dignam scelere suscepit, sed ab illo tempore annum tam tertium, & uigesimum regnat, & ita regnat, ut se non Ponto, neque Cappadocia latebris occultare uelit, sed emergere à patrio regno, atque in uestris uectigalibus, hoc est, in Asia luce uersari. [2] Etenim adhuc ita uestri cum illo Rege contenderunt Imperatores, ut ab illo insignia uictoriæ, non uictoriam reportarent. Triumphauit L. Sylla, triumphauit L. Murena de Mithridate, duo fortissimi uiri, & summi Imperatores: sed ita triumpharunt, ut ille pulsus, superatúsque regnaret. Verumtamen illi Imperatoribus laus est tribuenda, quòd egerunt: uenia danda, quòd reliquerunt: propterea quòd ab eo bello Sylla in Italiam Respu. Muranam Sylla reuocauit. Mithridates autem omne reliquum tempus, non ad obliuionem ueteris belli, sed ad comparatio

1 Fusius explicat 1. cap. assumptionis & subiectum propositi 6. uis ampliꝑcat.

2 προλαμβάνεται obiectionis quæ fieri poterat, quá per dissimilitudinem soluit.

nem

nem nomi centulæ qui pulcherrimas ædificasset ornassetque classes, exercitusque permagnos quibuscunque ex gentibus potuisset, comparasset, B. Hiempsalem Numidarum regem in regnum restituisse, usque in Hispaniam Legatos Exbatanis misit ad eos ducendos, quibus una cum bellum gerebamus: ut cum duobus in locis disjunctissimis, maximeque diversis uno consilio, ab unis hostium copiis bellum terra, marique gereretur, vos ancipiti contentione distractis de imperio dimicaretis. [1] Sed tamen alterius partis periculum Sertoriana atque Hispaniensis, qua multo plus firmamenti, ac roboris habebat, Cn. Pompeij diuturno consilio, ac singulari virtute depulsum est: altera pars ita rei à L. Lucullo summo viro est administrata, ut initia illa gestarum rerum magna atque præclara, non [2] felicitati eius, sed virtuti: hæc autem extrema quæ nuper acciderunt, non culpæ, sed fortunæ tribuenda esse videantur. [3] Sed de Lucullo dicam alio loco, & ita dicam Quiritet, ut neque vera laus ei detracta oratione nostra, neque falsa afficta esse videatur. [4] Sed pro vestri imperij dignitate atque gloria, quoniam is est exorsus orationis meæ, videte quem vobis animum suscipiendum putetis. [5] Maiores vestros sæpe mercatoribus, ac naviculatoribus iniuriosius tractatis bella gessisse: vos tot civium Rom. millibus, una nuntio, atque uno tempore necatis, quo tandem animo esse debetis? [6] Legati quid erant appellati superbius, Cretensium partes vestri totius Græciæ lumen extinctum esse voluerunt: vos eum Regem inultum esse patiemini, qui Legatum Populi Roman. Consularem, vinculis, ac verberibus, atque omni supplicio excruciatum necavit? [7] Illi libertatem civium Rom. imminutam non tulerunt: vos vitam ereptam negli-

1 Digressio culpand. laudem Pompeij & Luculli comparis.

2 Orbis concussus.

3 Abrumpit institutam digressionem reiectione quadam in aliam commodiorem locum.

4 Redit ad propositum atque hortatur ut sibi magistri quæ dicturus propositio consentiant, nihil multis interpositum collationibus.

5 Prima collatio minoris cum maioribus.

6 Secunda collatio.

7 Tertia.

negligetis? [1] Tres legationis verbo violatum illi persequuti sunt: vos legatum Popu. Roman. omni supplicio interfectum, inultum relinquetis? [2] Videte, ne, ut illis pulcherrimum fuit tantam vobis imperij gloriam relinquere: sic vobis turpissimum sit, illud, quod accepistis, tueri & conservare non posse. [3] Quid, quod salus sociorum summam in periculum ac discrimen vocatur? Regno expulsus est Ariobarzanes Rex socius Pop. Roman. atque amicus: imminent duo Reges tuti Asiæ, non solum vobis inimicissimi, sed etiam vestri socii atque amici: civitates autem omnes, cuncta Asia, atque Græcia vestrum auxilium exspectare propter periculi magnitudinem coguntur: Imperatorem à vobis certum depoſcere, cum præsertim vos alium miseritis, neque audent, neque se id facere summa sine periculo posse arbitrantur: vident, & sentiunt hoc eodem, quod & vos, [4] unum virum esse, in quo summa sint omnia, & eum propè esse, qui etiam carent agris: cuius adventu ipse, atque nomine, tametsi ille ad maritimum bellum venerit, tamen impetus hostium repressus esse intelligunt, ac retardatus. His vos, quoniam libere loqui non licet, tacite rogant, ut se quoque sui cæteraram provinciarum sortis dignos existimetis, earumque salutem tali viro commendetis. atque hoc etiam magis quam cæteros, quod ii sæpe in provinciam homines cum imperio mittimus, ut etiam si ab hoste defendant, tamen ipsorum adventus in urbes sociorum non minus ab hostili expugnatione differat. [5] Hunc audiebant antea, nunc præsentem vident, tanta temperantia, tanta mansuetudine, tanta humanitate, ut iis beatissimi esse videantur, apud quos ille diutissimè commoratur. [6] Quare si propter socios nulla ipsi iniuria lacessiti

1 Quarta.

2 Conclusio capitis Assumptionis probat figuram ex specie ad genus.

3 Assumptionis probat figuram ex specie ad genus.

4 Attingit obiter principē qualitatē huius ornationis de Pompeio imperatore deligendo, & confirmat indicio suorum.

* Caveat, legendum esse sequens ratio ostendit, vrad Imperatores non ad socios relata.

5 Metonymia. modi hunc i. famā virtutū eius, qualis est pag 22. in eodem verbo.

6 Cōplexio syllogismi cū repetitione argumēti, super collatione minorum.

maiores vestri cum Antiocho, cum Aetolis, cum Poenis bella gesserunt: quanto vos studio cunctos iniurias prouocatos sociorum salutem vnà cum imperij vestri dignitate defendere? [1] praesertim cum de vestris maximis vectigalibus agatur. Nã [2] caeterarum prouinciarum vectigalia Quirites tanta sunt, vt iis ad ipsas prouincias tutandas vix contenti esse possimus. Asia verò tam opima est, & fertilis, vt & vbertate agrorum, & varietate fructuum, & magnitudine pastionis, & multitudine earum rerum, quae exportantur, facilè omnibus terris antecellat. [3] Itaq; haec vobis prouincia Quirites, si & belli vtilitatem, & pacis dignitatem sustinere vultis, non modò à calamitate, sed etiam à metu calamitatis est defendenda. Nam caeteris in rebus cùm venit calamitas, tum detrimentum accipitur: at in vectigalibus non solùm aduentus mali, [4] sed etiam metus ipse affert calamitatem. Nam cùm hostium copiae non longè absunt, etiam si irruptio facta nulla sit, tamen pecora relinquuntur, agricultura deseritur, mercatorum nauigatio conquiescit: ita neque ex portu, neque ex decumis, neque ex scriptura vectigal conseruari potest quare saepe totius anni fructus vno rumore periculi, atque vno belli terrore amittitur. [5] Quis tandem animo esse existimatis, aut eos qui vectigalia vobis pensitant, aut eos qui exercent, atq; exigunt? cùm duo Reges cum maximis copijs propè absint: cùm vna excursio equitatus perbreui tempore totius anni vectigal auferre possit: cùm publicani facultates maximas, quas in salinis habent, quas in agris, quas in portubus atque custodijs, magno periculo se habere arbitrentur? [6] Putatisne vos illis rebus frui posse, nisi eos qui vobis fructuosi sunt, conseruaueritis, non solùm (vt antea dixi) eala-

1 Transit ad tertiã caput assumptionis.
2 Probat collatione minorũ de maximis vectigalibus agi.
3 Argumentatur ex fine ad destinata.
4 Argumentatur ex remotione materiae ad removenda materiata. Syll. est plenus Assumpt. prima est. Propositio secunda. Complexio 3. qua sumitur propositio generalis sequentis syllogismi.
5 Assumptio primarij syllogismi, Atqui metus calamitatis impendet. quae confirmatur causis effectibus.
6 Complexio qua concluditur quaestio effectorũ ex causis, adhibita tamẽ exceptione.

calamitate, sed etiam calamitatis formidine liberatos? [1] Ac ne illud quidem vobis negligendum est, quod mihi ego extremum proposueram, cùm essem de belli genere dicturus, quod ad multorum bona ciuium Rom. pertinet: quorum vobis pro vestra sapientia Quirites, habenda est ratio diligenter. Nam & publicani homines & honestissimi, & ornatissimi suas rationes, & copias in illam prouinciam contulerunt: quorum ipsorum per se res, & fortunae cura vobis esse debent. Etenim si [2] vectigalia nervos esse Reip. semper duximus, eum certè ordinem, qui exercet illa, firmamentum caeterorum ordinum rectè esse dicemus. [3] Deinde caeteris ex ordinibus homines nami & industry partim in Asia negotiantur, quibus vos absentibus consulere debetis: partim suas & suorum in ea prouincia pecunias magnas collocatas habent. [4] Erit igitur humanitatis vestrae magnũ eorum ciuiũ numerum calamitate prohibere: sapientia, videre, multorũ ciuiũ calamitatẽ à Rep. semmotam esse non posse. [5] Etenim illud primum parui refert, vos publicanis amissa vectigalia postea victoria recuperare, neque enim iisdem redimendi facultas erit propter calamitatem, neque alijs volantas propter timorẽ. deinde quòd nos eadẽ Asia, atque eadem ista Mithridatem initio belli Asiatici docuit id, quod certè calamitate dolli memoria retinere debemus. [6] Nam tum cùm in Asia res magnas permulti amiserunt, soluimus Romae solutione impedita fidem concidisse. Non enim possunt vna in ciuitate multi rem atq; fortunas amittere, vt non plures secum in eandem calamitatem trahant.

1 Transit ad quartum caput assumptionis, quod probatur ex specie non vna sed pluribus.
2 Argumentatur ex subiectis ad adiuncta. Enthymema est ex propositione sola, quae tamen tum prohendit sententiam complexionis.
3 Secunda species ciuiũ quorum bona agantur.
4 Concludit destinata ex fine, additis etiam efficientibus.
5 Ἀπορία hoc loco nõnulli notant, quae tamẽ omnino nulla est. Nam (parui refert) hoc loco idẽ est quod, non magnopere conducit, vel, ad rem facit. Sed prolepsis est obiectionis quam refellit ex effectis, quę remotis causis rollantur, additis etiam repugnantibus.
6 Addit alia incommoda euenta ad amplificandam grauitatem illius calamitatis ex vectigalibus amissis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A quo periculo prohibete Rempu. & mihi credite id, quod ipsi videtis: hæc fides, atque hæc ratio pecuniarum, quæ Romæ, quæ in foro versatur, implicita est cum illis pecuniis Asiaticis, & evelli nisi illa non possunt, ut hæc non eodem labefacta motu concidant. Quæro videte, num dubitandum vobis sit omni studio ad id bellum incumbere, in quo gloria nominis vestri, salus sociorum, vectigalia maxima, fortuna pluriorum civium cum Rep. defenduntur. Quoniam de genere belli dixi, nunc de magnitudine pauca dicam. Potest enim hoc dici, belli genus esse ita necessarium, ut sit gerendum: non esse ita magnum, ut sit pertimescendum. In quo maximè laborandum est, ne forte à vobis quæ diligentissimè providenda sunt, contemnenda esse videantur. Atque ut omnes intelligant me L. Lucullo tantum tribuere laudis, quantum fieri vire, & sapientissimo homini, & magno Imperatori debeatur: dico cum adventu maximas Mithridatis copias omnibus rebus ornatas, atque instructas esse delitas, urbémque Asiæ clarissimam natisque amicissimam Cyzicenorum obsessam ab ipso Rege maxima multitudine, & oppugnatam vehementissimè, L. Lucculi virtute, assiduitate, consilio, summis obsidionis periculis liberatam: ab eodem Imperatore classem magnam, & ornatam quæ ducibus Sertorianis ad Italiam studio instructa pararetur, superatam esse, atque depressam: magnas hostium præterea copias multis prælijs esse delevas: esse illum, nostris legionibus esse Ponticum, qui ante populo Roma. ex omni adita clausus esset: Sinopen atque Amisum, quibus in oppidis erant domicilia Regis, omnibus rebus ornata atque referta, cæteráque urbes Ponti, & Cappadocia permultas, una adim, atq; adventu esse captas: Regem

1 Complexio est cum syllogismi (qui primum partionis membrum continet) tum epicherematis (quo id confirmatur) perceptorum argumentorum.

2 Transitio à primo partionis membro ad secundum.

3 Prolepsis est, quam solent ex contradictis dubitationibus belli enim opinionem gravem esse significat.

4 Digressio est in laudem L. Lucullo ex eius rebus gestis, de quibus vide Appianum in Mithridatico, & Plutarchum ibi.

Regem spoliatum regno patrio, atque auito, ad alios se regei. atque alias gentes supplicem confugisse: atque hæc omnia salvis Pop. Rom. sociis, atq; integris vectigalibus esse gesta. Satis opinor hoc esse laudis, atque ita reputo, ut hoc vos intelligatis, à nullo istorum, qui minus obtrectant legi, atque causæ, L. Lucullum similiter ex hoc loco esse laudatum. Requireretur fortasse nunc, quemadmodum eum hæc ita sint relturum posse esse magnum belloru[m]-conjunctione. Quæritenim enim sine causa quæri videtur, primum ex suo regno se Mithridates profugit, ut ex eodem Ponto Medea illa quondam profugisse dicitur: quam prædicant in fuga fratris sui membra in viis locis, quæ se parens persequeretur, dispansisse, ut eorum collectio[4] dispersa, mœrórque paterna celeritatem persequendo retardaret. sic Mithridates fugiens maximam vim auri atque argenti, pulcherrimarúmque rerum omnium, quæ & à maioribus acceperat, & ipse bello superiore ex tota Asia direptas in suum regnum congesserat, in Ponto omnem reliquit. hæc dum nostri colligunt omnia diligentius Rex ipse è manibus effugit, ita illum in persequendi studio mœror, hos lætitia retardauit. Manè in illo timore, & fuga Tigranes Rex Armenius excepit, diffidentémque rebus suis confirmauit, & afflictum erexit, perditumque recreauit. omnes in regnum perlecturam L. Lucullus cum exercitu venit, plures etiam gentes contra Imperatorem nostrum concitatæ sunt. Sed enim motus omnibus in nationibus, quas nunquam populus Romanus neque lacessendas bello, neque tentandas putauit: erat etiam alia gravis, atque vehemens opinio, quæ per animos gentium barbarorum permanserat, fani locupletissimi & vel

1 Conclusio digressionis auctæ collatione minorum.

2 Occupatio est obiectionis quæ solemne similitudine ex fabulis petita.

3 Explicatio similitudinis ex humili ut effectus ad eundem hoc spectantibus.

4 Metonymia 3. modi: Collectio enim dispersa dicitur ex rebus subtractis quæ disperse erant.

5 Amoveret similitudinem.

6 Audit alias cæsas adinuitæ, et quibus Mithridates secubuit bellum instaurandi artiquit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

religiosissimi diripiendi causa in eas oras nostrum exercitum esse adductum. Ita nationes multæ, atque magnæ nono quodam terrore, ac metu concitabantur. Noster autem exercitus, etsi urbem ex Tigranii regno ceperat, & præliis usus erat secundis, tamen nimia longinquitate locorum ac desiderio suorum commouebatur. Hic iam plura nē dicam, fuit enim illud extremum, vt ex iis locis à militibus nostris reditus magis maturus, quàm processus longior quæreretur. Mithridates autem & suam manum iam confirmarat, & eorum qui se ex eius regno collegerant, & magis adventitiis multorum regum & nationum copiis inundabatur. Hoc iam fere sic fieri solere accepimus, vt Regum afflictæ fortunæ facile multorum opes allicant ad misericordiam, maximèque eorum qui aut Reges sunt, aut vivunt in regno, quod regale iis nomen magnum & sanctum esse videatur.

[1] Itaque tantum victus efficere potuit, quantum incolumis nunquam est ausus optare. Nam cum se in regnum recepisset suum, non fuit ei contentum, quod ei prater spem acciderat, vt eam partem quam pulsus erat, terram vnquam attingeret, sed in exercitum vestrum clarum atque victorem impetum fecit. [2] Sinite hoc loco Quirites (sicut poëta solent, qui res Romanas scribunt) paululum me nostram calamitatem, [3] quæ tanta fuit vt eam ad aures L. Lucculli non ex prælio nuntius sed ex sermone rumor afferret. Hic in ipso illo malo, grauissimáque belli offensione L. Lucullus, qui tamen aliqua ex parte iis incommodis mederi fortasse potuisset, [4] vestro iussu cessit, quod imperij diuturnitati modum statuendum veteri exemplo putauit. Is, partem militum, quæ iam stipendiis confecta erant, dimisit, partem Glabrioni tradi

1 Enumeratis cautis tūc effectis quę ex illis extitęrunt, profert.

2 ἀποφασις est cū quadā deprecatione illustrata similium collatione.

3 Calamitatis magnitudinem ostendit ex consequentibus euentis.

4 Excusat Lucullū ex causis necessariis.

tradidit. [5] Multa præterea consulta, sed ea vos conjectura perspicitis, quantum illud bellum futurū putetis, quod coniungant Reges potentissimi, renouent agitatæ nationes, suscipiant integræ gentes, nouus Imperator veller accipiat vetere expulso exercitu. [6] Satis mihi multa verba fecisse videor, quare hoc bellum esset, genere ipso necessarium, magnitudine periculosum: restat, vt de Imperatore ad id bellum deligendo, ac tantis rebus præficiendo, dicēdum esse videatur. [7] Vtinam Quirites virorum fortium, atque innocentium copiam tam haberetis, vt hoc vobis deliberatio difficilis esset, quemnam potissimum tantis rebus, ac tanto bello præficiendum putaretis: [8] Nunc verò cum sit vnus Cn. Pompeius, qui non modo eorum hominum, qui nunc sunt, gloriam, sed etiam antiquitatis memoriam virtute superarit: quæ res est, quæ cuiusquam animum in hac causa dubium facere possit? [9] Ego enim sic existimo, in summo Imperatore quatuor has res inesse oportere, scientiam rei militaris, virtutem, auctoritatem, felicitatem. [10] Quis igitur hoc homine scientior vnquam aut fuit, aut esse debuit? qui è ludo, atq; pueritiæ disciplina, bello maximo, atque acerrimis hostibus, ad patris exercitum, atque in militia disciplinam profectus est: qui extrema pueritia miles fuit summi Imperatoris, ineunte adolescentia maximi ipse exercitus Imperator: qui sæpius cum hoste [11] conflixit, quam quisquam cum inimi-

1 Per ἀποφασιν concludit seqūdam membrū partitionis & magnitudinem belli colligendā relinquit ex magnitudine cautarum efficientium.

2 Transitio à duobus superioribus mēbris ad tertiū quod idē est maximum.

3 Ingreditur in tertiū mēbrum summę partitionis & ex remotione subiectorum deligendi remouet deligēdi facultatē. Syllogis. est plen. Propositio rhetorica optatione exornatur.

4 Assumptio cū complexione coniungitur.

5 Hoc loco est tertia pars primariæ propositionis, posita videlicet

quam Integram & ex omnibus partibus constitutam nimus. Argumētum est ex distributione causarum efficientium.

6 Assumptionis primariæ prima pars de scientia rei militaris, quę constituitur in Pōpeio ex causis efficiētibus oratorię amplificatis.

7 Orbis concinnitatis continens ὁμοιοτέλευτα, ἰσοκωλα καὶ ἀντίθετα multiplicata.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ce concertauit: plura bella gessit, quàm ceteri le-
gerunt: plures prouincias confecit, quàm alij con-
cupierunt: cuius adolescentia ad sententiam ve-
teris militaris non altioris præceptis, sed suis imperijs
declaranda[1]. *manuale va-
ria

2 Secunda pars assumptionis primæ de vir-
tute Pompeij quam amplius collatio maiorum.

1 Ver dissi-
militudinem redit ad fas explicandam per singulas partes scientiam rei militaris, quæ quidem amplissima res pro parte pagina in tegra occupat.

4 σύμπλοκη adiunctorum cũ subiectis.

3 Metonymia.

6 Argumenta tur ex effectis testimonia comprobatis.

7 Alterum argumentum ex eodem loco, auctũ dissimilibus consilis.

8 Tertiũ eiusdem generis argumentum cum quatuor reliquis, licet paulo aliter exponantur.

9 Totidẽ hoc loco prope Metonymiæ sunt quot nomina regionũ, Italia pro Italis, Africa pro Afris, Gallia pro Gallis, &c

non offensionibus belli, sed otio: non stipendijs, sed triumphis est tradita. [2] Quod denique genus belli esse potest, in quo illum non exercuerit fortuna Reipub. Ciuile, Africanum, Transalpinum, Hispaniense, mixtum ex ciuitatibus, atq; ex bellicosissimis nationibus, seruile, *manuale bellum, varia & diuersa genera & bellorum, & hostium, non solum gesta ab hoc uno, sed etiam confecta, nullam rem esse declarant in usu militari positã, quæ huius viri scientiam fugere possit. [3] Iam verò virtuti Cn. Pompeij quæ potest par oratio inueniri, vllaque esse, quod quisquam aut dignum illa, aut vllo modo nouum, aut eousquam inauditum possit afferre? [4] Non enim illæ sunt solæ virtutes Imperatoriæ, quæ vulgò existimantur. [5] labor in negotiis, fortitudo in periculis, industria in agendo, celeritas in conficiendo, consilium in prouidendo: quæ tanta sunt in hoc uno, quanta in omnibus reliquis Imperatoribus, quos aut vidimus, aut audiuimus, non fuerunt. [6] Testis est Italia, quam ille ipse vltor L. Sullæ huius virtute, & consilio confessus est liberatam. [7] testis est Sicilia, quam multis undique cinctam periculis, non terrore belli, sed celeritate consilij explicauit. [8] testis est Africa, quæ magnis oppressa hostium copijs, earum ipsorum sanguine redundauit. [9] testis est Gallia,

per quam

per quam legionibus nostris in Hispaniam iter, Gallorum intermissione patefactum est. testis est Hispania, quæ sæpissimè plurimos hostes ab hoc superatos, prostratosq; conspexit. testis est iterum, & sæpius Italia, quæ cùm seruili bello tetro periculoso, premeretur, ab hoc exulium absente expertum: quod bellum expectatione Pompeij attenuatum atque imminutũ est, aduentu sublatum ac sepultũ. testes verò sunt omnes orã, atq; omnes exteræ gentes ac nationes: denique maria omnia, tum uniuersa, tum in singulis oris omnes sinus atque portus. [1] Quis enim toto mari locus per hos annos, aut tam firmum habuit præsidium, vt tutus esse[t] aut tam fuit abditus, vt latuere? quis nauigauit, qui non sæ, aut mortis, aut seruitutis periculo cõmitteret? cùm aut hyeme, aut referto prædonum mari nauigaretur. Hoc tantum bellum, tam turpe, tam vetus, tam latè diffusum, atq; dispersum, quis unquam arbitraretur aut ab omnibus imperatoribus uno anno, aut omnibus annis ab uno Imperatore confici posse? [2] Quam prouinciam tenuistis à prædonibus liberam per hosce annos? quod vectigal vobis tutum fuit? quem socium defendistis eum præsidio classibus vestris fuisse? quam multas existimatis insulas esse desertas? quã multas aut metu relictas, aut à prædonibus captas vrbes esse scitis? [3] Sed quid ego longinqua commemoro? fuit hoc quondam, fuit proprium Populi Romani longè à domo bellare, & propugnaculis imperij sociorum fortunas, non sua tecta defendere. sociis vestris ego mare clausum per hosce annos dicam fuisse? cùm exercitus nostri Brundusio nunquam, nisi summa hyeme, transmiserint. Quid, ad nos cùm ab exteris nationibus venirent, captos quærari cùm Legati Popu. Rom.

bb 4 vedem

1 Amplificat magnitudinẽ & grauitatẽ belli piratici, vt victoriæ laudem magnificentius exornet.

2 Ex effectis plurimis, pauciores quam fuerit, ostendit.

1 Reuocatis fuit ipsius cũ frequentibus collationibus maiorum. q. d. Mirũ esse non debere, si procul ab Italia cùm vi res piratarũ fuerint, cum in ostio Tybe rino tamen pateremur.

redempti sint. mercatoribus tutum mare non fuisse ducam? cum[1] duodecim secures in prædonis potestatem pervenerint. Quid aut Colophonem aut Samum nobilissimas urbes, innumerabilesque alias captas esse commemorem? cum vestros portus, atq; eos portus, quibus vitam & spiritum ducitis, in prædonum fuisse potestate[2] sciatis. An verò ignoratis portum Caietæ celeberrimum, atq; plenissimum nautum, inspectante Prætore, à prædonibus esse direptum? Ex Misene autem, eius ipsius liberi, qui cum prædonibus antea ibi bellū gesserat, à prædonibus esse sublatos? Nā quid ego Ostiense incommodū atque illam labem, atq; ignominiam Reipu. querar? cum propè in conspectu vobis, classis ea, cui Consul Popu. Rom. præfectus esset, à prædonibus capta, atque oppressa sit. [3] Prò dij immortales, tantāne vnius hominis incredibilis ac diuina virtus tam breui tempore lucem afferre Reipu. potuit, vt vos, qui modo ante ostium Tyberinum classem hostium videbatis, ij nunc nullam intra Oceani ostium prædonum nauem esse audiatis? [4] Atq; hæc qua celeritate gesta sint, quāquam videtis, tamen à me in dicendo prætereunda non sunt. Quis enim vnquam, aut obeundi negotij, aut consequendi quæstus studio, tam breui tempore, tot loca adire, tantos cursus conficere potuit, quàm celeriter Cn. Pompeio duce belli impetus nauigauit? qui Siciliā adiit, Africam exploravit, inde Sardiniam cum classe venit, nondum tempestiuo ad nauigandum mari: atque hæc tria frumentaria subsidia Reip. firmissimi præsidij, classibusque munit. Inde se ch in Italiam recepisset, duabus Hispanis, & Gallia Cisalpina præsidiis, ac nauibus confirmata, missis item in oram Illyrici maris, & in Achaiam, omnemque Græciam nauibus, Italia duo

Metonymia 4. modi subplicata. Nam ex securibus eadem licto res & ex vi. licatoribus duo Prætores intelliguntur.

[1] Gellius legit sin prædonum potestate) Rād.

2 Delabitur ad amplificationem victoriæ cum epiphonemate.

3 Argumentatur ex adiunctis rei facilis collatione minorum.

dus maria maximis classibus, firmissimisq; præsidijs adornauit: ipse autem, vt à Brundusio profectus est, undequinquagesimo die totam ad imperium Pop. Ro. Ciliciam adiunxit. omnes qui vbique prædones fuerunt, partim capti, interfectique sunt, partim vnius huius imperio ac potestati se dediderunt. Idem Cretensibus, cum ad eum vsque in Pamphyliam Legatos, deprecatoresq; misissent, spem deditionis non ademit, obsidesque imperauit. [1] ita tantum bellum, tam diuturnum, tam longe lateq; desperssum, quo bello omnes gentes ac nationes premebantur, Cn. Pompeius extrema hyeme apparauit, ineunte vere suscepit, media æstate confecit. [2] Est hæc diuina, atq; incredibilis virtus Imperatoris: quid cæterā? quam paulo antè commemorare cœperam, quanta atq; quam multa sunt! non enim solum bellandi virtus in summo atq; perfecto Imperatore quærenda est: sed multa sunt artes eximiæ, huius administra, comites, virtutis. [3] Ac primùm quanta innocentia debent esse Imperatores! quanta deinde omnibus in rebus temperantia! quanta fide! quanta facilitate! quanto ingenio! quanta humanitate! quæ breuiter, qualia sint in Cn. Pompeio consideremus. summa enim omnia sunt Quirites, sed ea magis ex aliorum contentione, quàm ipsa per sese cognosci atque intelligi possunt. [4] Quem enim possimus Imperatorem aliquo in numero putare, cuius in exercitu veneant Centuriatus, atque venierint? quid hunc hominem magni, aut amplam de Rep. cogitare, qui pecuniam ex ærario deprompta ad bellum administrandū, aut propter cupiditatem prouincia magistratibus dimiserit, aut propter auaritiam Rome in quæstu reliquerit? Vestra admiratio facit Quirites, vt agno-

[1] Concludit amplificationem belli piratici contextu cum repetitione adiunctorum.

2 Redit nūc ad secundam partē assumptionis de virtutib⁹ p̄ peij seorsum à scientia belli.

[1] Virtutem Pōpeij in sex species distribuit: ac primum innocentiam, minorū collatione demonstrat.

4 Ex repugnantibus effectis alios imperatores notat.

facere videamini, qui hæc fecerint. ego autem neminem nomino. quare trasci mihi nemo poterit, nisi qui antè de se voluerit confiteri.[3] Itaque propter hanc avaritiam Imperatorum quantas calamitates, quocunque ventum sit, nostri exercitus ferant, quis ignorat?[2] Itinera, quæ per hosce annos in Italia per agros atq; oppida cunctum Ro. nostri Imperatores fecerunt, recordamini: tum facilius statuetis, quid apud exteras nationes fieri existimetis: utrum plures arbitraminí per hosce annos militum vestrorum armis hostium urbes, an hybernis sociorum civitates esse deletas?[3] Neque enim potest exercitum is continere Imperator, qui se ipsum non continet: neq; fieri esse in iudicando, qui alios in se severos esse iudices non vult.[4] Hic mihi ramar hunc hominem tantum excellere cæteris, cuius legiones sic in Asiam pervenerunt, ut non modò manus tanti exercitus, sed ne vestigium qui dem cuiquam pacato nocuisse dicatur?[5] Iam verò quemadmodum milites hybernent, quotidie sermones ac literæ perferuntur: non modo, ut sumptum faciat in militem, nemini vis affertur: sed ne cupienti quidem cuiquam permittitur.[6] Hyemis enim, non avaritiæ perfugium maiores nostri in sociorum, atq; amicorum tectis esse voluerunt.[7] Agè verò cæteris in rebus quale sit temperantia, consideremus. unde illam tantâ celeritatem, et tam incredibilem cursum initum putatis? non enim illum eximia vis remigum, aut ars inaudita quadam gubernandi, aut venti aliqui noui tam celeriter in ultimas terras pertulerunt: sed ea res, quæ cæteros remorari solent, non retardarunt:[8] non avaritia ab instituto cursu ad prædam aliquam revocauit, non libido ad voluptatem, non amœnitas ad delectationem, non nobilitas urbis ad cognitionem,

1 Allorum Imperatorum vitiosam re prehendit ex consequentibus effectis.

2 Metroxymiæ dux: Iuncra pro profectionibus. & hybernat p hyemationc.

3 A maiore ad minus & à pari.

4 Reddit rationem auctis nouis maioribus.

5 Ab effectis auctis malorum collatione.

6 Ex dissimili fine.

7 Secúda species virtutis probatur ex effectis illustris collatione dissimilium causarum.

8 Elegans ὑποκατάληψις subiectorum cum adiunctis.

gnitionem, non denique labor ipse ad quietem postremò signa, & tabulas, cæteraq; ornamenta Græcorum oppidorum, quæ cæteri tollenda esse arbitrantur, ea sibi ille ne vsenda quidem existimauit.[2] Itaque omnes quidem nunc in his locis Cn. Pompeium, sicut aliquem non ex hac vrbe missum, sed de cælo delapsum, intuentur: nunc denique incipiunt credere, fuisse homines Romanos hac quondam abstinentia, quod iam nationibus exteris incredibile ac fabulæ memoria proditum videbatur. nunc imperij nostri splendor illis gentibus lucet: nunc intelligunt, nè sine causa maiores suos tum, cum hac temperantia magistratus habebamus, seruire Pop. Rom. quàm imperare aliis maluisse.[3] Iam verò ita facilis aditus ad eum priuatorum, ita liberæ querimoniæ de alterum iniuriis esse dicuntur, ut is, qui dignitate principibus excellit, facilitate par infimis esse videatur. Iam quàtum consilio, quantum decendi grauitate & copia valeat, in quo ipse inest quædam dignitas imperatoria, vos Quirites hoc ipso in loco sæpe cognostis.[4] Fidem verò eius inter socios quantam existimari putatis, quam hostes omnium gentium sanctissimam esse iudicarint?[5] Humanitate iam tanta est, ut difficile dictu sit, utrum hostes magis virtutem eius pugnantes timuerint, an mansuetudinẽ victi doluerint. Et quisquã dubitabit, quin huic tantum bellum hoc transmittendum sit, qui ad omnia vestra memoriæ bella conficienda, denique[6] quodam consilio natus esse videatur?[7] Et quoniam auctoritas multum in bellis quoque administrandis atque imperio militari valet, certè nemi-

1 Collatio dissimilium & malorum.

2 Obtenti studiorum qui ex illa temperantia existit. Argum. ex effectis: exornatui autẽ epiphonemate.

3 Tertio loco de facilitate dicit, quam quarto loco hanc: eámque probat ex effectis auctis parium collatione.

4 Quinto loco eadem breuiter ostendit ex iudicio non sociorum modo, sed etiam hostium.

5 Humanitatem suo loco exequitur y collationem parium.

6 Ingenioſi y. loco posiũm quarto loco etiam antè explicuit sub consilij nomine, & nũc rursus attingit cum quadam conclusione

ypothesis primaria per epiphonema.

7 Transit ad tertiam partem primariæ assumptionis de authoritate, cuius vim in genere ostendit ex effectis.

ni dubium est, quin ea in re idem ille Imperator plurimum possit, vehementer autem pertinere ad bella administranda, quid hostes, quid socij de Imperatoribus vestris existiment, quis ignorat? cum sciamus homines in tantis rebus, vt aut contemnant, aut metuant, aut oderint, aut ament, opinione non minus fama, quàm aliqua certa ratione commoueri. [1] Quod igitur nomen vnquam in orbe terrarum clarius fuit? cuius rei gestæ pares? de quo homine vos, id quod maximè facit auctoritatem, tanta, & tam præclara iudicia fecistis? An verò vllam vsquam oram tam desertam putatis, quò non illius diei fama permanserit, cum vniuersus populus Romanus referto foro, repletisque omnibus templis, ex quibus hic locus conspici potest, vnum sibi ad commune omnium gentium bellum Cn. Pompeium Imperatorem deposcerit? itaque, vt plura non dicam, neque aliorum exemplis confirmem, quantum huius auctoritas valeat in bello, ab eodem Cn. Pompeio omnium rerum egregiarum exempla sumantur: [2] qui quo die de vobis maritimo bello præpositus est Imperator, tanta repente vilitas annonæ ex summa inopia & caritate rei frumentariæ consecuta est, vnius spe & nomine, quantam vix ex summa vbertate agrorum diuturna pax efficere potuisset. [3] Iam verò accepta in Ponto calamitate ex eo prælio, de quo vos paulò antè inuitus admoni, cum socij pertimuissent, hostium opes, animique creuissent, cum satis firmum præsidium prouincia non haberet, amisissetis Asiam Quirites, nisi ipsum id temporis diuinitus Cn. Pompeium ad eas regiones fortuna populi Romani attulisset. Huius aduentus & Mithridatem insolita inflammatum victoria continuit, & Tigranem magnis

1 Assumptio primariæ partis (Atqui summa authoritate prædictus est Pompeius) confirmat ex causis efficientibus.

2 Aliorum argumentum ex effectis authoritatis, quæ declarantur collatione pariũ exemplorum.

3 Addit alia etiam argumenta ex eodem effectorum loco.

magnis copijs minitantem Asiæ retardauit. [1] & quisquam dubitabit, quid virtute perfecturus sit, qui tantum auctoritate perficere sit solitus? quam facile imperia atque exercitus socios, & vectigalia conseruaturus sit, qui ipso nomine ac rumore defenderit? [2] Age verò, illa res quantam declarat eiusdem hominis apud hostes populi Romani auctoritatem, quòd ex locis tam longinquis, iamque diuersis, tam breui tempore omnes vna huic se dediderunt? quod Cretensium Legati, cum in eorum insula noster Imperator, exercitúsque esset, ad Cn. Pompeium in vltimas propè terras venerunt, eique se omnes Cretensium ciuitates dedere velle dixerunt? Quid? idem ipse Mithridates, nonne ad eundem Cn. Pompeium Legatorum vsq; in Hispaniam misit eum? Pompeius Legatum semper iudicauit? quibus semper erat molestum ad eum potissimum esse missum, speculatorem, quam Legatum iudicare maluerunt. [3] Poterit igitur tam constituere Quirites, hanc auctoritatem multis posteà rebus gestis, magnisque vestris iudicijs amplificatã, quantũ apud illos Reges, quantũ apud exteras nationes valituram esse existimetis? [4] Reliquũ est, vt de felicitate, quã præstare de se ipso nemo potest, meminisse & cõmemorare de altero possumus, sicut aquã est homini de potestate deorum, timidè & pauca dicamus. [5] Ego enim sic existimo, Maxime, Marcelle, Scipioni, Mario, & cæteris magnis Imperatoribus, non solùm propter virtutem, sed etiam propter fortunam, sæpius imperia mandata, atque exercitus esse commissos. fuit enim profectò quibusdam summis viris quædam ad amplitudinem, & glo-

1 Epiphonemate concludit Pompeiũ, & deleta fuerit Imperator nihil non perfecturum. Argumentũ est ex minoribus causis ad maiores.

2 Rursum amplificat Pompeij authoritatẽ ex aliis effectis.

3 Concludit Pompeij auctoritatem multo plus etiam quam antea valituram. Argumentum est ex collatione minorũ causarum cũ maioribus.

4 Transit ad quartam partem primariæ assumptionis de felicitate Pompeij.

5 Significat non solũ propter virtutẽ sed propter felicitatẽ bellũ hoc Pompeio trãsmittendum esse. Argumentum est ex causis cũ exemplo maiorum. Vtroque posito habet inductionem exemplorum pro generali sententia.

riam

riam, & ad res magnas bene gerendas diuinitus adiuncta fortuna.[1] de huius autem hominis felicitate, quo de nunc agimus, hac vtar moderatione dicendi, non vt in illius peritiate fortunam iustam esse dicam, sed vt praterita meminisse, reliqua sperare videamur: ne aut inuisa diis immortalibus oratio nostra, aut ingrata esse videatur. Itaque non sum prædicaturus Quirites, quantas ille res domi, militiæque, terra, marique, quantaque felicitate gesserit: eius semper voluntatibus non modo venti assenserint, sæpe obtemperarint, hostes obedierint, sed etiam venti, tempestatesque obsecundarint. hoc breuissimè accam, neminem vnquam tam impudentem fuisse, qui à diis immortalibus tot, & tantas res tacitus auderet optare, quot & quantas dij immortales ad Cn. Pompeium detulerunt: quod vt illi præstium, ac perpetuum sit Quirites, cum communis salutis atque imperij, tum ipsius hominis causa (sicuti facitis) velle & optare debetis.[2] Quare cum & bellum ita necessarium sit, vt negligi non possit: ita magnum, vt accuratissimè sit administrandum: & cum ei Imperatorem præficere possitis, in quo sit eximia belli scientia, singularis virtus, clarissima auctoritas, egregia fortuna; dubitabitis Quirites, quin hoc tantum boni, quod à diis immortalibus oblatum & datum est, in Rempublic. conseruandam, atque amplificandam conferatis?[3] Quòd si Roma Cn. Pompeium primatu isset hoc tempore, tamen ad tantum bellum is erat deligendus, atque mittendus: nunc cùm ad cæteras summas vtilitates hæc quoque opportunitas adiungatur, vt in iis ipsis locis adsit, vt habeat exercitum, vt ab iis, quæ habent accipere statim possit, quid expectamus?

1 Assumptio sequitur per collationem partium, apophasi rhetorica exornata, antiquæque virorum collatione.

2 Epilogus assumptionis primariæ, in quo summa capita argumentorū colligūtur, & per modū propositionis sententia occultatq. d. Bello maximè necessario maximèque periculoso præstandas esse præstantissimas imperatur. Atqui Pompeius est talis: Practicat ergo bello Mithridatico, qd est maxime necessariū & periculosum. Complexio facta per assumptionē adiuncta est proxima.

3 Auget enthymematicon per collationē cum

tanta? aut cur non ducibus diis immortalibus, eidem, cui cætera summa cum salute Reipub. commissa sunt, hoc quoque bellum regium committamus?[1] At enim vir clarissimus Reipubl. & vestris beneficiis amplissimis affectus, Q. Catulus, itémque summis ornamentis honoris, fortunæ, virtutis, ingenij præditus Q. Hortensius, ab hac ratione dissentiunt: quorum ego auctoritatem apud vos multis locis plurimum valuisse, & valere oportere confiteor: sed in hac causa, tametsi cognoscitis auctoritates contrarias fortissimorum virorum & clarissimorum, tamen omissis auctoritatibus, ipsa re & ratione exquirere possumus veritatem: atque hoc facilius,[2] quòd ea omnia, quæ adhuc à me dicta sunt, eadem illis vera esse concedunt, & necessarium bellum esse, & magnum, & in uno Cn. Pompeio summa esse omnia.[3] Quid igitur ait Hortensius? si vni omnia tribuenda sunt, vnum dignissimum esse Pompeium: sed ad vnum tamen omnia differri non oportere.[4] Obsolemit iam illa oratio re multò magis, quàm verbis refutata.[5] Nam ea idem Quinte Hortensi multa pro tua summa copia, ac singulari facultate dicendi, & in Senatu cōtra virum fortem A. Gabinium grauiter, ornatéque dixisti, cum is de uno Imperatore contra prædones constituendo legem promulgasset: & ex hoc ipso loco permulta idem contra legem verba feceris. Quid tum per deos immortales, si plus apud populum Ro. auctoritas tua, quàm ipsius pop. Rom salus, & vera causa valuisset, huic hanc gloriam, atque hoc orbis terræ imperium teneremus?[6] an tibi tum imperium esse hoc videbatur, cum pop. R. Legati, Prætores, Quæstoresque capiebantur? cùm ex omnibus prouinciis commeatus & primato, & publice

cum facultatum.

1 Hactenus confirmatio fuit: sequitur refutatio cōtrariorum argumētorum, quorum primum est auctoritas, cui contrariam opponit aliorum virorum non leuiorē. deinde rationibus potius quam auctoritatibus agendum ostendit.

2 Confirmat confessione aduersariorū omnia à se in hē dicta.

3 Prolepsis.

4 Soluit obiectionem cōtradictione, quam probat exemplis.

5 Disputat speciali exemplo Hortensij non esse auctoritatibus semper credendum: nec id vtile fortunæ fuisse. Argumentū est à specie.

6 Argumētū ex repugnantibus

Universidad de Deusto Biblioteca

prohibebamur? cùm ita clausa erant nobis omnia maria, vt neque primatam rem maritimam, neque publicam iam obire possemus? [1] Quæ ciuitas antea vnquam fuit, non dico Atheniensium quæ satis latè quondam mare tenuisse dicitur: non Carthaginiensium, qui permultum classe, maritimisque rebus valuerunt: non Rhodiorum, quorum vsque ad nostram memoriam disciplina naualis, & gloria remansit: [2] quæ ciuitas antea vnquam tam tenuis, quæ tam parua insula fuit, quæ non portus suos, & agros, et aliquam partem regionis, atque oræ maritimæ per se ipsa defenderet? [3] At hercle aliquot annos continuos ante legem Gabiniam ille populus Romanus cuius vsque ad nostram memoriam nomen inuictum in naualibus pugnis permanserat, magna ac multa maxima parte non modo vtilitatis, sed dignitatis, atque imperij caruit. [4] Nã, quorum maiores Antiochum Regem classe, Persenque superarunt, omnibus que naualibus pugnis Carthaginienses, homines in maritimis rebus exercitatissimos, paratissimosque vicerunt: q nullo in loco iam prædonibus parere esse poteramus. nos quoque, qui antea non modo Italiam tutam habebamus, sed omnes socios in vltimis oris autoritate nostri imperij saluos præstare poteramus, tum cum insula Delos tam procul à nobis in Ægæo mari posita, quò omnes undique cum mercibus, atque oneribus commeabant, referta diuitiis, parua, sine muro vllo timebat: iidem non modò prouincias, atque eris Italia maritimis, ac portubus nostris, sed etiam Appia iam via carebamus. [5] & his temporibus non pudebat magistratus Populi Roma. in hunc ipsum locum ascendere, cum tum vobis maiores vestri exuuiis

1 Argumentatur ab effectis imperij quorum remotio ne imperij nomen remouet. Syllogismus est plenus.

2 Propositio illustratur in ductiuole triu exẽplorum.

3 Complexio sequit, aucta dissimilibus.

4 Assumptio nodè argumẽto dilatatur.

5 Obliquè notat quorũdã oratorum impudentiã ex repugnãtib⁹.

exuuiis nauticis, & classium spoliis ornatum reliquissent. [1] Bono te animo tum Q. Hortensi Pop. Roma. & cæteros, qui erant in eadem sententia, dicere existimauit ea, quæ sentiebatis: sed tamen in salute communi idem populus Roma. dolori suo maluit, quàm autoritati vestræ obtemperare. [2] Itaque vna lex, vnus vir, vnus annus, non modo nos illa miseria, ac turpitudine liberauit: sed etiam effecit, vt aliquando verè videremur omnibus gentibus, ac nationibus terra, marique imperare. [3] Quò mihi etiã indignius videtur obtrectatum esse adhuc Gabinio dicam, anne Pompeio, an vtriquet id quod est verùm: ne legaretur A. Gabinius Cn. Pompeio expetenti, ac postulanti? vtrum ille, qui postulat Legatum ad tantum bellum, quem velit, idoneus non est, qui impetrat, cum cæteri ad expilandas socios, diripiendásque prouincias, quos voluerunt. Legatos eduxerint: [4] an ipse, cuius lege salus, ac dignitas populo Romano atque omnibus gentibus constituta est, expers esse debet gloriæ eius Imperatoris, atque eius exercitus, qui consilio ipsius atque periculo est constitutus? an C. Falcidius, Q. Metellus, Q. Calius Latinienses, Cn. Lentulus, quos omnes honoris causa nomino, cùm Tribb. pleb. fuissent, [5] anno proximo legati esse potuerunt: in hoc vno Gabinio sunt tam diligentes, qui in hoc bello quod lege Gabinia geritur, in hoc Imperatore, atque exercitu, quem per se ipse constituit, etiam præcipuum iure esse deberet? de que legando spero Consules ad Senatum relaturos: qui si dubitabunt, aut granabuntur, ego me profiteor relaturum: neque me impediet cuiusquam Quiritis inimicum edictum, quò minus fretus vobis, vestrum ius, beneficiumque defendam: neque.

1 Extulit Hortensij cõsilium ex euẽtu.

2 Ex cõsequentibus euentis ostendit quã vtile fuerit pop. Romano Hortensij authoritatẽ negligere.

3 Oblata occasione de Gabinij legatione cui adueserarij obtrectabant, pauca respondet ne primũ ex repugnantibus, deinde etiam ex causis argumentat ab his minorum similium collatione.

4 Addit aliud argumentum ex materia q. d. Gabinij cõsilij & periculi fui fructum percipere debet.

5 Argum. fit à minore ad mai⁹ sed prætatis constat multis exemplis que constructo in apodosi confirmatur

praeter interfectionem, quicquam audiam: de quasi vt arbitror ipsis ipsi qui minantur, etiam atque etiam qui id liceat, considerabunt. [1] Mea quidem sententia Quirites vnus A. Gabinius belli maritimi, rerumque gestarum auctor, comes Cn. Pompeio adscribatur, propterea quod alter vni id bellum suscipiendum vestris suffragiis detulit, alter delatum, susceptumque confecit.

[2] Reliquum est, vt de Q. Catuli auctoritate, & sententia dicendum esse videatur: qui cum ex vobis quaereret, si in vno Cn. Pompeio omnia ponerentur, si quid de eo factum esset, in quo spem essetis habituri: cepit magnum ex virtutis genere, ac dignitatis, cum omnes prope vna voce in eo se spem habituros esse dixissent. [3] Etenim talis est vir, vt nullae res tantae sint, ac tam difficiles, quas ille non & consilio regere, & integritate tueri, & virtute conficere possit. [4] sed in hoc ipso ab ea vehementissime dissentio, quod quo minus certa est hominum ac minus diuturna vita, hoc magis Respublica, dum per deos immortales licet, frui debet summi hominis vita, atque virtute. [5] At enim nihil noui fiat contra exempla, atque instituta maiorum. Non dico hoc loco maiores nostros semper in pace consuetudini, in bello vtilitati paruisse, semper ad nouos casus temporum, nouarum consiliorum rationes accommodasse: [6] non dicam duo bella maxima, Punicum, & Hispaniense ab vno Imperatore esse confecta: duas vrbes potentissimas, quae huic imperio maximè minabantur, Carthaginem, atque Numantiam ab eodem Scipione esse deletas: non commemorabo, nuper ita vobis, patribusque vestris esse visum, vt in vno C. Mario spes imperij poneretur, vt idem cum Iugurtha, idem cum

1 Interponit suam auctoritatem ad legem Gabinij Pompeio.

2 Redit ad intentissimam auctoritatem Catuli quę primum laudat ex populi iudicio, deinde eius refellit.

3 Cõfirmat ex veritate rerũ subiectarum populi iudicium.

4 Soluit argumentum Catuli ex cõtradictionibus cõplexionis suę cũ minorum collatione.

5 Obiectionẽ occupat & soluit per contradictionem theoricę apophthegmatis & dissimilium collatione illustratam.

6 Apophthegma ex deorum lapsu repetitur cũ multis obiectionibus propositis dissentionis.

cum Cimbris, idem cum Thesauris bellum administraret: [1] in ipso Cn. Pompeio, in quo noui constitui nihil vult Q. Catulus, quam multa sint nouata summaque Catuli voluntate constituta, recordamini. Quid tam nouum, [2] quam adolescentulum priuatum, exercitum difficili Reipub. tempore conficere? confecit. huic praesse praefuit. rem optimè ductu suo gessit. Quid tam praeter consuetudinem, quàm homini peradolescenti, cuius à Senatorio gradu aetas longè abesset, imperium, atque exercitum dari? Siciliam permitti, atque Africam, bellumque in ea administrandum fuit in his prouinciis singulari innocentia, grauitate, virtute: bellum in Africa maximum confecit, vilissimum exercitũ deportauit. Quid verò tam inusitatum, quàm Equitem Ro. triumphare? vt eam quisquam rem populi Romani non modò vidit, sed etiam studio omni visenda putauit. 4 Quid tam insolitum, quam vt, cum duo Consules clarissimi, fortissimique essent, Eques Ro. ad bellum maximũ, formidolosissimumque pro Consule mitteretur? missus est. quo quidem tempore, cum esset non nemo in Senatu, qui diceret, non oportere mitti hominem priuatum pro Consule, L. Philippus dixisse dicitur, non se illum sua sententia pro Consule, sed pro Consulibus mittere. tanta in eo Reipub. bene gerendae spes constituebatur, vt duorum Consulum munus vnius adolescentis virtuti committeretur. Quid tam singulare, quàm vt ex Senatusconsulto legibus solutus, Consul ante fieret, quàm vllum alium magistratum per leges capere licuisset? [3] quid tam incredibile, quàm vt iterum Eques Ro. ex S. C. triumpharet? quae in omnibus hominibus noua post hominũ memoriam constituta sunt, ea tam multa non sunt.

1 Opponit Catulo eius ipsius auctoritatem.

2 Indolẽ & multarum rerũ nouũ exẽplo in Pompeio constituendũ ad refellendã illam generalem negationẽ. Nihil contra exempla maiorum debere fieri. Huius autem indolis in ductionis ne minutissimaquidem quisque figuralium numerum, sex minimum inuenta sunt, quae rhetoribus prolepsis exornatur.

3 Sexcim inductionũ multitudinem animum cultatione minorum.

cc 2 quàm

c Retorquet nova hæc instructa omnia in ipsum Q. Catulum.

a Concludit stomachose refutationē authoritatis contrariæ ex repugnantib? Nam parium inimicitiarū sit insequutia

1 Argumentat ex cōparatione contrariorum. Syllogi est plenus 3. modi connexorum. Propositio præcedit. Assumptioni cōplexio subnectitur.

4 Absolute refutatis quæ repetit, continēs in 3 temperantiæ necessitatem in imperatore deligendo.

5 Digressio est in nonnullorum imperatorum inimperantia, non tamen ab instituto prorsus aliena. Pertinet enī ad laudem Pompeij per collationem dissimilium.

quàm hac, quæ in hoc vno homine vidimus. [r] Atq; hæc tot exempla, tanta, ac tam noua profecta sunt in eundem hominem à Q. Catulo, atque à cæterorum eiusdem dignitatis amplissimorum hominum auctoritate. [s] quare videant, ne sit periculosum, & non ferendum, illorum auctoritatem de Cn. Pompeij dignitate à vobis comprobatam semper esse. vestrum ab illis de eodem homine iudicium, populique Romani auctoritatem improbare: præsertim cum iam suo iure pop. Roma. in hoc homine suam auctoritatem vel contra omnes, qui dissentiunt, possit defendere: propterea quòd ipsis reclamantibus vos vnum illum ex omnibus delegistis. quem bella prædonum præponeretis. [1] hoc si vos temerè fecistis, & Reipub. parum consuluistis: recte ipsi studia vestra sunt consulisse regere conātur. si nanque vos plus tum in Republica vidistis, vos hic repugnantibus per vosmet ipsos dignitatem huic imperio, salutem orbi terrarum attulistis, alii quandoque principes, & sibi, & cæteris Populi Romani universi auctoritati parendum esse fateantur. [4] Atque in hoc bello Asiatico, & regio, non solùm militaris illa virtus, qua est in Cn. Pompeio singularis, sed alia quoque virtutes animi multa, & magna requiruntur. difficile est in Asia, Cilicia, Lycia, Syria, regnisque exteranorum nationum ita versari vestrum Imperatorem, vt nihil aliud quàm de hoste ac de laude, cogitet. Adde etiam, si qui sunt pudore, ac temperātia moderatiores: tamen eos esse tales propter multitudinem cupidorum hominū nemo arbitratur. [t] Difficile est dictu Quirites, quanto in odio simus apud exteras nationes propter eorum, quos ad eas hoc anno cum imperio misimus, iniurias ac libidines. quod enim sanè putatis in illis terris nostri magistratibus

gistratibus religiosum, quam ciuitatem sanctam, quam domum satis clausam ac munitam fuisse? vrbes iam locupletes, ac copiosæ requirantur, quibus causa belli propter diripiendi cupiditatē inferatur. [t] Libenter hæc coram cum Q. Catulo & Q. Hortensio disputarem summis & clarissimis viris. Nouerunt enim seciorum vulnera: vident eorum calamitates, querimonias audiunt. Pro sociis vt contra hostes exercitum mittere putatis, an hostium simulatione, contra socios atque amicos? quæ ciuitas est in Asia, quæ non modò omnis Imperatoris, aut Legati, sed vnius Tribuni militum animos, ac [u] spiritus capere possit? [2] Quare etiam si quem habetis, qui collatis signis exercitus regios superare posse videatur. tamen nisi erit idem, qui se à pecuniis sociorum, qui ab earum coniugibus, ac liberis, qui ab aure, gaza, regia, manus, oculos, animum cohibere possit, non erit idoneus, qui ad bellum Asiaticum, regiumq; mittatur. Ecquam putatis ciuitatem [3] pacatam fuisse quæ locuples sit? ecquam esse locupletem, quæ istis pacata esse videatur? [4] Ora maritima Quirites Cn. Pompeium non solùm propter rei nauticæ gloriam, sed etiam propter animi continentiam requisiuit. videbat enim Pop. Rom. non locupletari quotannis pecunia publica, præter paucos, neque eos quicquam aliud assequi cloßum nomine, nisi vt detrimentis accipiendis maiore afficiantur turpitudine videremur. nunc qua cupiditate homines in prouincias, quibus factis, quibus conditionibus proficiscantur, [x] ignorant videlicet isti, qui ad vnum deferenda esse omnia non arbitrantur? quasi verò Cn. Pompeium non cum suis virtutibus, tum etiam alienis vitiis magnum esse videamus. [6] Quare nolite dubitare, quin huic vni

ee 3 credatis

1 Communiter solo quadrobliqua est, qua ipsos aduersarios tefles appellat in rei de qua agitur.

[s] sem, Germana lectio est spiritus.

1 Ex antecedēti disputatione generalem propositionem colligit, Temperātiam in imperatore maxime requiri.

2 Assumptio est. Atqui Pōpeius est omnium continentissimus

3 probatur ex consequētibus effectis.

4 Assumptio.

6 Cōplexio: Itaque Pompeium propter cōtinentiam omnes inter omnes maximē est idoneus qui huic bello præficiatur. Quę rem in quæstionē cōcludendā subiecit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

credatis omnia, qui inter annos tot unus inuentus sit, quem socij in vrbes suas cum exercitu venisse gauderent. [1] Quod si auctoritatibus hanc causam Quirites confirmandam putatis: est vobis auctor bellorum omnium, maximarumque rerum peritissimus, P. Seruilius: omnes tamen res gestæ terra, marique exiterunt, vt cum de bello deliberetis, auctor vobis grauior esse nemo debeat: est C. Curio summis vestris beneficijs, maximisque rebus gestis, summa ingenij, & prudentia praditus: est Cn. Lentulus, is qui omnes pro amplissimis vestris honoribus summum consilium, summam grauitatem esse cognouistis: est C. Cæsar integritate, virtute, constantia singulari. Quare videte, num horum auctoritatibus, illorum orationi qui dissentiant, respondere posse videamur. [2] Quæ cum ita sint, C. Manili, primum ipsam tuam & legem, & voluntatem, & sententiam laudo, vehementissimeque comprobo deinde te hortor, vt auctore populo Romano mentem in sententia, neve cuius quam vim, aut minas pertimescas. primò in te satis esse animi, constantiæ, & arbitror: deinde cum tantam multitudinem, cum tanto studio adesse videamus, quantam non iterum in eadem homine præficiendo oldimus quid est, quod aut de re, aut de perficiendi facultate dubitemus? lege autem, quicquid in me est studij, consilij, laboris, ingenij, quicquid hic beneficij pop. Romani atque hæc potestate prætoria, quicquid auctoritate, fide, constantia possum, id omne ad hanc rem conficiendam tibi, & populo Romano polliceor & defero: [3] testorque omnes deos, & eos maximè, qui hunc locum templumque tenent, qui omnium mentes eorum, qui ad Rempublicam adeunt, maximè perspiciunt, me hoc neque rogatu facere cuiusquam, neq; quò Cn. Pompeij gratiam mihi

[1] Opponit Catuli & Hortensij authoritati[e] aliàs multo plures, quas etiã in exordio magnis laudibus.

[2] Peroratio est tota concepta cum auctoritione sententiæ ad ipsum authore legis Manilix vt in sententia permaneat. Argum. est ex authoritate ipsius Ciceronis & causis hoc facultatibus rei perficiendæ.

[3] Commendat suum studium ex fine qui illustrat actionem vt similem causam.

mihi per hanc causam conciliari putem, [1] neque quò mihi ex cuiusquam amplitudine, aut præsidia periculis, aut adiumenta honoribus quæram: propterea quod periculo facile, vt hominem præstare oportet, innocentia tecti pellemus: honores autem, neque ab vno, neque ex hoc loco, sed eadem nostra ella laberiosissima ratione vitæ, si vestra voluntas feret, consequemur. [2] Quamobrem quicquid in hac causa mihi susceptum est Quirites, id omne me Reipublicæ causa suscepisse confirmo: tantumque abest, vt aliquam bonam gratiam mihi quæsisse videar, vt multas etiam simultates partim obscuras, partim apertas, intelligam mihi non necessarias, vobis non inutiles suscepisse. sed ego me hoc honore præditum, tantis vestris beneficijs affectum, statui Quirites vestram voluntatem, & Reipublicæ dignitatem, & salutem prouinciarum atq; sociorum, meis omnibus commodis, & rationibus præferre oportere.

[1] Remouet dissimiles fines et Reipublicæ finē Romani.

[2] Conclusio est principalium argumentorum. & peroratio finem refellēs ex aduersi quorū ratio redditur et causis affectibus & hac

PRO A. CLVENTIO HABITO.

ORATIO XIIII.

1 Orditur à summa distributione totius causæ, quam ab accusatore propositam, nedit se seruaturum adusque extremam orationem ex fine.

ANIMADVERTE[1] iudices, omnem accusatoris orationem, in duas diuisam esse partes: quarum altera mihi niti, & magnopere confidere videbatur inuidia iam inueterata iudicij. Intuiamur: altera tantummodo consuetudinis causa timide, & diffidenter attingere rationem veneficij criminum: quæ de re lege sit hæc quæstio constituta. Itaque mihi certum est hanc eandem distributionem, inuidiæ, & criminum, sic in defensione seruare, vt omnes intelligant, nihil me nec subterfugere voluisse reticendo, nec obscurare dicendo.[2] Sed cùm cogitem quomodo mihi in vtraque re sit elaborandum, altera pars ea, quæ propria est iudicij vestri, & legitima veneficij quæstionis, per mihi breuis, & non magna in dicendo contentionis fore videtur: altera autem, quæ procul à iudicio remota est, quæ concionibus seditiosè concitatis accommodatior est, quàm tranquillis, moderatisque iudiciis, prælucet quantum in agendo difficultatis, & quantum laboris sit habitura. sed in hac tanta difficultate illa me res tamen iudicet consolatur, quòd vos de criminibus sic audire consuestis, vt eorum omnem dissolutionem ab oratore quæratis: vt non existimetis plus vos ad salutem rei largiri oportere, quàm quantum defensor purgandis criminibus consequi & dicendo probare potuerit.[3] De inuidia autem sic inter vos disceptare debetis, vt non quid dicatur à nobis, sed quid oporteat dici consideretis. Agitur enim in criminibus, A. Cluentij proprium periculum: in inuidia, causa communis. Quamobrem alteram partem causæ sic agemus, vt vos doceamus alteram sic, vt oremus. in altera diligentia vestra nobis adiungenda est: in altera fides imploranda. nemo est enim qui inuidia sine vestro, ac sine talium virorum subsidio posit resistere: [4] Equidem quod ad me attinet, quo me vertam nescio. nec fuisse illam infamiam iudicij corrupti? negè illam rem agitatam in concionibus? iactatam in iudiciis? commemoratam in Senatu? nullam ex animis hominum tantam opinionem? tam penitus insitam? tam vetustam? non est nostri ingenij: vestri auxilij est iudicare, huius innocentia sic in hac [5] calamitosa fama, quasi in aliqua pernitiosissima flamma, atque in communi incendio subsistere. Etenim sicut aliis in locis parum firmamenti, & parum virium falsas habet: sic in hoc loco falsa inuidia imbecilla esse debet.[6] deinetur in concionibus, iacent in iudiciis: valeat in opinionibus ac sermonibus imperitorum, ab ingenijs prudentium repudietur: vehementes habeat repentinos impetus, spatio interposito, & causa cognita, consuescat deniq; illa definitio iudicium aquorum, qua nobis à maioribus tradita est, retineatur: vt in iudiciis, & sine [7] inuidia culpa plectatur, & sine culpa inuidia ponatur.[8] Quamobrem à vobis iudices, antequam de ipsa causa dicere incipio, hæc postulo: primùm id quod æquissimum est, vt ne quid huc præiudicati afferatis. etenim non modo auctoritatem, sed etiam nomen iudicium amittemus, nisi hæc ex ipsis causis iudicabimus, ac si ad causas iudicia iam facta domo deferemus: deinde si

2 Vulter informat futuram tractationem singularum partium per diuisionem iudicum.

3 Locus communis in inuidiam & præiudicia.

1 inuidia.

2 παροιμία.

3 Permissio.

4 inuidia.

5 In præiudicia.

quam opinionem iam vestris mentibus comprehendistis, si eam ratio euellet, si ratio labefactabit, si denique veritas exturbabit, ne repugnetis, eamq; animis vestris aut libentibus, aut aquis remittatis: tum autem cum ego vnaquaque de re dicam, & diluam, me ipsi quæ contraria sunt, taciti cogitationi vestræ subiiciatis: sed ad extremum expectetis, & me meum dicendi ordinem seruare patiamini: cum * peroraro, tum si quid erit prætermissum, à me requiratis. Ego me Iudices, ad eam causam accedere, quæ iam per annos octo continuos ex contraria parte audiatur, atque ipsa opinione hominum tacita propè conuicta, atque damnata sit, facilè intelligo: sed si quis mihi deus vestram ad me audiendum beneuolentiam conciliarit, efficiam profecto, vt intelligatis, nihil esse hominis tam timendum, quàm inuidiam: nihil innocenti suscepta inuidia tam optandum, quàm æquum iudicium, quod in hoc vno denique falsa infamiæ finis aliquis, atque exitus reperiatur. Quamobrem magna me spes tenet, si ea quæ sunt in causa, explicare, atque omnia dicendo consequi potuero, hunc locum, consessumque vestrum, quem illi horribilem A. Cluentio, ac formidolosum fore putauerunt, eum tandem eius fortuna miseræ multumque iactatæ portum, ac perfugium futurum. Tametsi permulta sunt, quæ mihi, antequàm de causa dicam, de communibus inuidiæ periculis dicenda esse videantur: tamen ne diutius oratione mea suspensa expectatio vestra teneatur, aggrediar ad crimen cum illa deprecatione Iudices, qua mihi sapius vtendum esse intelligo: sic vt me audiatis, quasi hoc tempore hæc causa primùm dicatur. sicut dicitur, nō quasi sæpe iam dicta, & nunquam probata sit. hodierno enim die primùm veteris

* peroratū fuerit, si quid.

teris istius criminis diluendi potestas est data: ante hoc tempus error in hac causa, atque inuidia versata est.[1] Quamobrem, dum multorum annorum accusationi breuiter, dilucideque respondeo, quæso vt me Iudices, sicut facere instituistis, benigne, attenteque audiatis. [2] Corrupisse dicitur A. Cluentius Iudicium pecunia, quò inimicum suum innocentē Statium Albiū condemnaret. ostendam Iudices primū, quorū capitis illius atrocitatis atq; 1 inuidiæ fuit, innocentē pecunia circumuentū. 2 ne minimam vnquam materiam criminis, grauioris 2 huius testimonij esse in iudicium vocatum: 3 deinde ea de eo præiudicia esse facta ab ipsis iudicibus, à quibus condemnatus est, vt non modo ab eisdem, sed ne ab aliis quidem vllis, alijsi ille modo possit. Cum hæc docuero, 3 tum illud ostendam, quid maximè requiras intelligo, iudicium illud pecu 1 } nia esse sentiās, nō à Cluētio, sed cōtra Cluē 2 } tiam facta, & vt intelligatis, in tota illa cau 3 } sa quid 1 res ipsa tulerit, 2 quid error affinxerit, 3 quid inuidia constarit.[3] Primum igitur illud est, ex quo intelligi possit, debuisse Cluentium magnopere causa confidere, quod certissimis criminibus, & testibus fretus ad accusandum descenderit. Hoc loco faciendum mihi Iudices est, vt vobis breuiter illa, quibus illum condemnatus est, crimina exponam. [4] Abi te peto Oppianice, vt me inuitum de patris tui causa dicere existimes, addultum fide atq; officio deserui. etenim tibi si in præsentia satisfacere non potuero, tamen multa mihi ad satisfaciendum reliquo tempore facultates dabuntur: Cluentio nisi nunc satisfecero, postea mihi satisfaciendi potestas non erit. simul & illud quis est qui dubitare debeat, cōtra damnatum, & mortuū, pro incolumi & viuo dicere? cū illi, in

1 Deprecatio qua à reconciliatam arte tiendum; cō cilia.

2 Proponit primam partem primarię quæstionis, cuius intentionem depellit quatuor oppositis capitibus quibus singillatim se distrurum pollicetur.

3 Aggreditur ad primum caput primæ quæstionis, ad quod defendendū Oppianici crimiū narrationem necessariam iudicat. Argumentum est ex fine.

4 ἀποστροφὴ ad Oppianicum filiū in quadam deprecatione ex causis ediscendum ruis materiam colligendo.

illi, in quem dicitur, damnatio omne ignominiæ periculum tam absoluerit, mors verò etiam doloris huic autem, pro quo dicitur, nihil possit offensionis accedere sine acerbissimo animi sensu ac dolore, & sine summo dedecore vitæ ac turpitudine.[1] At qua vt intelligatis Cluentium non accusatorio animo, non ostentatione aliqua, aut gloriæ adductum, sed nefariis iniuriis, quotidianis insidiis, propositis ante oculos vitæ periculo, nomen Oppianici detulisse, paulò longius exordium rei demonstranda repetam: quod quæso Iudices, ne moleste patiamini. principijs enim cognitis, multò facilius extrema intelligetis.[2] A. Cluentius Habitus fuit pater huiusce Iudices, homo non solùm municipijs Larinatis, ex quo erat, sed etiã regionis illius, & vicinitatis, virtute, existimatione, nobilitate facilè princeps. Et cũ esset mortuus, Sylla, & Põpeio COSS. reliquit hunc annos XV. natum, grandem autem, & nubilem filiam: quæ breui tempore postea patris mortem nupsit A. Aurio Melino consobrino suo, adolescenti in primis, vt tum habebatur, inter suos & honesto, & nobili. Cum essent hæ nuptiæ plenæ dignitatis, plenæ concordiæ, repente est exorta mulieris importuna nefaria libido, non solùm dedecore, verum etiam scelere* connexa. Nam Sassia mater huius Habiti (3) mater enim à meritis nominis causa, tamen si in hunc hostili odio & crudelitate est, mater inquam appellabitur: neque vnquam illa ita de suo scelere, & immanitate audiet, vt naturæ nomen amittat.[4] Quo enim est ipsum nomen amantius, indulgentiusque maternum, huc illius matrẽ, quæ multos iam annos, & nunc cum maximè filium interficium cupit. singulare scelus maiore odio dignum esse ducas. Ea igitur mater Habiti, Melini illius adolescentis generi sui, contrà quàm fas erat, amore capta, primò, neque id ipsum diu, quod modo puerat, in illa cupiditate continebatur inde ita flagrare cœpit amentia, sic inflammata ferri libidine vt eam non pudor, non pudicitia, non pietas, non macula familiæ, non hominum fama, nõ filij dolor, non filia mœror à cupiditate revocarit, animum adolescentis nondum consilio, ac ratione firmatũ, pellexit vt omnibus rebus, quibus illa atq; capi ac deliniri potest: filia, qua non solùm illa communi dolore muliebri in eiusmodi viri iniuriis angeretur, sed nefarium matrẽ pellicatum ferre nõ posset, de qua ne queri quidem sine scelere se posse arbitraretur, cæteros sic tanti mali ignaros esse cupiebat, in huius amãtissimi sui fratris manibus, & gremio, mœrore, & lacrymis consenescebat. Ecce autem subitum diuortium, quod sulatium malorũ omnium fore videbatur. discedit à Melino Cluentia: vt in tantis iniuriis, non inuita: vt à viro, non libenter.[5] Tum verò illa egregia, ac præclara mater palam exultare lætitia, ac triumphare gaudio cœpit, victrix filia, non libidinis. Itaque diutius suspitionibus obscuris læti fumam suam voluit: tollit vllum genialem quem biennio antè filia sua nubenti strauerat, in eadem domo sibi ornari, & sterni, expulsa atque exturbata filia, iubet nubit genero socrus, nullis* auspicibus, nulli auroribus, funestis ominibus omnium.[6] O mulieris scelus incredibile & prater hanc vnam in omni vita inauditum: ô libidinem effrenatem, & indomitam: ô audaciam singularem, non timuisse, si minus vim deorum, hominumque famam, at illam ipsam nocturnam facemq; illas nuptiales? non limen cubiculi? non cubile filiæ? non parietes denique ipsos superiorum tectos nuptiarum? perfregit, ac prostrauit omnia cupi-

dita

1 Aliena præparatio ad sequentem narrationem cũ argumento ex fine.

2 Prima narratio pertinet ad inuidiam conflandam Sassiæ matri Cluentij qui in hoc iudicio grauè se aduersarijs filio suo præbebat.

* Coniunctæ ἐπιζευξεις.

3 Collatio parium.

1 ἀναισχυντίαν καὶ ἀναιδείαν.

2 ὑπερτόνως.

* auspicijs.

3 Exclamatio.

4 ἀναφορὰ.

5 Epiphonema.

a Contrariorum συμπλοκὴ.

dixte ad furore? vicit pudorem libido timorem audacia, rationem amentia. Tulit hoc commune dedecus iam familia cognationis, nemini grauiter filius, auo debatur autem eius molestia quotidie quærimoniis, & assiduo fletu fororis. Restitit tamen nihil fere in tantis iniuriis, ac tanto scelere matris grauius faciendum, quam vt illa matre ne vteretur? ne quam videre sine summo animi dolore non poterat, ea si matre vteretur, non solum videre. sed etiam probare suo iudicio putaretur.

b Argumentatur ex fine per remotionem.

c Conclusio primæ narrationis.

[1] Initium quod huic cum matre fuerit simultatis, audistis. pertinuisse hoc ad causam, tunc, cum velit qua cognouerit, intelligetis. Nam illud me non præterit, cuiusmodicunque mater sit, tamen in iudicio filij de turpitudine parentis dici vix oportere. non essem ad ullam causam idoneus iudex, si hoc, quod in communibus hominum sensibus, atq; in ipsa natura positum atque infixum est, id ego cum ad amici pericula depellenda adhiberem, non viderem facile intelligo non modo reticere homines paratum iniurias, sed etiam animo æquo ferre oportere. Sed ego ea quæ ferri possunt, ferenda: quæ tacere, tacenda esse arbitror. nihil in vita vidit calamitatis A. Cluentius, nullum periculum mortis adist, nihil mali timuit, quod non totum à matre

* perfectum

tre esset conflatum & *profectum. Quæ hoc tempore fileret omnia, atque ea si oblitione non posset, tamen taciturnitate sua tecta esse putaretur. sed

d Sxplus repetit idem in quod a argumentum.

ea verò sic agit, vt prorsus reticere nullo modo possit. [2] Hoc enim ipsum iudicium, hoc periculum, illa accusatio, omnis testium copia, quæ futura est à matre initio est adornata, à matre hoc tempore instruitur, atque omnibus eius opibus, & copijs comparatur, ipsa denique nuper Larinæ huius apprimendi causa Romã aduolauit, præcò est mulier,

audax,

audax, pernicies. crudelis? *inuitum accusatores, *instituit
struxit testes? squalore huius & sordibus lætatur? exitium exoptat? sanguinem sum profundere omnem cupit, & quomodo profusum huius ante videat. hæc nisi omnia perspexeritis in causa, temere à nobis illam appellari putatote: sunt autem eruta & aperta, & nefaria. Cluentio ignoscere debetis, quod hæc à me dici patiatur? mihi ignoscere non debetis, si tacerem. Nunc iam summatim exponam, quibus criminibus Oppianicus damnatus sit: & constantiam A. Cluentij, & rationem accusationis perspicere possitis. [3] Ac primum causa accusandi quæ fuerit, ostendam: vt id ipsum A. Cluentium vi & necessitate coactum fecisse videatis. Cum manifesto veneam deprehendisset, quod vir matris Oppianicus ei paranerat: & eos non coniectura, sed oculis ac manibus teneretur, neque in causa vlla dubitatio posset esse: accusauit Oppianicum, quam constanter, & quam diligenter, postea dicã, nunc hoc scire vos uolo, nullam huic aliam accusandi causam fuisse, [4] nisi vti propositum vita periculum, & quotidianas capitis insidias hac vna ratione vitaret. [5] Atque vt intelligatis his accusatum esse criminibus Oppianicum, vt neque accusator timere, neque reus sperare debuerit: paucis vobis illius iudicij crimina exponam: quibus cognitis nemo vestrum mirabitur, illum diffidentem rebus suis ad Stalenum, atque ad pecuniam confugisse. [6] Larinæ quædam fuit Dinea, socrus Oppianici, quæ filium habuit M. & Numerium Aurios, & Cn. Magium, & filiam. Id a gnam, nuptam Oppianico. M. Aurius adolescentulus bello Italico captus apud Asculum, in Quinti Sergij Senatoris cum, qui inter sicarios damnatus est, manus incidit, & apud eum fuit in ergastulo.

No

1 Argumentum ex ea comparatione contrariorum hreui enthymemate absoluta.

2 Iterat præparationem promissæ narrationis.

3 Accusationem vitrici à Cluentio factam exponit ex hoc.

4 Tertiũ aut etiã amplius repetit narrationis præfationem.

5 Narratio criminũ Oppianici aliunde petit ex subiectis illius factorum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Numerius autem Aurius frater mortuus est, hæredémque Cn. Magium fratrem suum reliquit, postea Magia uxor Oppianici mortua est. postremò unus qui reliquus erat Dinea filius, Cn. Magius est mortuus. ita fecit hæredem illum adolescentem Oppianicum sororis sua filium, eúmque partiri cum Dinea matre iussit. interim venit index ad Dineam neque obscurus, neque incertus, qui nuntiaret exilium eius M. Aurium vivere, & in agro Gallico esse in seruitute. Mulier amissis liberis, cum unius filij recuperandi spes esset oblata, omnes suos propinquos, filíque sui necessarios conuocauit, & ab ijs flens petiuit, vt negotium susciperent, adolescentem inuestigarent, sibi restituerent eum filium, quem tantum vnum ex multis fortuna reliquum esse voluisset. Hæc cùm agere instituisset, oppressa morbo est. itaque testamentum fecit eiusmodi, vt illi filio H-S. CCCCIↃↃↃↃ. millia legaret, hæredem institueret eundem illum Oppianicum nepotem suum. atque his diebus paucis est mortua. propinqui tamen illi quemadmodum viua Dinea instituerant, ita mortua illa, ad inuestigandum Aurium cum eodem illo indice in agrum Gallicum profecti sunt. Interim Oppianicus, vt erat facinoris multis ex rebus reperti, & singulari scelere, & audacia, per quendam Gallicum simularem suam primum illum iudicem pecunia corrupit: deinde ipsum Aurium non magna iactura facta tollendum interficiendúmque curauit. Illi autem qui erant ad propinquum inuestigandum, & recuperandum profecti, literas Larinum ad Auries illius adolescentis propinquos, suósque necessarios mittunt: sibi difficilem esse inuestigandi rationem, quod intelligerent iudicem ab Oppianico esse corruptum. Quas literas

6 Ex consilii verisimilia facit oblecta.

literas A. Aurius vir fortis, & experiens, & domi nobilis, M. illius Aurij propinquus, in foro palàm, multis audientibus, cùm adesset Oppianicus, recitat, & clarissima voce se nomen Oppianici, si interfectum M. Aurium comperisset, delaturum esse testatur. Interim breui tempore illi, qui erant in agrum Gallicum profecti, Larinum reuertuntur: interfectum esse M. Aurium renuntiant. animi non solum propinquorum, sed etiam omnium Larinatium odio Oppianici, & illius adolescentis misericordia commouentur. Itaque cùm A. Aurius, qui antea denuntiarat, clamore hominem, ac minis insequi cœpisset, [1] Larino profugit, & se in castra clarissimi viri Q. Metelli contulit. Post illam fugam & sceleris, & conscientiæ testem, nunquam se inducis, nunquam legibus, nunquam inermem inimicis committere ausus est: sed per illam L. Sylla vim, atque victoriam Larinum in summo timore omnium cum armatis adolauit: Quatuor viros, quos municipes fecerant, sustulit: se à Sylla, & alios præterea tres factos esse dixit: & ab eodem sibi esse imperatum, vt Aurium illum, qui sibi delationem nominis, & capitis periculum obtentarat, & alterum Aurium, & eius C. filium & Sex. [2] Virbium quæ sequestre in illo indice corrumpendo diceba-tur esse usus, proscribendos, interficiendosque curaret. Itaque illis crudelissimè interfectis, non mediocri ab eo cæteri proscriptionis, & mortis metu terrebantur. [3] His rebus in causa iudicióque patefactis quis est qui illum absolui potuisse arbitraretur? [4] Atque hæc parua sunt: cognoscite reliqua vt non aliquando condemnatum esse Oppianicum, sed aliquàdiu incolumem fuisse intremini primum videte hominis audaciam. Sustam, in matrimo-

1 Hoc de Oppianico est intelligendo.

2 Virium

3 Accommodat narrata facinora ad causam.

4 Atque

5 Transitio ex collatione maiorum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nium ducere. Habiti matrem, illam, cuius virum A. Aurium reciderat, concupiuit.[1] utrum impudentior hic, qui postulet, an crudelior illa, si nubat, difficile dictu est. sed tamen utriusque humanitatem, constantiamq; cognoscite. petit Oppianicus, ut sibi Sassia nubat, & id magnopere contendit.[2] illa autem non admiratur audaciam, non impudentiam exsperatur, non denique illam Oppianici dexteram, viri sui sanguine redundantem reformidat. sed quid? habuerat tres ille filios, ideirco a se ab iis nuptiis abhorrere respondit. Oppianicus, qui pecuniam Sassia concupiuisset. Iamne sibi quaerendam remedium existimauit ad eam moram, qua nuptiis afferebatur? Iam cum haberet ex Novia infantem filium, iterum eius filius Puppia natus, Theano Appali, quod abest a Larino decem & octo millia passuum, apud matrem educaretur, accersit subito sine causa puerum. Theanoque facere, nisi ludis publicis, aut festis diebus antea non solebat. Mater nihil mali misera suspicata mittit. Ille se Larentum perducit, cum simul esset, eo se die puer, cum hora undecima in publico ludos solus esset, ante nullum mortuus, & paulo ante, quam lauaret, conbalbus est.[4] at q; hanc tantam maroremm matri primi hominum ruunt, quos quisquam ex Oppianici familia tenuit? Illa cum uno tempore audisset filium suum filium. sed etiam exequiarum minas erepti Larinatis consilium examinata venit, & ibi demum tegens funus tam sepulto filio fecit. Dixi nondum de centimiae referant, cum ille alter filius infans necatur. Itaque nubit Oppianico continuo Sassia lasciuientis animo, & spe optima confirmata: nec mirum quae se non nuptialibus donis, sed filiorum funeribus delinitam videret.[5] Itaque quod caeci pro

1 Exaggerat Habiti & Oppianici impudentiam probaturi collationis partium.

2 Collatio difficultatis causae.

3 Argumentum est a fine ad destinata.

4 Argumentum est ex effectis quod ille veneficiis celauit de morte filij id procurasse hortor merito tribunale condemnet.

5 Difficilius cuique augetur impietatis Oppianici.

propter liberos pecunias cupidiores solent esse, ille propter pecunias liberos amittere tam cupiens esse dixit.[1] Sentio Iudices, vos pro vestra humanitate his tantis sceleribus breuiter a me demonstratis, vehementer esse commotos. quo tandem igitur animo fuisse illos arbitramini, quibus his de rebus non modo audiendis fuit, verum etiam iudicandis? Vos auditis de eo, in quem Iudices non estis: de eo, quem non videtis: de eo, quem odisse iam non potestis: de eo, qui & natura, & legibus satisfecit: quem leges exilio, natura morte mulctauit: auditis non ab inimico, auditis sine testibus, auditis, cum ea, quae copiosissime dici possunt, breuiter a me stricteque dicuntur. Ibi audiebant de eo, de quo iurati sententias ferre debebant: de eo cuius praesentis nefarium, & consceleratum vultum intuebantur. de eo, quem oderant propter audaciam: de eo, quem omni supplicio dignum esse ducebant: audiebant ab accusatoribus, audiebant verba inimicorum testium, audiebant cum vnaquaque de re a P. Cannutio homine eloquentissimo grauiter, & diu diceretur.[2] & est quisquam, qui cum haec cognouerit, suspicari possit Oppianicum iudicio oppressum, & circumuentum esse innocentem? Accuratius iam reliqua Iudices dicam, vt ad ea quae propiora horum causae, & adiunctiora sunt, perueniam.[3] Vas quae sa memoria teneatis, non mihi hoc esse propositum, vt accusem Oppianicum mortuum. sed cum hoc persuadere vobis velim, iudicium ab hoc non esse corruptum, hoc vti initio ac fundamento defensionis: Oppianicum hominem sceleratissimum, & nocentissimum esse damnatum.[4] qui vxori suae Cluentiae, quae amita huius Habiti fuit, cum ipse poculum dedisset, subito illa in media potione exclamauit, se maximo cum

1 Cōsulit se eiusdem viri cognitionem eamque accommodat ad causam ex collatione minorum efficiendū causarū & subiectorum.

2 Epi. hūanissima est, quo homo hostis concludit et repugnātibus eloquio. Oppianicū innocētem nō fuisse.

* propria

3 Iterat hāc harum narrationē, ne inmemorem inhibi videat. 4 Instituit etiam narrationem, in qua, vt propositum, accusatum ceteris scelerib. peccatis

Universidad de Deusto
Biblioteca

dalare mori, nec diutius vixit, quàm locuta est. nam in ipso sermone hoc, & vociferatione mortua est. & ad hanc mortem tam repentinam, vocemque morientis, omnia præterea, quæ solent esse indicia, & vestigia veneni, in illius mortuæ corpore fuerunt, eademque veneno C. Oppianicum fratrem necauit. neque est hoc satis: tametsi in ipso fratre parricidio nullam scelus prætermissum videtur: tamen vt ad hoc nefarium facinus accederet, aditū sibi alijs sceleribus ante muniuit. Nam cum esset grauida Auria fratris vxor, & tam appropinquare partus videretur, mulierem veneno interfecit, vt vnà illa, & quod erat ex fratre conceptum, necaretur: postea fratrem aggressus est. qui sero iam exhausto illo poculo mortis, cum & de suo, & de vxoris interitu clamaret, testamentumque mutare cuperet, in ipsa significatione huius voluntatis, est mortuus. ita mulierem, ne partu eius ab hereditate fraterna excluderetur, necauit. fratris autem liberos prius vita priuauit, quàm illi hanc ab natura propriam lucem accipere potuerunt: vt omnes intelligerēt, nihil ei clausum, nihil sanctum esse posse, cuius ab audacia fratris liberos ne mater quidē corporis custodia tegere potuisset. Memoria tenes Miletiam quandam mulierem, cum essem in Asia, quòd ab heredibus secundis acceptā pecunia partum suis ipsa medicamentis abegisset, res capitalis esse damnatamque iniuria, quæ spem parentis, memoriam nominis, subsidium generis, heredem familiæ, designatum Reipublicæ sustulisset. Quanto est Oppianicus in eadem iniuria maiore supplicio dignus? si quidē illa cum suo corpori vim attulisset, se ipsam cruciauit: hic autē idem illud effecit per alterius corporis mortem, atq; cruciatum. Cæteri non videntur in singulis hominibus

1 Ex effectis & adiunctis artificium argumentatur.

2 Auget hoc factum collatione maiorum.

3 Conclusio duorum grauissimorum parricidiorū.

4 Exaggerat impietatem Oppianici collatione minorum effectorum.

5 Iterat eandem collationem impietatis effectorum.

nibus multa parricidia suscipere posse Oppianicus inuentus est, qui in vno corpore plures necaret, Itaq; cùm hanc eius consuetudinem, audaciamq; cognosceret auunculus illius adolescentis Oppianici, C. Manlius, graui morbo affectus esset, & heredē illum suorum suæ filiæ faceret, amicis adhibitis præsente matre sua Dinea vxorē suam interrogauit, esséne pragnans: quæ cùm esse respondisset, ab ea petiit, vt se mortuo apud Dineā, quæ tū ei mulieri socrus erat, quoad pareret, habitaret: diligentiamq; adhiberet, vt id quod cōceperat, seruaret, vt saluum parere posset. itaq; ei testamento legat grandē pecuniam à filio, si qui natus esset: ab secundo hærede nihil legat. Quid de Oppianico suspicatus sit videtis: quid iudicarit, obscurū non est. Nam cùm eius filium faceret hæredē, tum tutorē liberis non adscripsit. Quid Oppianicus fecerit cognoscite, vt illum Manliū intelligatis longè animo prospexisse morientē. Quæ pecunia mulieri legata erat à filio, si qui natus esset, eam præsentē Oppianicus non debitam mulieri, soluit: si hæc soluta legaterū, & non merces abortionis appellanda est. Quo illa pratio accepto, multisq; præterea muneribus, quæ tum ex tabulis Oppianici recitabantur spem illam, quam in alueo commendatā à viro continebat, villa auaritia sceleri Oppianici vendidit: Nihil posse iam ad hanc improbitatem addi videtur, attendite exitum. quæ mulier obstetrione viri decem illis mensibus ne domum quidem vllā, nisi socrus sua nosse debuit, hæc quinto mense pellit viri nutricem, ipsa Oppianica nupsit, quæ nuptiæ non diuturnæ fuerunt. erant enim non matrimonij dignitate, sed sceleris societate coniunctæ. Quid illa cadet Asinij Larinatis, adolescentis pecuniosi, quàm clara, cùm recens sit? quam

6 Subnectit aliud non minus impiū facinus Oppianici.

7 Transit ad quintum hominicidium ab Oppianico admissum.

omnium sermone celebrata? Fuit Aiulius quidem Larinas perdita nequitia, & summa egestate, arte quadam praditus ad libidines adolescentulorũ excitandas accommodata; atque ut se blanditiis, & assentationibus in Asinij consuetudinem penitus immersit, Oppianicus continuo sperare cepit hoc se Aiulio, tanquam aliqua machina admota, capere Asinij adolescentiam, & fortunas eius patrias expugnare posse. Ratio excogitata Larini est res translata Romam. Viri enim ad consilium facilius in solitudine, perfici rem tiusmodi commodius in turba posse arbitrati sunt. Asinius cum Aulio Romã est profectus, hos vestigijs Oppianicus cõsecutus est. Iam ut Roma vixerunt, quibus conuiuijs quibus flagitijs, quantis & quam profusis sumptibus, non modo conficio, sed etiam cenuina, & adiutore Oppianico, longum est mihi dicere, præsertim ad alia properanti. [1] Exitum huius effictæ familiaritatis cognoscite. Cum esset adolescẽs apud mulierculam quandam, atque ibi pernoctaret, & ibi diem postremum commararetur, Aiulius, ut erat constitutum, simulat se agrotare, & testamentum facere velle. [2] Oppianicus obsignatores ad eum, qui neque Asinium, neque Aiulium nossent, ad ducit, & illum Asinium appellat: ipse testamentu Asinij nomine obsignato, discedit: Aiulius illico conualescit. Asinius autem breui illo tempore, quasi in hortulos iret, in arenarias quasdam extra portam Exquilinam perdutus, occiditur. qui cum unum iam, & alterum diem desideraretur: neque in iis locis, ubi ex consuetudine quærebatur, inueniretur, & Oppianicus in foro Larinatium diuitaret, nuper se, & suos amicos testamentum eius obsignasse: liberti Asinij, & neganlli amici, quod ea die, quo postremum Asinius

[1] Renouat attentionẽ hec tui deprecationis.

[2] Testamenti subiecti nomine Oppianũ arguit.

rius visus erat, Aiulium cum eo fuisse, & à multis visum esse constabat, in eum inuadunt, & hominẽ ante pedes Q. Manilij, qui tum erat Trium. constituunt, atq; ille continuo nullo teste, nullo indice, reorum maleficij conscientia perterritus, omnia, ut à me paulò antè dicta sunt, exponit. Asinium ab se, consilio Oppianici interfectum fuisse. Extrahitur domo latitans Oppianicus à Manilio index Aiulius ex altera parte corã tenetur. Hic iam qui reliqua quaritis? Manilius plerig; non ratus, non ille honestè à puertia, non studia virtutis, non illã existimationis bonæ fructum unquam cogitarat, sed ex petulanti, atq; improba scurra, in disciplinã ciuitatis ad eã columnam, ad quã multorũ sæpe conicitis perditus erat, cũ suffragijs populi peruenisset, itaq; rem cũ Oppianico trãsigit: pecuniam ab eo accepit causam & suscepta, & manifestã reliquit. Ac tum in Oppianici causa, crimen hoc Asinianũ cum testibus multis, tũ verò iudicio Aiulij probabatur: in quo inter allegatos Oppianici nomẽ primũ esse constabat, eius, quæ vos misereri, atq; innocentẽ, falsò iudicio circũuentum esse dicitis. [3] Quid? antè tuam Oppianice Dineam, cui tu es hæres, pater tuus nã manifesto nec amicã ad quã cum addaxisset medicum illum suum iam cognitum & sæpe victorẽ, per quẽ interfecerat plurimos, mulier exclamat se ab eo nullo modo velle curari, quo curante suos omnes perdidisset. Tum repentè Anconitanũ quendam L. Cladium pharmacopolam circumforantem, qui casu tum Larinum venisset, aggreditur, & cum eo H-S. quadrigentis, id quod ipsius tabulis tum est demonstratum, transigit. L. Cladius, qui properaret, cui fora multa reliquerant, simul atq; introductus est, rem conficit: prima petione mulierem

[1] Ex causis efficientibus testimonio confirmatis reddit rationem cur Oppianic⁹ in tã manifestis criminib⁹ à Manilio absolutus fuerit.

[2] Sextum crimen primarium de subsita veneno Dinea, quod explicatur ex causis adiunctis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sulsitulit: neq; postea Larini punctum est temporis commoratus.[1] Eadem hac Dinea testamentum faciente, cum tabulas prehendisset Oppianicus, qui gener eius fuisset, digito legata deleuit: & cum id multis locis fecisset, post mortem eius, ne lituris eargus posset, testamentum in alias tabulas transcriptum signis adulterinis obsignauit. Multa praetereo consulto: etenim vereor, ne haec ipsa nimium multa esse videantur: vos tamen cum similem sui fuisse in ceteris vita partibus existimare debetis.[2] Illum tabulas publicas Larini Cereris corrumpisse, Decuriones vniuersi iudicauerunt: cum illo tam nemo rationem, nemo rem vllam contrahebat: nemo illum ex tam multis cognatis, & affinibus tutorē unquā liberis suis scripsit: nemo illis aditu, nemo congressione, nemo sermone, nemo consilio dignum iudicabat: omnes aspernabātur, omnes abhorrebant, omnes vt aliquā immanē ac pernicio-sam bestiā, pestēmq; fugiebant.[3] Hunc tamen hominē tam audacem, tam nefariū, tam nocentem, nunquā accusasset Habitus: iudices, si id praetermittere salua capite suo potuisset. Erat huic inimicus Oppianicus, erat, sed tamen erat vitricus: crudelis, & huic infesta mater; attamen mater: postremò nihil tam remotum ab accusatione, quā Cluentius & natura, & voluntate, & institutā ratione vitae.[4] Sed cum esset haec illi proposita conditio, vt aut iustè, pieq; accusaret, aut acerbè, indignēq; moreretur: accusare quoquo modo posset, quàm illo modo emori, malait.[5] Atq; vt haec ita esse perspicere possitis, exponam vobis Oppianici facinus manifestū, cognoscitisq; deprehensum: ex quo simul vtrum, & huic accusare, & illum condemnari necesse intelligetis.[6] Martiales quidā Larini appellabantur ministri publici Martis, atq;

1 Adiungit corruptarum tabularū crimen quasi appendicem superioris.

2 Septimum crimen publico iudicio cōfirmatum.

3 Cluentii facta cōmendare conatur collatione dissimilium causarum.

4 Reddito dissimilitudinis syllogismo diffunditur breuiter abrepta ex repugnātibus medio caremitib⁹. Partes omnes vna clausula comprehendit & connexa sunt.

5 Reiecit animos attentionis renouatione, proposita summa narrationis insequentis.

6 Narratione noua alias repetit causas accusationis à Cluentio susceptæ.

atq; ei deo veteribus institutis, religionibusq; Larinatium consecrati. quorū cum satis magnus numerus esset, cumq; item, vt in Sicilia permulti Veneri sunt: sic illis Larini in Martis familia numeraretur. repente Oppianicus eos omnes liberos esse cinēq; Romanos coepit defendere. Graviter id Decuriones Larinatium cunctiq; municipes tulerunt: itaq; ab Habito petierunt, vt eam causam susciperet, publicque defenderet. Habitus cum se ab omni eiusmodi negotio remouisset, tamē pro loco, pro antiquitate generis sui,[1] pro eo quod se non solum suis commodis, sed etiam suorum municipū, caterorūq; necessariorum natum esse arbitrabatur, tanta voluntati vniuersorum Larinatium deesse noluit: susceptā causa, Romāq; delata, magna quotidie contentiones inter Habitum, & Oppianicum ex vtriusq; studio defensionis excitabantur.[2] Erat ipse immani, acerbaq; natura Oppianicus: incendebat eius amentiam infesta, atq; inimica filio mater. Habiti magni autem illi sua interesse arbitrabantur, hunc a causa Martialiū dimouere.[3] Suberat etiā alia causa maior, quae Oppianici hominis auaritiae atq; audaciae metem maximè cōmouebat. Nam Habitus vsq; ad illa iudicij tempora, nullū testamētū vnquā fecerat: neq; enim legaretur sic matri poterat in animū inducere, neq; testamento nomen omnino praetermittere parentis. Id cum Oppianicus sciret (neq; enim erat obscurū) intelligebat Habito mortuo, bona eius omnia ad matrem esse ventura: qua ab ipso postea, caeca pecunia maiore praemio, orbata filio minore periculo, necaretur.[4] Itaque his rebus incensus, qua ratione Habitum venena tollere conatus sit, cognoscite. C.[5] & L. Fabrij fratres gemini fuerunt ex municipio Aletrinate, homines

1 Argumentatur ex sine per collationem minorū.

2 Ex causis per se efficientibus, aliisq; adiuuantib⁹.

3 Addit alterum argumētum ex fine cuius subiectio a priore salute eorumq; causas.

4 Concludit explicationē destinatorum ex fine antepositō.

5 Facultates destinatorum efficiendorū ostēdit ex ad inuantibus causis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

inter se cum forma, tum moribus simile: municipum autem suorum dissimilimi: in quibus quantus splendor sit, quam prope æquabilis, quàm sere omnium constans & moderata ratio vitæ, nemo vestrum, ut mea fert opinio, ignorat. Hîc Fabricius semper usus est Oppianico familiarissimè. 1 Iam hoc fere scitis omnes, quantâ vim habeat ad coniungendas amicitias studiorum, ac naturæ similitudo. Nam illi ita viuerent, vt nullum quæstum turpem esse arbitrarentur: cum omnis ab his fraus, omnes insidiæ, circumscriptiones, adolescentium nascerentur, cum essent vitiis, atq; improbitate omnibus noti. Audieré, vt dixi, ad eorum se similitudinem multi iam ante annos Oppianicus applicarat. Itaq; tum sic statuit, per C. Fabricium (nam Læca mortuus) insidias Habito comparare. Erat illo tempore infirma valetudine Habitus: vtebatur autem medico ignobili, sed probato homine Cleophante: eius seruum Diogenem Fabricius ad venenum Habito dandum spe & pretio sollicitare cœpit. 2 Seruus non incallidus, sed, vt ipse res declarauit, frugi atq; integer, seruandum Fabricij non est asperna tus, rem ad dominum detulit: Cleophantus autem cum Habito est locutus. Habitus autem statim cum M. Bæbio Senatore familiarissimo suo communicauit: qui qua fide, qua prudentia, qua dignitate fuerit, meminisse vos arbitror. Is placuit vt Diogenem Habitus emeret à Cleophante, quò facilius comprehenderetur res eius indicio, aut falsa esse cognosceretur. 3 Ne multis: Diogenes emitur: * venenum diebus paucis comparatur: multi viri boni cum ex occulto interemissent, pecunia obsignata, quæ ad eam rem dabatur, in manibus Scamandri liberti Fabriciorum deprehenditur. 4 Prò dij immortales, Oppianicum quisquam his

rebus

1 Argumentatur ex efficiéti tibus syllogismo pleno & explicito. Partes huius & naturali ordine collocatæ sunt.

2 Deprehensa veneni ratione ostendit ex causis adiunctis.

3 Renouatio sui ipsius.

* venenum diebus paucis] Multi viri boni cum Epiphone mare concha die minime innocentem Oppianicum esse dixerunt.

rebus cognitis, circumuentum dicit esse? Quis vnquam audacior? quis nocentior? 1 quis apertior in iudicio adductus est? Quod ingenium? 2 quæ facultas dicendi? quæ à quoquam excogitata defensio huic vni criminis potuit obsistere? simul & illud quis est qui dubitet, quin hæc res comperta, manifestáque deprehensa, aut deuenda mihi Cluentio, aut suscipienda accusatio fuerit? Satis esse arbitror demonstratum iudices, 3 in criminibus accusatum esse Oppianicum, vt honestè absolui nullo modo potuerit. Cognoscite nunc ita rem citatum esse illum, vt re semel, atque iterum prædicata condemnatus in iudicium venerit. Nam Cluentius iudices, primum nomen eius detulit, cuius in manibus venenum deprehenderat: is erat libertus Fabriciorum Scamander. Integrum consilium, iudicij corrupti nulla suspicio, simplex in iudicium causa, certa res, verum crimen allatum est. Hîc tum Fabricius ille, de quo ante dixi, qui liberto damnato sibi illud impendere periculum videret, quòd mihi cum Alterinatibus vicinitatem, & cum plerisque eorum magnum vsum esse sciebat, frequentes eos ad me domum adduxit. Qui quamquam de homine sceleratissimo nihil necesse erat, excellebant tamen quòd erat ex eodem municipio sua dignitatis esse arbitrabantur, cum quibus rebus possent defendere. Idq; à me vt facerem, & vt causam Scamandri susciperem, petebant: in qua causa patroni omne periculum continebatur. Ego qui neque illis talibus viris, ac tam amantibus mei rem possem vllam negare, neq; illud crimen tantum ac tam manifestum esse arbitrarer, sicut nec illis quidem ipsis, qui mihi tum illam causam commendabant, arbitrabantur: pollicitus iis sum, me omnia, quæ vellent, esse facturum. Res agi capta

est

1 Ex personis quæ accusatus adiunctis.

2 Collatione minorum manifestissima Oppianici criminis fuisse significat.

3 Concludit primum caput ex quatuor propositis initio ante narrationem omnes transigit ad secundum.

4 Statuit subiectum primi præiudicij.

Universidad de Deusto
Biblioteca

est, citatus est Scamander reus: accusabat P. Cannutius homo in primis ingeniosus, & in dicendo exercitatus: accusabat autem ille quidem Scamandrum verbis tribus, venenum esse deprehensum: omnia tela totius accusationis in Oppianicum coniiciebantur: [1] aperiebatur causa insidiarum, Fabriciorum familiaritas commemorabatur: hominis vita & audacia proferebatur: denique omnis accusatio varie, graviterq; tractata ad extremum manifesta veneni deprehensione concluſa est. Hic ego cum ad respondendum [2] surrexi, quo cura, qui immortales, qua sollicitudine animi, quo timore? Semper equidem magno cum metu incipio dicere: quotiescunq; dico, toties mihi videor in iudicium venire, nō ingenij solū, sed etiā virtutis atq; officij. ne aut id profiteri videar, quod non possim implere, quod est impudentia: aut id non efficere, quod possim, quod est aut perfidia, aut negligentia. tum verò ita sum perturbatus, vt omnia timerem: si nihil dixissem, ne infantissimus: si multa in eiusmodi causa dixissem, ne impudentissimus existimarer. Collegi me aliquando, & ita cum Habito fortiter esse agendum: illi ætati, qua tum eram, solere laudi dari, etiam si in minus firmis causis hominum periculis non desiissem atque fecissem: sic pugnandi, sic omni ratione contendi, sic ad omnia confugi quantum ego assequi potui, remedia ac perfugia conquirens. vt hoc quod timidè dicam, consecutus sim, ne quis illi causa patronum defuisse arbitraretur. sed vt quicquid ego apprehenderam, statim accusator exterqueba[t] è manibus. Quæsiram, an inimicitiæ Scamandro cum Habito fuerabantur nullæ fuisse: sed Oppianicum, cuius ille minister fuisset, huic inimicissimum fuisse, atque esse dicebat. Sin autem illud

1 Accusatium summa capita accusationis in Scamandrum Incentæ perstringit.

2 Quid Cicero pro Scamandro quem reo agit Alterius rei defendebat, respondet[ur]

illud egeram, nullum ad Scamandrum morte Habiti venturum emolumentum fuisse, concedebat: sed ad vxorem Oppianici, hominis in vxoribus necandis exercitati, omnia bona Habiti ventura esse dicebat. Cum illa defensione vsus essem, quæ in Libertinorum causis honestissima semper existimata est, Scamandrum patrono esse probatum, fatebatur: sed quærebat, cui probatus esset ipse patronus. Cum ego pluribus verbis in eo commoratus essem, Scamandro fuisse insidias per Diogenem constitutumque inter eos de alia re fuisse, vt medicamentum non venenum Diogenes afferret, hoc enim [*] vsu venire posse: quærebat cur in eiusmodi locum tam abditum, cur solus, cur cum obsignata pecunia venisset. Denique hoc loco causa tegebat honestissimos hominibus premebatur. [1] M. Bebrius de suo consilio Diogenem emptum, se præsente Scamandrum cum veneno, pecuniaque deprehensum esse dicebat. P. Quintius Varus homo summa religione, & summa auctoritate præditus, de insidiis, qua fierent Habito, & de solicitatione Diogenis recenti re secum Cleophantum locutum esse dicebat, atque in illo iudicio cum Scamandrum non defendere viderentur, verbo ille reus erat, re quidem vera, & periculo, & tota accusatione, Oppianicus. Neque id obscurè ferebat, nec dissimulare vllo modo poterat: aderat frequens, adnitebatur, omni studio, gratiaque pugnabat: postremò, id quod maximo malo illi causæ fuit, hoc ipso in loco, quasi reus ipse esset, sedebat. Oculi omnium iudicum non in Scamandrum, sed in Oppianicum coniiciebantur: timore eius, perturbatio, suspensio, incertitudoque vultus, crebra coloris mutatio, qua erant autem

[*] vsuū

1 Addit superioribus argumentis gravissimorum virorum testimonia, quibus Scamandrum convictū damnari necesse fuerit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

suspiciosa. hac aperta, ac manifesta faciebant. Cum in consilium iri oporteret, quaesiit ab eo reo C. Iunius quaestor ex lege illa Cornelia, quae tum erat, clàm an palàm de se sententiam ferri vellet. de Oppianici sententia responsum est. quod si Habito familiarem Iunium esse diceret, clàm velle ferri. Itum est in consilium: omnibus sententijs praeter unam, quam suam Stalenus esse dicebat, Scamander prima actione condemnatus est. [1] Quis tum erat omnium, qui Scamandra condemnato non iudicium de Oppianici facinore esse arbitraretur? quid est illa damnatione iudicatum, nisi venenum id quod Habito daretur, esse quaesitum? quae porrò tenuissima suspicio collata in Scamandrum est, aut conferri potuit, vt is suae spontè necare voluisse Habitum putaretur? [2] Atque hoc tum iudicio falso, & Oppianico re, & existimatione iam, lege, & pronuntiatione nondum condemnato, tamen Habitus Oppianicum reum statim non fecit: voluit cognoscere, vtrum Iudices in eo solùm essent saeuri, quod venenum habuisse ipsos comperissent: an etiam consilia, conscientiásque eiusmodi facinorum supplicijs dignas iudicarent. Itaque C. Fabricium, quem propter familiaritatem Oppianici consilium illi facinori fuisse arbitrabatur, reum statim facit: vtque ei locus primus constitueretur, propter causa coniunctionem impetrauit. Hic tum Fabricius non modo ad meos pueros, & amicos, Alterinates non adduxit, sed ipse mecum, defensoribus vti postea, nec laudatoribus potuit. Res enim integram hominis non alieni, quamuis suspitiosam defendere, humanitatis esse putabamus: iudicatâ labefactare conari, impudentia. Itaque tum illa inopia, & necessitate coactus, in causa eiusmodi ad Ce-

1 Concludit primum praeiudicium & accommodat ad causam Oppianici.

2 Transit ad secundum praeiudicium.

ad Cepasios fratres confugit. homines industrios, atque eo animo, vt quacunque dicendi potestas esset data, in honore, atq; in beneficio ponerent. Iam hoc quoq; proè iniquissimè comparatum est, quod in morbis corporis, vt quisq; est difficillimus, ita medicus nobilissimus, atq; optimus quaeritur: in periculis capitis, vt quaeq; causa difficillima est, ita defensores oratoresque nobilissimi patroni adhibentur. nisi forte hoc causa est, quòd medicus nihil praeter artificium, orator etiam auctoritatē praestare debet. Citatur reus, agitur causa paucis verbis: accusator de re iudicata. C. Annius Iudex longè, & altè petito proximo respondere maior Cepasius: primo attentè audire eius tractare coepit animum iam demissum, & oppressum. Oppianicus gaudebat ipse Fabricium non intelligebat animos iudicum, non illius eloquentia, sed defensionis impudentia commoueri. postquam de re caput dicere, ad ea, quae erant in causa, addebat etiam ipse noua quaedam vulnera. Hoc quamquàm sedulo faciebat, tamen interdum non desinere, sed pramaricari accusationi videbatur. Itaq; cum callidissimè se dicere putaret, & eum illa verba grauissima ex intimo artificio depromsisset. Respicite Iudices hominum fortunas, respicite dubios, variosque casus, respicite C. Fabricii senectutem: cum hoc, Respicite, vrnanda orationis causa saepe dixisset, respexit ipse: at C. Fabricius à subselliis demissa capite discesserat. His iudices ridere, stomachari, atque acerbè ferre: patronum causam sibi eripi, & se cetera de illo loco, Respicite Iudices, non posse dicere: nec quicquam propius esse stultum, quàm vt illum persequerentur, & ecce interea ad subsellia reuenerat, vt reliqua posset perorare. Tum tum Fabricius

1 Obiter incitatur in Cepasiorum familiam ad reprehendendos iudicis animos tutamque illam Fabricij defectionem ridiculam facit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

eius primùm suo iudicio, quod est grauissimum: deinde legis vi, & sententiis iudicum est condemnatus. [1] Quid est, quod iam de Oppianici causa plura dicamus? apud eosdem Iudices reus est factus, cum is duobus praeiudiciis iam damnatus esset: ab iisdem autem iudicibus, qui Fabricieū damnatione de Oppianico iudicarāt, locus ei primus est constitutus: accusatus est crimínibus grauissimis, iis quæ à me breuiter dicta sunt, & praterea multis, quæ ego omnia nunc omitto: accusatus est apud eos, qui & Scamandrū ministrum Oppianici, & Fabricium conscium maleficij condemnarēt. vtrum per deos immortales magis est mirandum, quòd is condemnatus est, an quòd omnino respondere ausus est? Quid enim illi iudices facere potuerunt? qui si innocentes Fabricios condemnassent, tamen in Oppianico sibi constare, & superioribus consentire iudicijs debuerunt. An verò illi sua per se iudicia reſpiciebant, cùm cæteri soleant in iudicando, ne ab aliorum iudicijs discrepent, prouidere? [2] & illi, qui Fabricij libertum, quia minister in maleficio fuerat: patronum, quia conscius, condemnassent ipsum principem, atque architectum sceleris absoluerent? &, qui cæteros nulla praiudicio fulti, tamen ex ipsa causa condemnassent: horum quem hi condemnatū iam acceperant, liberarēt? tum verò illa iudicia Senatoria, non falsa inuidia, sed vera atq; insigni turpitudine notata, atque auersa dedecore, & infamia defensionis locum nullū reliquissent. [3] Quid enim tandem illi iudices respōderent, si quis ab eis quæreret, condemnassent Scamandrum, quo crimine? nempe quòd Habitum per seruum medici venena necare voluisset. Quid Habiti morte Scamander cōsequebatur? nihil, sed administer erat Oppianici.

Condemna

1 Concludit secundum præiudicium adhibita etiā primi repetitione.

2 Argumentatur à minoribus ad maiora.

3 Cōmoratio est qua viget indicijs vim factorum præiudicium.

Condemnatus C. Fabricium: quid ita? quia cum ipse familiarissimè Oppianico vsus, libertus autem eius in maleficio deprehensus esset, illum experiendis consilijs fuisse non probatur. Si igitur ipsum Oppianicum hoc suo iudicio condemnatum absoluissent, quis tantam turpitudinem iudiciorum, quis tantam inconstantiam rerum iudicatarum, quis tantam libidinem iudicum ferre potuisset? Quòd si hoc videtis, quod iam hac omni oratione patefactum est, illo iudicio reum condemnari, præsertim ab iisdem iudicibus, qui duo præiudicia fecissent, necesse fuisse: [1] simul illud videatis necesse est, nullam accusatori causam esse potuisse, cur iudicium vellet corrumpere. [2] Quæro enim abs te T. Attī, reliquis iam cæteris argumentis omnibus, num Fabricius quoque innocentes condemnatus existimet? num etiam illa iudicia pecunia corrupta esse dicas, quibus iudicijs alter à Staleno solo absolutus est, alter etiam ipse se condemnauit? Age, si nocentes, cuius maleficij? nunquid præter venenum quæsitum, quo Habitus necaretur, obiectū est? nunquid aliud in illis iudicijs versatum est, præter hasce insidias Habito ab Oppianico per Fabricios factas? nihil, inquā, aliud Iudices reperietis. Extat memoria, sunt tabulæ publicæ: [3] redarguo me, si mentior, testium dicta recitabo: dicam, in illorum iudicijs quid præter hoc venenum Oppianici, non modò in crimine, sed in maledicto loci fuerit obiectū. Multa dici possunt, quare ita necesse fuerit iudicari: sed ego eccē eam expellationi vestræ Iudices. Nam si à vobis id audior, vt nunquam benignius, neq; attentius quenquam audiuisse putem: tamen vocat me alio iandudū tacita vestra expellatio, quæ mihi oblocui videtur. Quid ergò? negásne illud iudicium esse corruptum? non nego: sed ab hoc cor-

ee ruptum.

1 Argumētatur ex remotione causarum efficientiū, vt obēdat ab ac cusatore corruptū non esse iudicium.

2 Communis cario est qua vtitur aduersarij testimonio ad rem suam confirmandam.

3 Permissio quædam hypothetica qua probat id quod antè dixit.

4 Transit per prolepsin ad certum caput primarium. Non à Cluentio sed contra Cluentium esse corruptū iudicium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

1 Obtulit collationem maiorum cauſſarum potius ab reo quã ab accuſatore iudiciũ eſſe corruptũ.

2 Probat ex aduerſis cauſis nõ à Cluẽtio ſed ab Oppianico iudicium eſſe corruptum. Duplex eſt ſyll. diſiũct. Prior habet aſſumptionem per hypotheſim. Poſterior per remotionem cauſarum à Cluẽtio. Vtriq; autẽ ſyllogiſmo vna propoſitio fabricauit.

3 ἀνάγκαιος ſiue παρελλη-λὸς per cuius ſpeciem cauſſas effectũs eſſe rumpendi iudicij in Oppianico ſtatuit.

4 Ipſum effectũ corrupti ab Oppianico iudicij probat teſtimonio aduerſariorum exoratorum communicationem rhetoricæ & permiſſionis.

ruptum non eſſe confirmo. A quo igitur eſt corruptum? opinor, primum ſi incertum fuiſſet, quis nam exitus illius iudicij futurus eſſet, veriſimilius tamen eſſet, eum potius corrupiſſe, qui metueret ne ipſe condemnaretur, quàm illum, qui veri ut eſſet, ne alter abſolueretur: [1] deinde cum eſſet nemini dubium quid iudicari neceſſe eſſet, eum certè potius, qui ſibi aliqua ratione diffideret, quàm eum qui omni ratione confideret: poſtremò, certè potius illum, quibus apud eos Iudices offendiſſet, quàm eum, qui his cauſſam ibi probauiſſet, vnum quidem [2] certè nemo erit tam iniquus Cluentio, qui mihi non concedat, ſi conſtet corruptum illud eſſe iudicium, aut ab Habito, aut ab Oppianico eſſe corruptum. ſi docet non ab Habito, vincet ab Oppianico: ſi offendo ab Oppianico, purgo Habitum. Quare etſi ſatis docui, rationem nullam huic corrumpendi fuiſſe, ex qua intelligitur ab Oppianico eſſe corruptum: tamen de illo ipſo ſeparatim cognoſcite. [3] Atque ego illa non argumentabor, qua ſunt grauia vehementer: cum corripuiſſe, qui in periculo fuerit: cum, qui metuerit: cum, qui ſpem ſalutis in alia ratione non habuerit: cum, qua ſemper ſingulari fuerit audacia. multa ſunt eiuſmodi: verum cum habeam rem non dubiam, ſed apertam, atque manifeſtam, enumeratio ſingularum argumentorum non eſt neceſſaria. [4] Dico C. Aelio Staleno iudici pecuniã grandem Statium Albium ad corrumpendum iudicium dediſſe nũ quis negatte? appello Oppianice, te T. Actî, quorum alter eloquentia damnationem illam alter tanta pietate deplorat. audete negare, ab Oppianico Staleno iudici pecuniam

datam? negare, negate, inquam, in eo iudicio quid te tacitè? [1] At negare non poteſtis, quod repetiſtis, quod confeſſi eſtis, quod abſtuliſtis. [2] Quo tandem igitur ore mentionem corrupti iudicij facitis, cum ab iſta parte, in iudicij pecuniam ante iudicium datam, poſt iudicium ereptam eſſe fateamini? Quonam igitur hæc modo geſta ſunt? repetam paulò altius Iudices, & omnia quæ in diuturna obſcuritate latuerunt, ſic aperiam, vt ea cernere oculis videamini? [3] Vos quæſo, vt adhuc me attentè audiſtis, item, quæ reliqua ſunt, audiatis: profectò nihil à me dicetur, quod non dignum hoc conuentu, & ſilentio, dignum veſtris ſtudiis atque auribus eſſe videatur. [4] Nam vt primũ Oppianicus, ex eo, quòd Scamander reus erat factus, quid ſibi impenderet, cœpit ſuſpicari, ſtatim ſe ad hominis egentis, audacis, in iudiciis corrumpendis exercitati, tum autem iudicis Staleni familiaritatem applicauit, Ac primùm Scamandro rem familiarem donis datis, minerbusq; perficeret, vt eo autore vteretur cupidè, quàm fides in iudicis poſtulabat. Poſt autem cum eſſet Scamander vnius Staleni ſententia abſolutus, patronus autẽ Scamandri ne ſua quidẽ ſententia liberatus, acrioribus ſaluti ſuæ remediis ſubuenendum putauit. [5] Tum à Staleno, ſicut ab homine ad exorandum acutiſſimo, ad audendũ impudentiſſimo, ad efficiendum acerrimo, hæc enim ille & aliqua ex parte habebat, & maiore ex parte ſe habere ſimulabat) auxilium capiti, & fortunis ſuis petere cœpit. [6] Iam hoc non ignoratis Iudices, vt etiã beſtia fame deminante pierumq; ad eum locum, vbi peſta aliquando fuit, reuertatur. [7] Staleuus ille biennio antè cum cauſſam bonorũ Saſinij Atellæ recepiſſet, ſexcẽtis millibus nummum ſe iudicium corrumpturũ eſſe dixerat. quæ cũ accepiſſet à

1 Ex adiunctis argumentatur.

2 Concludit iudicium ab Oppianico corruptũ fuiſſe ex deſinatis cum præmiſſa ad eam rẽ data fuerit; idque ex adiunctis confirmat, quod pecunia illa repetita & ablata fuerit.

3 Renouat attentionem repetita deprecatione.

4 Explicat cauſſa ex cauſſis.

5 Argumentatur ex efficientibus & fine per quandam gradationem minorũ ad maiora amplificatis.

6 Argumentum ex comparatione cauſſarum & effectorum ſimilium ſyllogiſmi plenus & ponitio ſimili indice alterius generis illuſtratur.

7 Aſſumptio declarata ſi-

millibus effectis & cauſſis.

2 Complexio explicata ſubiectis ſimilium effectorum.

2 Seſtertium paroleyi (puto esse. Nã ſeſtertia 600000 millia) conuenire nullo pacto poteſt ſyntaxis grammatica. deinde non poſſit eſſe idem vocabulũ idem diuerſo modo ſumi, etiam ſi duo ſeſtertia 600000. H. ſ. ſignificet.

3 Rem probabilẽ facit ex ſimilibus eam ſuis ea eſſe ſuperiorum temporum moribus, & eorum principiis naturalibus.

ſet à pupillo, ſuppreſſit, iudicioque falſo nec Safinio, nec bonorum emptoribus reddidit. Quam cum pecuniã profudiſſet, & ſibi nihil nõ modo ad cupiditates ſuas, ſed ne ad neceſſitatem quidem reliquiſſet, ſtatuit ad eoſdem ſibi predas ac ſuppreſſiones iudiciales reuertendum. [1] Itaque eum Oppianicum iam perditum, & duobus iugulatũ pratudiciis videret, promiſſis eum ſuis excitauit abitẽtum, & ſimul ſalutẽ deſperare vetuit. Oppianicũ orare hominem cœpit, vt ſibi rationem oſtenderet iudicij corrumpendi. Ille autem (quemadmodum ex ipſo Oppianico poſtea eſt auditũ) negauit quenquam eſſe in ciuitate prater ſe, qui id efficere poſſit: ſed prima grauari cœpit, quòd Aedilitatem ſe petere cum hominibus nobiliſſimis & inuidiam, atque offenſionem timere dicebat: poſt exoratus, initio permagnam pecuniam poposcit, deinde ad id peruenit, quod cõſici potuit. & [2] ſeſtertia ſexcenta quadraginta millia deſurri ad ſe domũ iuſſit. Quæ pecunia ſimul atque ad eum delata eſt, homo impuriſſimus ſtatim cœpit in eiuſmodi mente, & cogitatione verſari, nihil eſſe ſuis rationibus vtilius, quàm Oppianicum condemnari: illo abſoluto, pecuniam illam aut iudicibus diſpertiendam aut ipſi eſſe reddendam: damnato, repetiturum eſſe nemmem. itaque rem excogitat ſingularem. Atque hæc Iudices, quæ verè dicuntur à nobis, facilius credetis, ſi eum animis veſtris longo interuallo recordari C. Staleni vitã & [3] naturam voluerutis. Nam perinde vt opinio eſt de cuiuſque moribus, ita quid ab eo faſtum, & non faſtum ſit, exiſtimari poteſt. Cum eſſet egens ſumptuoſus, audax, calliduus, perfidioſus, eũ & domi ſuæ, miſerrimus & inanißimus, tantum nummorum poſitum videret: ad omnem malitiam, & fraudem ver

dem verſare mentem ſuam hæc ſecum cogitans capit: [4] 'Dẽmne iudicibus? mihi igitur ipſi præter periculum, & infamiam quid quæritur? nihil excogitem, quamobrem [5] Oppianico damnato neceſſe ſit? quid tandem? nihil enim eſt quod fieri non poſſit. Si quis eum fortè caſus ex periculo eripuerit, nõne reddendum eſt? præcipitantem ſcitur [6] impellamus, inquit, & perditum proſternamus. [7] Capit hoc conſilium, vt pecuniam quibuſdam iudicibus leuiſſimis pollicetur, deinde eam poſtea ſupprimat: vt quoniam graues homines ſua ſponte ſeuerè iudicaturos putabat: hos, qui leuiores erant, deſtitutione tratos Oppianico redderet. Itaque vt erat ſemper præpoſterus, atque peruerſus, initium facit à Bulbo, & eam quæ diu nihil quæſierat, triſtem atque oſcitantem leniter impellit. [8] Quid tu, inquit? ecquid me adiuuas Bulbe, ne gratis Reipublicæ ſeruiamus? Ille verò, ſimul atque hoc audiuit, ne gratis, quò vales, inquit, ſequar: ſed quid affers? [9] tum ex quadraginta millia, ſi eſſet abſolutus Oppianicus pollicetur: & eum vt cæteros appellet, quibuſcum loqui conſueſſet, rogat: atque etiam ipſe conditor [10] tertus negotij Guttam aſpergit huic Bulbo. [11] Itaque minimè amarus is viſus eſt, qui aliquid ex eius ſermone ſpecula degußarat. Vnus & alter dies interceſſerat, cùm res parum certa videbatur, ſequeſter, & confirmator pecuniæ deſiderabatur. [12] Tum appellat hilari vultu hominem Bulbus, vt blandiſſimè poteſt: Quid tu, inquit, Pacete? (hoc enim ſibi Stalenus cognomen ex imaginibus Aeliorum delegarat, ne ſi ſe Ligurem feciſſet, natiuus magis ſua, quàm generis vti cognomine videretur) qua de re mecum locutus es, quærunt

ee 3 à me

1 Prosopopœia qua tacitas Staleni cogitationes exprimit.

* alias Oppianicum.

2 Metaphora cõtinuata.

3 Concludit definita ex ſine.

4 Dialogiſmus.

5 Proſopopœia obliqua.

6 Iocus ducẽs ex nomine ſimilitudine quadam illuſtratus. Inẽſt enim metaphora continuata quæ perſimile in ea dẽ ſimilitudine, cui etiã ad iũcta eſt alluſio nominis.

7 Allegoriam eandem locum laritèr continuat. Specula autem hoc loco diminutiuum ſpei eſt.

8 Dialogiſmus cuius prior pars recta eſt, poſterior verò obliqua.

Universidad de Deusto
Biblioteca

à me vbi sit pecunia.[1] Hic ille planus improbissimus quæstu iudiciario pastus, qui illi pecuniæ, quã condiderat, spe iam atque animi incubaret,[2] contrahit frontẽ (recordamini faciẽ, atq; illes eius fictos, simulatosq; vultus) queritur se ab Oppianico dellitutũ: & qui esset totus ex fraude & mẽdacio fictus, quiq; ea vitia, quæ à natura habebat, etiã studio atq; artificio quodã malitiæ cõtinuisset, pulchrè assuerat se ab Oppianico dellitutũ: atq; hoc addit testimonij, sua illũ sententia, quã palã omnes latur esset, condẽnatum iri. Manarat sermo in cõsilio, pecuniæ quandã mentionẽ inter iudices esse versãtem: res neq; tã fuerat [3] occulta, quã erat occultandæ neq; tam erat aperta, quã Reip. causa aperiendã. In ea obscuritate, ac dubitatione animum Cannutio perito homini, qui quadã [4] odore suspicionis Staleniũ corruptũ esse sensisset, neq; dum rem perfectã arbitrarentur, placuit repentè Iudices pronuntiare. Iudices se id velle dixerũt.[5] Hic tum Oppianicus nõ magnoperè pertimuit: rem à Stalenio perfectã esse arbitratur. in consilio erant sturi Iudices triginta & duo: sententiis decẽ & sex absolutio confici poterat: H-S. quadraginta millia nummũm in singulos Iudices distributa eum numerũ sententiarũ conficere debebant, vt ad eum lum, spe maiorũ præmiorũ ipsius Staleni sententia septimadecima accederet. Atque etiã casu tum, quòd illud repentè erat factum, Stalenus ipse non aderat: causam nescio quam apud Iudicẽ defendebat.[6] Facile hoc Habitus patiebatur, facile Cannutius: at non Oppianicus, neq; patronus eius L. Quintius, qui cùm esset eo tẽpore Tribunus plebi, concilium C. Iunii iudicis quæstionis maximũ fecit, vt ne sine Stalenio in consiliũ iretur: cumq; id ex per viatores consiliũ negligẽtius agi videretur, ipse

1 Synecdoche, Planus pro impostore.
2 μετωνυμία.

3 Polyptoton literarum in eadem dictione versatis.
4 Metaphora.

5 Ex consequentibus ea facta vtilitas causas antecedentes, quarũ materiam conficiebat.

6 Alterũ argumentum ex aliis quibusdam effectis, vnde colligẽ dõ reliquit ab Oppianico Iudicium esse corruptũ non constat.

à publico inducio ad priuatum Staleni iudicium[1] translatus est, & illud pro potestate dimittit iussit: Stalenũ ipse ad subsellia adduxit.[2] Consurgitur in consiliũ, cum sententias Oppianicus, qua tũ erat potestas, palã ferri velle dixisset, vt Stalenus sãre posset, quid enim deberetur. varia iudicũ genera, nummarij pauci, sed omnes ierati.[3] vt enim qui accipere in [4] campo cõseruerunt, sis candidatis, quorũ nummos suppressos esse putant, inimicissimi solent esse sic erubescẽdi Iudices infelli tum rei venerant. Cæteri nocentissimũ esse arbitrantur: sed spectabãt sententias eorum, quos corruptos putabant. vt ex iis constituerent, à quo iudicio corruptum videretur. ecce tibi eiusmodi sortitio, vt in primis Eulio, & Staleno, & Gatro esse iudicãdum, summa omnium expectatio, quidnam sententia ferrent.[5] Ieiuni, ac nummarij Iudices, atque illi omnes sine vlla dubitatione condemnant.[7] Hic tum iniectus est hominibus scrupulus, & quædã dubitatio, quidnam esset actum. deinde hominũ sapientes ex vetere illa disciplina iudicum, qui neque absoluere hominem nocentissimum possent, neque eum de quo esset orta suspicio, pecunia oppugnatum, re vlla incognita primò condemnare vellent: non liquere dixerunt. Nonnulli autem seueri homines, hoc statuerunt, quo quisque animo quid faceret, spectari oportere: & si alij pecunia accepta verũ iudicasset, tamen nihilominus se superioribus[6] suis iudicijs constare putabant oportere. itaque damnarunt[7] quinque omnino fuerunt, qui illum vestrum innocentem Oppianicum sine imprudentia, sine misericordia, sine aliqua suspicione, sine ambitione adducti absoluerẽt.[8] Condemnato Oppianico, statim L. Quintius homo maximè popularis, qui omnes rumorum, & concionum ventos colligere consuesset.

1 Tralatus Oratio narratio & rẽ ipsam oculis prope subiiciens.
2 Similitudine rẽ de qua agitur illustrat.
3 μετωνυμία.
4 Metonymia.
5 Accedit ad narrationem quæsti capitis ad primã quæstionẽ pertinentis, sed sine propositione, quam aliis capitibus semper aliquam præposuit. Hoc autem pertinet ad primũ membrũ quæsti capitis.
6 Cauſæ cur nonnulli iudices licet nõ corrupti damnarint.
7 Cur nonnulli alij absoluerint.
8 Exponit quinam consensisset Oppianici damnationem. & eorũ causas tũ efficientes tum etiã al-

quantes perſequatur. Atque hoc totũ initio propoſuit illis verbis. Quid res ipſa tulerit.

fuiſſet, oblatam ſibi facultatem putauit, vt ex inuidia Senatoria poſſit creſcere, quòd eius ordinis iudicia minus iam probari populo arbitrabatur. Habetur vna, atq; altera concio vehemẽs & grauis: accepiſſe pecuniam Iudices, vt innocentem reum condemnarent, Tribunus plebis clamitabat: agi fortunas omnium dicebat, nulla eſſe iudicia: qui pecunioſum inimicum haberet, inculumẽ eſſe neminem poſſe. homines totius ignari negotij, qui Oppianicum nunquã vidiſſent, virum optimum, & hominem * prudentiſſimũ, pecunia oppreſſum arbitrarentur: incenſi ſuſpicione rem in medium vocare coperunt, & cauſam illam totam depoſcere, atque illo ipſo tempore in ædes T. Annij hominis honeſtiſſimi, neceſſarij. & * amici, noſtri Staleni accerſitus ab Oppianico venit. [1] Iam cætera nota ſunt omnibus: vt eum ille Oppianicus egerit de pecunia: vt ille ſe redditurum eſſe dixerit: vt eorum ſermonem omnem audierint viri boni, qui tum conſultò propè in occulto ſtetiſſent: vt res paſtefacta, atque in forum prolata, & pecunia ammiſi à Staleno extorta, atque erepta ſit. [2] Huius Staleni perſona populo iam nota, atque perſpecta, ab nulla turpi ſuſpicione abhorrebat: ſuppreſſam eſſe ab eo pecuniam, quam pro reo pronuntiauſſet, qui erant in concione nõ intelligebant: neque enim docebantur: verſatam eſſe in iudicio mentionem pecuniæ ſentiebant: innocentem reum condemnatum eſſe audiebant: Staleni ſententia condemnatum videbant: non gratum id ab eo factum eſſe, quòd hominem nouant, iudicabant: ſimultates in Bulbo, in Gutta, in aliis nonnullis ſuſpicio conſiſtebat. Itaq; conſiteor (licet enim tam impunè, hoc præſertim in loco cõfiteri) quòd Oppianici non modò vita, ſed etiã nomen ante illud tẽpus populo ignotum

* prudentiſſimum omnino legendũ eſt.

* amici mei

1 Repetitum eſſe à Staleno pecuniam audiuit, quã ille ab Oppianico acceperat.

2 Quid error adiunxerit oſtendit.

ignotum fuiſſet? [1] indigniſſimũ porrò videretur circumuentũ eſſe innocẽtem pecuniã dane deinde ſuſpicionem augeret Staleni improbitas, & nonnullorum eius ſimilium iudicũ turpitudo: cauſam autẽ ageret L. Quintius homo cum ſumma patefactæ præditus: tũ ad inflãmãdas animos multitudinis accõmodatus: ſummã illi in dicio inuidiã, infamiamq; eſſe conflatã. [2] Atque in hanc flammã recentem C. Iunium, qui illi quæſtioni præfuerat, iniectum eſſe vermiculi, & illum hominem Ædilitium, iam Prætorem opinionibus hominum conſtitutum, non diſceptatione dicendi, ſed clamore hominum de foro, atque adeo de ciuitate eſſe ſublatum. Nec, me pœnitet hoc potius tẽpore, quàm illo cauſam A. Cluentij defendere. Cauſa enim manet eadem, quæ mutari nullo modo poteſt: tẽporis iniquitas, atque inuidia receſſit: vt quod in tẽpore mali fuit, nihil abſit quod in cauſa boni ſit, profit. [3] Itaque nunc quemadmodum audiar, ſentio, non modò ab iis, quorum iudicii atq; pœnæ eſt, ſed etiam ab illis, quorum tantũ eſt exiſtimatio. at tum ſi dicerem, non audirer: non quòd alia res eſſet, imò eadem, ſed tempus aliud, id adeò ſic cognoſcite. Quis tum audiret dicere nocentem condemnatum eſſe Oppianicum? quis nunc audet negare? Quis enim poſſet arguere ab Oppianico tentatum eſſe iudicium pecunia? quis in hoc tempore inficiari poteſt? Cui tum liceret dicere Oppianicum reum factum eſſe tum denique, cum duobus proximis prætudiciis condẽnatus eſſet? quis eſt, qui id hoc tẽpore infirmare conetur? Quare inuidia remota, quã dies mitigauit, oratio mea deprecata eſt, veſtra fides, atq; æquitas à veritatis diſceptatione reuocit, quid eſt præterea, quod in cauſa relinquatur? verſatam eſſe in iudicio pecuniam conſtat: ea

1 Quid inuidia conflarit ab hoc loco incipit exponere.

2 Effecta illius inuidiæ cõmemoratio per ſingulas ſpecies.

3 Contentio eſt veriſuſque temporis per antitheſin ex diſſimilibus cauſis.

quaritur unde profecta sit, ab accusatore, an ab reu? [3] Accusator dicit hæc primùm, grauissimis criminibus accusabam, vt nihil ipsis esset pecuniæ: deinde, condemnatum adducebam, vt ne eripi quidem pecunia posset: postremo, etiam si absolutus esset, mearum tamen omnium fortunarum statum incolumis maneret. [3] Quid contrà reus? primùm, ipsam multitudinem & atrocitatem criminum pertimescebam: deinde fabricijs propter conscientiam mei sceleris condemnati, me esse condemnatum, sentiebam: postremò, in eum casum veneram, vt omnis mearum fortunarum status vnius iudicij periculo contineretur. [3] Age, quoniã corrũpendi iudicij causas ille vultus & grauis habuit, hic nullam profectò ipsius pecuniæ requiratur. Confecit tabulas diligentissimè Cluentius: hæc autem res habet hoc certè, vt nihil possit neque additum, neque detractum de re familiari latere: anni sunt octo, cùm ista causa in ista meditatione versatur: cum omnia, quæ nunc ad eam rem pertinent & ex huius, & ex aliorum tabulis agitatis, tractatis, inquiritis: cum intercè Cluentiana pecuniæ vestigiũ nullũ inuenitis. [4] Quid? Albiana pecunia [5] vestigiũne vobis adoranda est? an ad ipsum cubile vobis ducibus venire possumus? Tenentur vno in loco H-S. sexcenta quadraginta millia nummũm: tenentur apud hominem audacissimum: tenentur apud iudicẽ: quid vultis amplius? [6] At enim Stalenus nõ fuit ab Oppianico, sed à Cluentio ad iudicium corrumpendũ constitutus. [7] Cur eum, cùm in consiliũ iretur, Cluentius

1 Arg. est ex repugnantibus. Nã vbi causæ absolutæ constitutæ sunt, nihil opus est adiumẽtis. Arist. in Post. Analyt.

2 Causas corrumpendi iudicij in Oppianico statuit, vt in eodẽ effectu cõstituat. Id autem exprimit per mimesin cogitationis.

3 Transit ad aliud arg. ex reb. materialis ductũ. Nã quæritur num qua diuinatio facultatibus in tabulis Cluẽtij reperiat, quã necesse est apparere, si tanta pecunia ex facultatib. Cluẽtij detracta fuerit.

4 Argumentũ est ex collatione minorum cum maioribus, ad probandum viros pot. iudicio corruperit. Redditio maiorum hoc loco est.

5 Allegoria à venatoribus.

6 Anaphora.

7 Prolæpsis est qua dissolvitur ex repugnantibus effectis quæ contrario modo coniunctæ fuerũt in Oppianico. Enthymema est ex

& Cannutius abesse patiebantur? cum in consilium mittebant, Stalenum iudicem, cui pecuniam dederant, non requirebant? Oppianicus quærebat: Quintius flagitabat, sine Staleno ne in consilium iretur, Telbunitia postulare persicum est. [3] At condemnauit, hanc enim damnationem dederat ijsdem Balbo. & cæteris, vt destitutus ab Oppianico videretur. [4] Quare si istinc causa corrumpẽdæ iudicij, istinc pecunia, [5] istinc Stalenus, istinc denique omnis fraus & audacia est: hinc pudor, honesta vita, & nulla suspicio pecuniæ, nulla corrumpendi iudicij causa: patiamini veritate patefactã, atque omni errore sublato, eò transire illius turpitudinem infamiam, vbi cætera maleficia consistant: ab eo inuidiam discedere aliquando, ad quem nunquam accessisse culpam videtis. [6] At enim pecuniam Staleno dedit Oppianicus, non ad corrumpendum iudicium, sed ad conciliationem gratiæ. Hæne hoc Attì dicere, tali prudentia, etiam vsu, atq; exercitatione præditum? [7] Sapientissimũ esse dicunt eũ, cui quod vsus sit, ipsi veniat in mentem proximè accedere illum, qui alteriùs bene inuentis obtemperet. In stultitia contrà est. Minus enim stultus est is, cui nihil in mẽtem venit, quàm ille, qui quod stultè alteri venit in mentẽ, comprobat. [8] Istam conciliationem gratiæ Stalenus tum recenti re, cum simultibus premeretur, excogitauit, sine vt homines tum lupum audiũtur, à P. Cethego admonitus, istã dedit cõciliationis & gratiæ fabulã. Nam fuisse hunc hominũ sermonẽ recordari potestis, Cethegum, quod hominem audisset, & quòd eius improbitatem versari in Rep. nollet, & quod videret eum, qui se ab re pecuniam, cùm iudex esset, etiam atq; extra ordinem accepisse confessus esset, salutem esse non posse, omnes ei fidele consilium dedisse.

sola assumpsione cum inuestigatione causarũ.

1 Altera prolæpsis quæ solitur ex dissimilib. causis.

2 Cõplexio prioris quæstionis principijs audita repetitione argumentorum per dissimilitudinem.

3 ἀνάκρασις.

4 Tertia prolæpsis solitur ex repugnantibus causis quæ amplificantur dissimilitudine.

5 Duplex γνώμη.

6 Præcipua vis responsionis hoc loco est, falsum illi obiectionẽ esse, & à stulto rem illam planè esse constitutam.

Argum. est ex contradictoribus quæ cõfirmãtur effectibus causæ.

2 Excusat Cethegi consilium dilemmate quodã, cuius vtraq; pars cõstat ex ipso qui excusari posset siue Reip. causa, siue hominis gratia id consilii Scleno dederit.

2 Removere hunc ad remouendu destinata, eámque remotionẽ finis repugnantibus euasis confirmat.

3 Disputat collatione maiorum Scleno nihil opus fuisse ad reconciliãdum sum matre Cluentiã.

4 Revocatio ipsius qua probat ex adiunctis destinatorum, quis finis fuerit dãdæ illi ius pecuniæ.

5 Illud(q;)nõ ponendũ sed proponẽdũ est literæ. X. vt sint. XL. id est 40.

6 Alia prolepsis, quæ contradictione dissoluitur.

dedisse.[1] In hoc si improbus Cethegus fuit, videtur mihi aduersarium remouere voluisse. sin erat eius modi causa, vt Stalenus numos se accepisse negare non posset: nihil autem erat periculosius, nec turpius, quàm ad quamrem accepisset, confiteri. non est consilium Cethegi reprehendendum. Verùm alia causa tum Staleni fuit, alia nũc. Illis tua est. ille cum re premeretur, quodcunque diceret, honestius diceret, quam si quod erat factum fateretur. te verò illud idem, quod tum expressum & exeitam est, nunc retulisse demiror.[2] Qui enim poterat tum in gratiam redire cum Oppianico Cluentius? qui cum matre habebat simultates? habebat in tabulis publicis reus, & accusator & condemnatus erant Fabricius nec elabi alio accusatore poterat Albius nec sine grauissima calumnia relinquere accusationem Cluentium an vt prauaricaretur? iam id quoque ad corrumpendum iudicium pertinet: sed quid opus erat ad eam rem iudice sequestre? & omnino, quamobrem tota illa res per Stalenum potius,[3] hominem ab vtroque alienissimum, sordidissimum, turpissimum, quàm per bonum aliquem virum ageretur & amicum, necessariumque communem? [4] Sed quid ego hæc pluribus, quasi de re obscura disputo? eum ipsa pecunia, qua Stalenodata est, numero ac summa sua non modo quanta fuerit, sed etiam ad quam rem data fuerit, astendat. Sex decim dicebat iudices, vt Oppianicus absolueretur, corrumpendos fuisse, ad Stalenum sexcenta & quadraginta mil lia nummum esse delata. Si, vt tu dicis gratia conciliandæ causæ, quadraginta illorum accessit mil lium quid valetis? si nos decimus, vt DC. [5] IX. millia nummum sexdecim iudicibus darentur, non Archimedes melius potuit describere.[6] At enim iudi

iudicia facta permulta sunt, a Cluentio iudicium esse corruptum non vere ante hoc tempus omnino ista ipsa res suo nomine in iudicio nunquã est vocata nec ita multum agitata. ita diu iacuit ista res est, vt hodierno die primum causa illa defensa sit. hodierno die primum veritas vocem contra inuidiam his iudicibus freta miserit. Veruntamen multa ista iudicia quæ sunt? [1] Ego enim me ad omnia confirmaui, & sic paraui, vt docere qua ista postea iudicia de isto iudicio dicerentur, partim ruinæ similiora, aut tempestati, quàm iudicio, & disceptationi fuisse: partim nihil contra Habitum valere? partim etiam pro hoc esse? partim esse eiusmodi, vt neque appellata unquam iudicia sint, neque existimata.[2] Hic ego magis vt consuetudinem sermonis, quàm quòd vos non vestra hoc tempore facta tui, petam a vobis, vt me, dum de his singulis disputo iudicijs, attentè audiatis.[3] Condemnatus est C. Iunius, qui ei quæstioni præfuerat, adde etiam illud, si placet: tum est condemnatus, cum esset iudex quæstionis, non modo causæ, sed ne legi quidem quicquam per Tribunum pleb. laxamenti datum est quo tempore illum a quæstione ad nullius aliud Reip. munus abduci licebat, eo tempore ad quæstionem ipse abreptus est. At quam quæstionem? vultus enim vestri Iudices me instant, vt quæ reticenda putaram, liberaliam libere dicere. Quid illa tandem quæstio, aut disceptatio, aut iudicium fuit? [4] putabo fuisse dicat, qui vult hodie de illo populo concitato, cui tam mos gestus est, qua de re Iunius causam dixerit, quemcunque rogaris hoc respondebit, quòd pecuniam acceperit, quòd innocentem circumuenerit. Est hæc opinio.[5] at si ita esset, hac lege accusatum esse oportuit, qua accusatur Habitus. At ipse ea lege quærebat. Paucos dies expetassit

1 Quarii capitis, de quo antè dictum est, postremã partẽ in tres alias inferiores partes sub diuidit.

2 Renouat attentionis deprecationem.

3 Omittit illa iudicia quæ fieri dicãtur magis tẽpestates qualdam quàm iudicia fuisse.

4 Malleus legere putatore. Nam Cic. negat fuisse Iudicia. Sed idem potest aliis permittere vt putẽt iudicium fuisse. Se verò id putare fateri non posse, quin ipse à se dissentiat. Sed ἀνταγωγὴ cũ concessione quadam figurata huic loco apte cõuenit, ut nuda ἐφεστὼς non ita.

5 Argumentum est ex ad iuncta ad inhibenda per remotionẽ. Lex

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim de aliquo crimine lata eius actu nullum est, crimen verò subiectū, vel (ut alij vocāt) obiectum legis.

1 Ostendit per dissimilitudinem Cluentium non esse damnatum iudicij corrupti nomine.

2 Excerpta.

3 Communicatio est, in qua dissolvit argumentum obiectum negatione consuetudinis per dissimilitudinem.

4 Ex dissimilibus effectis dissimiles causas inuestigat.

set Quintius. At neque priuatus accusare nec sedata tam inuidia volebat. Videtis igitur non in causa, sed in tempore, ac potestate spem omnē accusatoris fuisse. Mulctam petiit, qua lege? quòd in legem non iurasset, quæ res nemini vnquā fraudi fuit: & quòd C. Verres Prator urbanus[2] homo sanctus, & diligens subscriptionē eius in eo edicto non haberet, qui tum interlitus proferebatur. His de causis C. Iunius condemnatus est Iudices, iniussimus & infirmissimis, quas omnino in iudicium afferri non oportuit, atque oppressus est non causa sed tempore.[3] Hoc vos Cluentio iudicium putatis obesse oportere? quam ob causam? si ex lege subscriptus non erat Iunius, aut si in legem aliquando non iurauerat, idcirco illius damnatione aliquid de Cluentio iudicabatur? Non, inquit, sed ille idcirco his legibus condemnatus est, quòd contra aliā legem commiserat. Quis hoc consentiens, possunt, illud idem iudicium non fuisse, defendere. Ergo id circo, inquit, infelicius tum Prator Iunio fuit, quòd illud iudicium corruptum per eum putabatur. Num igitur hoc tempore causa mutata est? num alia res, alia ratio illius iudicij, alia natura totius negotij nunc est, ac tum fuit? nun opinor, ex iis rebus quæ gestæ sunt, rem vllam potuisse mutari.

4 Quid ergo est causa, quòd nunc nostra defensio audiatur tanto silentio, tunc Iunio defendendi fuit potestas erepta sit? Quia tū in causā nihil erat præter inuidiam, errorem, suspicionem, conciones quotidianas seditiosè, ac popularitèr concitatas. accusabat Tribunus pleb. idem in concionibus, idem ad subsellia: ad iudicium non modò de concione, sed etiam cum ipsa concione veniebat. gradus illi Aurelij tum noui, quasi pro theatro illi iudicio ædificati videbantur: quos vbi accusator concitatis homi

hominibus complerat, non modo dicendi ab reo, sed ne surgēdi quidem potestas erat. Nuper apud C. Orchinium vellegam meum locus ab iudicibus Fauſto Sylla de pecuniis repetiuit non est[1] constituit: non quos illi, aut ex lege esse Syllam, aut causam pecuniæ publicæ contemptam atque abiectam putarent: sed quòd accusante Tribuno plebis conditione aqua disceptari posse non putarunt. Quid? conferam Syllámne cum Iunio? an hanc Tribunum pleb. cum Quintio? an verò tempus cum tempore? Sylla maximis opibus, cognatis, affinibus, necessarijs, clientibus plurimis: hac autem apud Iunium parua, & infirma, & ipsius labore quæsita, atque collecta. Hic Tribunus plebis suadelitus,* pradens, non modo non sedulosus, sed etiam sedulosis aduersarius: ille autem acerbus, criminosus, popularis homo, ac turbulentus. Tempus hoc tranquillum, ac pacatum: illud omnibus inuidia tempestatibus concitatum. Quæ cum ita essent, in Fausto tamen illi Iudices statuerunt, iniqua conditione rem causam dicere, cum aduersario eius ad ius accusationis summa vis potestatis accederet. Quam quidem rationem vos Iudices diligenter pro vestra sapientia, & humanitate cogitare & penitus perspicere debetis, quid mali, quantum periculi vnicuique nostrum inferre posse vis Tribunitia, constata præsertim inuidia, conciuibus seditiosè concitatis.

5 Optimis hercle temporibus tum cum homines sine iactatione populari, sed dignitate, atque innocentia tuebantur. tamen nec C. Papirius, nec Q. Metellus clarissimi atque amplissimi viri vim Tribunitiam sustinere potuerunt: nedum his temporibus, his moribus, his magistratibus, sine vestra sapientia ac iudiciorum remedijs salui esse posse

1 Illic Prator erat ex ipsa re vñā cū Cicerone.

2 Reddit rationem effectus suiusdā ex dissimilibus causis.

* pudens

5 Argumentum est à maiore ad minus per negationem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

1 Concludit damnationē Tertij legitimum iudicium fuisse. Arg. est ex remotione formæ adtum repugnantibus.

2 Accedit ad secundā partē propositæ subdiuisionis iudicia illa nihil valere contra Cluentium. Arg. est ex dissimilibus.

3 Obiectio parium occupatur & dissimilitudine dissoluit. Nā si dānatur iudex, quòd ab accusatore corruptus sit, par est accusatorem ipsum quoque damnari. Cicero autem maiestatis damnatum fuisse iudicem respondet.

4 Concludit dissolutionē obiectionis occupatæ, & illustrat collatione parilis quæ tamē dissimilia iudicia comprehēdit

postimus. [1] Non fuit igitur illud iudicium iudicij simile Iudices, non fuit, in quo non modus est adhibitus, nam mos, consuetudoque seruata, non causa defensa uis illo fuit, & ut sæpe iam dixi, ruina quædam, atque tempestas, & quidnis potius, quā iudicium, aut disceptatio, aut quæstio. Quòd si quis est, qui illud iudicium fuisse arbitretur, & quo his rebus iudicatis standum putet: is tamen hanc causam ab illa diuelli & seiungere. [2] ab illa enim, siue quòd in legem non iurasset, siue quòd ex lege subsortitus iudicem non esset, multa petita esse dicitur. Cluentij autem ratio cum illis legitimis, quibus ab Iunio multa petita est, nulla potest ex parte esse coniuncta. [3] At etiam Bulbus est condemnatus, adde, maiestatis: ut intelligas hoc iudicium cum illo non esse coniunctum. At est hoc illi crimen obiectum fateor: sed etiam legionem esse ab eo solicitatam in Illyrico, C. Coscenij literis, & multorum testimoniis planum factum est. quod crimen erat proprium illius quæstionis, & quæ res lege maiestatis tenebatur. At hoc obfuit ei maxime. iam ista diuinatio est, quæ si uti licet, vide ne mea coniectura nullā sit verior. Ego enim sic arbitror, Bulbum quòd homo nequam, turpis, improbus, multis flagitiis contaminatus in iudicium sit adductus, idcirco facilius esse damnatum: tu mihi ex tota causa Bulbi, quod tibi commodum est eligis, ut id esse secutus iudices dicas. [4] Quapropter hoc Bulbi iudicium non plus obesse huic causæ debet, quam illa, quæ commemorata sunt ab accusatore, duo iudicia, P. Popilij & T. Gutta, qui causam de ambitu dixerunt, qui accusati sunt ab iis, qui erant ipsi ambitus condemnati: quos ego non idcirco esse arbitror in integrum restitutos, quòd planum fecerint, illos ab rem

ob rem iudicandam pecuniam accepisse: sed quòd iudicibus probarint, quòd in eodem genere, in quo ipsi offendissent, alios reprehēdissent, se ad præmia legis venire oportere. [1] Quapropter neminem dubitare existimo, quin illa damnatio ambitus nulla ex parte cum causa Cluentij, vtrēsque iudicia coniuncta esse possit. [2] Quid, quod Stalenus est condemnatus? nam dico hoc tempore Iudices, id quod nescio an dici oporteat, illum maiestatis esse damnatum: [3] non recito testimonia hominum honestissimorum, quæ in Stalenum sunt dicta ab vtroque M. Aemilio clarissimo viro Legato, & præfecto, & Tribuni militares fuerunt: quorum testimoniis planum factum est, maximè eius opera, cum Quæstor esset, in exercitu seditionem esse conflatā. Nolite quæso testimonia recito, quæ dicta sunt de H-S. D. C. X I. millibus quæ ille cum accepisset nomine iudicij Safiniani, sicut in Oppianici iudicio postea, retinuit atque suppressit. Omitto & hæc, & alia permulta, quæ illo iudicio in Stalenū dicta sunt: hoc dico, [4] eandem tum fuisse P. & L. Cominiis, Equitibus Romanis honestissimis hominibus, & dissertis controuersiam cum Staleno, quem accusabant, quæ nunc mihi est cum Attio. Cominij dicebant idem quod ego dico: Stalenum ab Oppianico pecuniam accepisse, vt iudicium corrumperet: Stalenus conciliandæ gratiæ causa se accepisse dicebat. Irridebatur hæc illius recentia ris, & persona viri boni suscepta, [1] sicut in statuis inauratis, quas posuit ad Laturnæ quibus subsripsit, Reges ab se in gratiam esse reductos: exagitabantur omnes eius fraudes, atque fallaciæ: tota vita in eiusmodi ratione versata aperiebatur: res gestas domesticas, quæstus forenses in medium proferebatur: numerarius interpres pacis, & concordiæ

ff nam

ab Attio sæpe rarim obiecta.

1 Concludit ex dissimilibus duo posteriora iudicia nihil facere contra Cluentium.

2 Quintum iudicium simili schemate obiectū dissoluitur eodem genere argumenti ex loco dissimiliū testimoniis confirmatio.

3 Antiquus sæpius iterata.

4 Illustrat causam suam similitudine alterius cuiusdam iudicij eadē ipsa de re facti.

1 Similitudine alterā defensionē Staleni ridiculā facit ex reprehensionibus causis & effectis ipsius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

1 Cluduit ex ipsa oratione quæstionem, iudicium de Staleno factum non modo nihil valere ea re Cluentium, sed etiã pro Cluentio facere.

nem probatur. Itaque tum Staleni, cũ idem defenderet quod Attius, condemnatus est. Cominus hoc agerent, quod nos in tota causa agimus, probauerunt.[1] Quamobrẽ si Staleni damnatione, Oppianicum iudicium corrumpere voluisse, Oppianicum iudicasse emendes sententias dedisse pecuniam, iudicatum est: cum ita cõstitutum sit, vti in illa culpa, aut Cluentius sit, aut Oppianicus: Cluentij nomen nullum indicium datum vlle vestigio reperitur, Oppianici pecunia post iudicium factum à iudice ablata est: præsertim cũ esse dubiũ, quin illa damnatio Staleni, nõ modo non sit contra Cluentium, sed maximè nostram causam, defensionemq; confirmet? [2] Ego adhuc tuum iudicium video esse eiusmodi, vt incursionẽ putes sedaturum, cum multitudinis, imperia Tribunitium, quàm iudicium appellandum putem, quod si quis illud iudicium appellet, tamen hoc confitetur necesse est, nullo modo illam malitiam, quæ à Iunio petita sit: cum Cluentij causa posset contingi. Illud igitur Iuniana per vim factũ est Albi, & Popilij, & Gutta contra Cluentianos non est. Staleni etiã pro Cluentio.[3] Videamus ecquod aliud iudicium, quod pro Cluentio sit, præsertim pessimum.[4] Dixitne tandẽ causam C. Fidiculanius Falcula, qui Oppianicum condemnarat? cum præsertim, id quod fuit in illo iudicio iniudiciosissimum, post paucos dies ex suo ordine sedisset. dixit, & bis quidem dixit. Iudicium nã enim L. Quinctius inuidiam contentibus eum quæstionibus, sedimus, & turbulentis adduxerat: vno iudicio multa est ab eo petita, sicut ab Iunio, quod nõ sine decuria munere, neq; ex lege sedisset. Paulo sedatiore tempore est accusatus, quàm Iunius, sed eadem fere lege & crimine. quia nulla iudicio sedisset, neque turba versata est.

2 Repetit ex illusione principum & secundæ partis è tribus propositis è quibus firmanda duo membra habet. Primus ille syllogismus est, alterum mẽbrum sub à superiore conclusione tradita cœpit esse.

3 Transit ad alterum iudicium quod pro Cluentio factum est.

4 Ipsa lepide ex ipsius oratione.

prima actione facillime est absolutus.[1] Non numero hanc absolutionem: nihil enim potest, vt illam multam non commiserit, accepisse tamen ob rem iudicandam pecuniam, quã captam nusquam Staleno eadem lege dixit. proprium est tuum illud quæstionis eius non fuit. [2] Fidiculanius quid se fecisse diceabatur? accepisse à Cluentio H. S. CCCC. Cuius erat ordinis? Senatorij. qua lege in eo genere à Senatore ratio repeti solet, de pecuniis repetundis, ea lege accusatus, honestissimè est absolutus. Alba est enim causa mere maiorum, [3] sine vi, sine metu, sine periculo: dicta, & expósita, & demonstrata sunt omnia: adduxit iudices sunt nõ modo potuisse honestè ab eo reum condemnari, qui non perpetuo sedisset, sed, si aliud is iudex nihil fecisset, nisi quæ præiudicia de eo falsa esse cognouisset, audire præterea nihil debuisse. Tum etiam illi quinque, qui imperitorum hominum rumusculos aucupati, tum illum absoluerunt, tum suam clementiam laudari magnopere volebant. à quibus si qui quæreret, sedissentne iudices in C. Fabricium: sedisse se dicerent si interrogarentur, nam quo crimine is esset accusatus, præterquàm veneni eius, quod quæsitum Habita diceretur: negarent. si deinde essent rogati, quid iudicassent, condemnasse se dicerent. nemo enim absoluit. Eodem modo quæsitum si esset de Scamandro, certè idem respondissent: tametsi ille vna sententia est absolutus: sed illam vnam nemo tum istorum suam dici vellet. Vter igitur facilius suæ sententiæ rationem redderet? ille, qui se, & rei iudicatæ confitissè dicit: an ille, qui se in principem maleficij lenem, in adiutores eius, & consceios vehementissimum esse respondit? Quo-

1 Primũ actionem quia remota erat à causa Cluentij, tollitur, tam quam alienã quia tamen iure vti posset si accusator vti vellet indicijs non ex iudicijs eũ causa Cluentij.

2 Altera actionem ad suam rem accommodat, quia Cluentij causam attingebat.

3 Locus ratiocinationem reddit ex constitutione consecutanea. causarum & remotionis impugnatione.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum ego de sententia non debeo disputare. nequeenim dubito, quin ij tales viri suspicione aliqua per culsi repentina, de statu suo declinarent.[2] Quarteorum, qui absoluerunt, misericordiam non reprehendo: eorum, qui in iudicando superiora iudicia secuti sunt sua sponte, non Staleni fraude constantiam comprobo: eorum verò, qui sibi non liquere dixerunt, sapientiam laudo: qui absoluere eum quem nocentissimum cognorant, & quem ipsi bis iam antea condemnarant, nullo modo poterant condemnare, cum tanta consilij infamia, & tam atrocis rei suspicio esset inicita. paulò posteriùs pœnitere, malueruntt.[3] Ac ne ex facto solùm sapientes illos iudicetis, sed etiam ex nominibus ipsis, quod ij fecerint, rectissimè ac sapientissimè factum probetis: quis P. Ostanis Balbo ingenio prudentior, iure peritior, fide, religione, officio, diligentior, aut sanctior commemorari potest? non absoluit. Quis Qu. Considio constantior? quis iudiciorum, atque eius dignitatis, quæ in iudicijs publicis versari debet, peritior? quis virtute, consilio auctoritate præstantior? ne is quidem absoluit. Longum est de singulorum virtute ita dicere, quæ, quia cognita sunt ab omnibus, verborum ornamenta non quærunt. Qualis vir M. Iuuentius? Pedo fuit ex vetere illa iudicum disciplina? qualis L. Caulius Mergus? M. Basilius? C. Caudinus? qui omnes in iudicijs publicis tam tum florente Republ. floruerunt. Ex eodem numero L. Cassius, Cn. Nanius pars & integritate, & prudentia: quorum nullius sententia est Oppianicus absolutus. atque ex his omnibus, natu minimus, ingenio, & diligentia, & religione par ijs, quos antea commemorani, P. Saturius in eadem sententia fuit.[4] O innocentiam Oppia

1 Distributio quædam est illorum iudicum ex ipsarum effectis quæ, vel excusant, vel extà laudantur ex causis.

2 Postquam ex factis quosdam iudices laudauit, ipsa facta ex efficientibus cõmendat singulorum nomina qui condemnarint percc fendo per inductionẽ exemplorum.

3 Conclusio est ironica cũ exclamatione, qua offendit ex adiunctis nocentissimum fuisse Oppianicum.

Oppianicus singularem: quo in reo, qui absoluit, animaduersus, qua distulit, eamus: qui condemnauit, constans existimatur.[1] Hæc tum agitante Quintio, neque in contione, neq; in iudicio demõstrata sunt: neque enim ipse dies patiebatur, neq; per multitudinem cõcitatam consistere cuiquam in dicendo licebat. Itaque ipse, postquam Iunium peruertit, causam totam reliquit:[2] Paucis enim diebus illis & ipse priuatus est factus, & hominum studia deseruisse intelligebat.[3] Quod si, per quos dies Iunium accusauit, Fidiculanium accusare voluisset, respondendi Fidiculanio potestas facta non esset. Ac primo quidem, omnibus illis iudicibus, qui Oppianicum condemnarũt, minabatur,[4] iam insolentiam moratis hominis, moratis animos eius, ac spiritus Tribunitios. Quod erat quidem diu immortales? quæ superbia? quanta ignoratio sui? quàm grauis, atque intolerabilis arrogantia? qui illud etiam ipsum acerbè tulerit, ex quo illa nata sunt omnia, non sibi, ac defensioni suæ.[*] [5] condemnatum esse Oppianicum: [*] proinde quasi non status signi esse deberit, ab omnibus eum fuisse defensum,[6] qui se ad patronum illum contulisset. Erat enim Romæ summa copia patronorum, hominum eloquentissimorum, atque amplissimorum, quorum certe aliquis defendisset Equitem Romanum, in municipio suo nobilem, si honestè potuisset eiusmodi causam posse defendi.[7] Nam Quintius quidem, quam

1 Obliqua quædam prolepsis est. Cur in iudicio illa omnia demonstrare nõ sint. Subiectio conflat causis repugnantibus.

2 Reddit rationẽ effectorum omissorum ex remotione facultatũ quæ causse sunt adimendi.

3 Cullatione parium hypothetica superiora illustrat.

4 Digressio est in descriptionẽ Quintij ex effectis & adiunctis.

* Condonatum

5 Condemnatũ nullo pacto conuenit. Nam sua gratia absolutũ voluisset: qd apertissimè significatur vo

Cabulo, Condonatum, Rand.

* Legendum est, Perinde quasi. Rand.

6 Argumentũ est ex effectis ad causam, cuius rationẽ rursum reddit ex causarũ remotione quę ex remotione effectũ concludẽda intelligit.

7 Offendit Quintium bonum patronũ non fuisse ex remotione effectorum, quę augentur collatione maiorum. Deinde cur in Tribunatu tantum posuerit rationem reddit ex dissimilibus causis.

causam vnquam antea dixerat, cum annos ad quinquaginta natus esset? quis eum vnquam non modò in patrem, sed in laudatoris, aut adsocati loco viderat? qui quòd Rostra tendit vacua, tecumque illum post aduentum L. Sylla à Tribunitia voce defectum oppresserat, multitudinemque tam desuefactam à concionibus ad veteris consuetudinis similitudinem revocauerat, idcirco cuiùs hominum generi paulisper incundior fuit. atque idem quanto in vita postea fuit illis ipsis suis, per quos in altiorem locum ascenderat? neque iniuria. Facite enim ut non solum mores eius, & arrogantiam, sed etiam vultum, atque amictum, atque illam vsque ad talos demissam purpuram recordemini, is, quem non esset vllo modo ferendum, se ex iudicio discessisse victum, rem ab subsellijs in Rostra detulit. & iam querimur saepe, hominibus nobilibus non satis magnis in hac ciuitate esse fructus? nego vsquam vnquam fuisse maiores: vbi, si quis ignobili loco natus, ita vixerit, vt nobilitatis dignitatem virtute tueri posse videatur, vsque eò peruenit, quoad eam industria, cum innocentia* professa est. Si quis autem hoc vno nititur, quòd se ignobilis, procedit saepe longius, quàm si idem ille esset cum isdem suis vitijs, nobilissimus. vt Quintius (nobili enim dicam de cateris) si fuisset bonus nobilis, quis eum cum illo superbia, atque tolerantia ferre potuisset? quòd eo loco fuit ita tulerunt, vt si quid haberet à natura boni, prodesse ei putarent oportere: superbiam autem, atque arrogantiam eius deridendam magis auersarentur, propter humilitatem hominis, quàm pertimescendam. 4 Sed, vt illuc reuertar, quo tempore Fidiculanius est absolutus, tu qui ea iudicia facta commemoras, quaero, quid tum esse

1 Epiphonema quo concludit ex specie ad genus maximum Romanae fructus esse propositum nouis hominibus.

* persecuta

2 Prosecuta, vera est & germana lectio.

3 Recommodat exemplū Quintij ad quaestionē generalem antè positam.

4 Reuocatio est sui ipsius ad interrogatum Falculae iudicij, quo reiecta Quintiana iudicia fuisse concludit ex comparatis inter se cōparatis. Promissio communicationē rhetorica exornatur. Absolutio sequitur.

esse existimas iudicatum? certè gratis iudicasse, at condemnarat: at causam totam non audierat: at in concionibus omnibus à L. Quintio vehementer erat, & saepe vexatus. Illa igitur inania Quintiana, iniqua, falsa, turbulenta, popularia, seditiosa iudicia fuerunt. 1 Esto, potuit esse innocens Falcula: iam ergo aliquis Oppianicum gratis condemnauit: iam non ex Iunijs subsortitus est, qui pecunia accepta condemnarent: iam potuit aliquis ab initio non sedisse, & tamen Oppianicum gratis condemnasse. 2 Verum si innocens Falcula, quo se quis nocente? si hic gratis condemnauit, quis accepit? Nego rem esse vllam in quemquam illorum obtectam quae Fidiculanio obiecta non sit: neque aliquid fuisse in Fidiculanij causa, quod idem non esset in ceterorum. 3 Aut hoc iudicium reprehendas tu, cuius accusatio rebus iudicatis niti videbatur, necesse est: aut, si hoc verum esse concedis, Oppianicum gratis condemnatum esse fateare. quanquam satis magno argumento esse debet, quid ex tam multis iudicibus absoluto Falcula, nemo reus fallus est. 4 Quid enim mihi damnatos ambitus colligis, alia lege certis criminibus, plurimis testibus, cùm primum illi ipsi debuerint petitas accusari de pecuniis repetundis, quàm ambitus? 5 Nam si in ambitus iudicio hoc iudicatum esset, cùm alia lege causam dicerent: certè si propria lege huius peccati adducti essent, multo plus absoluisset. 6 Deinde, si tanta vis fuit illius criminis, vt qua quisque lege ex illis iudiciis reus fallus esset, tamen, hac plaga perireturne in tanta multitudine accusatorum, tantis praemijs, cateri rei fallij non sunt? 7 Illic praefertur id, quod iudicium appellari non oportet. P. Septimius Scaeua litem tu nomine esse aestimatam, cuius rei quae cōfectio

1 Repetit sententiā assumptionis antè positam & ad complexionē paulem à superiore diuertam accēmodat. Dicēs ad illam tandem etiam referatur. Arg. ab inopia. Species ad gen. Syll. & expositiones; figurae.

2 Transfert exemplū Falculae ad collationem partis constitutae in aliis eadē accusationis materia. Enthymema est, cuius complexio praecedit assumptionē.

3 Syllog. est dilemmatis ex aduersis ad formam dilemmatis propè accedens.

4 Refellit alia iudicia ex dissimili materia accusationis.

5 A minore ad maius.

6 Ab effectu rem remotiorem, ad causam remotiorem.

7 Praeterito

Universidad de Deusto
Biblioteca

que eleuat obscuriuné, quæ quidem pertinet ad rerum partem subdiuisionis antè posita, nempe de iis quæ neq; in iudicia appellata, neque ex limata sunt. Hæc autē ob lectio etiam dissimilibus dissoluitur.

1 Alterū autē harum tertiæ partis de animaduersione Censoria, quā iudicij loco numerandam negat.

*obseruauerūt animaduersiū, atque autoritas Censoria.

2 Præmonitio quædam est rerū dicendarū, ne quā offensionem inde contrahat. Adhibet igitur dissimulationem quādam, ea quæ dicturus sit in genere magis quam specialiter dictū iri. Tā liquidē de sit, quoniam apud homines peritissimos dico, pluribus verbis dicere non debeo. Nunquam enim ea diligentia, qua solet adhiberi in cæteris iudiciis, eadem res damnato adiuuta est. In litibus æstimandis ferè iudices, aut quod sibi cum, quem semel condemnarunt, inimicum putant esse, si qua in eum lis capitis illata est, non admittunt: aut, quòd se perfunctos iam esse arbitrantur, cùm de re iudicarunt, negligentius attendunt cæteris. Itaque & maiestatis absoluti sunt permulti, quibus damnatis de pecuniis repetundis, lites essent æstimatæ: & hoc quotidie fieri videmus, vt res damnato de pecuniis repetundis, ad quos peruenisse pecuniæ in litibus æstimandis statutum sit. eos illi iudices absoluant. quod cùm fit, non iudicia rescinduntur, sed hoc statuitur. æstimationem litium, non esse iudicium. Scæuola condemnatus est aliis criminibus, frequentissimis Apulia testibus: omni contentione pugnatum est, vt lis hac capitis æstimaretur. nam res, si rei iudicata penderet habuisset, ille postea vel isdem, vel aliis inimicis rem hac lege ipsa facturus esset. 3 Sequitur, id quod illi iudicium appellant: maiores autem nostri nunquam neque iudicium nominarunt, neque perinde vt rem iudicatam 4 obseruauerunt animaduersionem, atque auctoritatem Censoriam. 5 qua de re antequàm dicere incipio, perpauca mihi de meo officio verba facienda sunt: vt à me cum huiusce periculi, tum cæterorum quoque officiorum, & amicitiarum ratio conseruata esse videatur. Nam mihi cum viris fortibus, qui Censores proximè fuerunt, ambobus est amicitia: cum altero verò (sicuti & plerique vestrum sciunt) magnus vsus, & summa vtriusque officij constituta necessitudo est. Quare quicquid de subscripti

subscriptionibus eorum mihi dicendum erit, eo dicam animo, vt omnem ornatum eorum meam non de illorum facto, sed de ratione Censoria habitam existimari velim: à Lentulo autem familiaritates, qui à me pro eximia sua virtute, summisque honoribus, quos à Po. Ro adeptus est, honoris causa nominatur, facilè hoc iudices impetrabo, vt quam ipse adhibere consuesit in amicorum periculis fidem, & diligentiam, tum vim animi, libertatemque dicendi, in hac mihi concedat, vt tantum mihi sumam, quantum sine huius periculo præterire non possum. à me tamen, vt æquum est, omnia cauté, pedetentimque dicentur. vt neque fides huius defensionis relicta, neque cuiusquam aut dignitas læsa, aut amicitia violata esse videatur. Videt igitur Iudices, animaduertisse Censores in Iudices quosdam illius consilij Iuniani, cùm illam ipsam causam subscriberent. Hic primùm illud commune proponam, nunquam animaduersionibus Censorijs hanc ciuitatem ita contentam, vt rebus iudicatis fuisse, neque in re nota consumam tempus exemplis: 6 panam illud vnum: C. Geram, cùm à L. Metello, & Cn. Domitio Censoribus ex Senatu eiectus esset, Censorem ipsum postea esse factum: & cuius mores à Censoribus erant reprehensi, hunc postea & Pop. Rom. & eorum, qui in ipsum animaduerterant, moribus præfuisse. 7 Quod si illud iudicium putaretur, vt cæteri turpi iudicio damnati in perpetuum omni honore ac dignitate priuantur: sic hominibus ignominia notatis, neque ad honorem aditus, neque in curiam reditus esset. 8 Nūc si quem Cn. Lentuli, aut L. Gellij libertus furti condemnarit, is omnibus ornamentis amissis nunquam vllam honestatis suæ partem

præcipuo cē sorum illorū facto dicēdū sit, in eo magis actum iri de facti turpitudine quàm de iure.

1 Argumentū est ab esse plo speciali ad generalem negationē cōfirmandā, vel generalem affirmationem refellendā.

2 Trāsfert illud exemplū ad collationē parīū effectorū per hypothesin, ex quorum remotione remouet iudicij nomē à Censorijs animaduersionibus.

3 Argumentatur à minore ad maī. Redditio protasin præcedit expressa per speciē repugnantium. Protasis autem ex repugnātibus cuentis ac indicijs docet notationes Censorias vt rerum iudicatarum nō habere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

recuperabit. quos autem ipse L. Gellius & Cn. Lentulus duo Censores clarissimi viri, sapientissimiq; homines, sancti, & captarum pecuniarum nomine notauerunt. ij non modò in Senatum redierunt, sed etiam illarum ipsarũ rerum iudicijs absoluti sunt.[1] Nemînem voluerunt maiores nostri nõ modò de existimatione eiusquam, sed ne pecuniaria quidem de re minima esse iudicem, nisi qui inter aduersarios conuenisset.[2] Quapropter in omnibus legibus quibus exceptum est, de quibus causis aut Magistratum capere non liceat, aut iudicem légi, aut alterum accusare, hac ignominiæ causa prætermissa est. Timuerit enim causam, non vitæ pœnam in illa potestate esse voluerunt.[3] Itaque unum sólum Iudices illud ostendam, quod iam videtis, pop. Ro. suffragijs sæpenumero Censorias subscriptiones esse deletas, verum etiam iudiciis eorũ, qui iurati statuere maiore cum religione, & diligentia debuerũt. Primũ Iudices, Senatores, Equitesque Romani complurib⁹ iam reis, quos contra leges pecunias accepisse subscriptum est, sua potius religioni, quam Censorum opinioni paruerũt. Deinde prætores vrbani, qui iurati debent optimum quemq; in selectos Iudices referre, nunquam sibi ad eam re Censoriam ignominiam impedimento esse oportere duxerunt. Censores denique ipsi sæpenumero superiorum Censorum iudicijs[4] (si illa iudicia appellari vultis) non steterunt. atq; etiam ipsi inter se Censores sua iudicia tanti esse arbitrantur, vt alter alterius iudicium non modò reprehendat, sed etiam rescindat: vt alter de Senatu mouere velit, alter retineat, & ordine amplissimo dignum existimet: vt alter in ærarios referri, aut tribu moueri iubeat, alter vetet.[5] Quare qui vobis in mentem venit, hac appellare iudicia, qua à

1 Enthymema ex adiunctis quæ caussis conferri & maiorum sabiectorum collatione.

2 Complexio enthymematis legi testimonio confirmata & dissimili fine.

3 Inductio ex contrariorum iudiciorũ quæ grauiora & leuiora sint Censoriis notationibus.

4 Correctio nõ nullo alio verbo subiecto.

5 Conclusio inductionis cũ repetitione quatuor membrorum.

Pop. Ro. rescindi, ab iratis iudicibus repudiari, à magistratibus negligi, ab iis qui eandem potestatem adepti sunt commutari, inter Collegas dissidere videatur? Quæ cum ita sint, videamus quid tandem Censores de illo iudicio corrupto iudicasse dicantur. Ac primum illud statuamus: verũ quia Censores subscripserint,[1] ita sit ius quia ita fuerit illi subscripserint.[2] Si ideo quia subscripserint: videte quid agatis, ne in vnumquemq; nostrũ Censoribus in posterum potestatẽ per mutationem subscriptio Censoria nõ minus calamitatis ciuitatibus quam illa acerbissima proscriptio, possit afferre: ne Censorium stylum, cuius mucronem multis remediis maiores nostri retulerunt, aquè posthac atque illam Dictatoriam gladium pertimescamus.[3] Sin autem quod subscriptum est, quia verum est idcirco grane debet esse: hoc quæramus, verũ sit, an falsum: remouentur anteritates Censoria, tollatur id ew causa, quod in causa non est: dicet quã te caniã Cluẽtius dederit, vnde dederit, quem admodũ dederit vnũ denique, aliquod à Cluẽtio præsidi pecuniæ vestigium ostende. Vince deinde virum bonũ fuisse Oppianicum, hominem integrum, nihil de illo vnquam secus esse existimatum, nihil denique præiudicatum: tum anteritatem Censorum amplexator. tum illorum iudicium cum re comminiscam esse defendite.[4] Dum verò eum fuisse Oppianicũ constabit, qui tabulas publicas municipij sui corripuisse iudicatus sit: quis testamentũ interleuerit, quæ suppositæ personæ falsum testamentũ obsignandũ curarit? qui eũ cuius nomine id obsignatũ

1 Disiunctæ thesis delectus ad hypothesim quam tractat per dilemma, cuius propositio per dubitationẽ sumitur, q.d. si quid valeat illa Censoria notatio, aut valebit id licitum, quia subscripserit, aut quia ita esset vt illi subscripserint.

2 Improbatio.

3 Assumptio cuius priorẽ partem refellit ex consequentibus eventis additis duplici collatione pariũ.

4 Altera pars assumptionis refellitur cõtradictione quæ exornat rhetorica permissione & nouo syllogismo concluditur. Argumentum est à subiectis ad additã. Nẽ si res testimonia

Subiecta verasit, num demum testimonium verũ erit, quatenus cũ rei veritate conferetur.

5 Assumptio (Atqui innocens Oppianicus pecunia Cluentij circumuentus non est) longa enumeratione criminũ Oppianici confirmat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

est interficerit: qui auunculam filij sui in seruitute, ac vinculis necarit: qui municipes suos proscribendos, occidendosque curarit: qui eius vxorem, quem occiderat, in matrimonium duxerit: qui pecuniam pro abortione dederit: qui socrũ, qui vxorem, qui uno tempore fratris vxorem, sororesque liberos, fratremque ipsum, qui denique suos liberos interfecerit: qui cum venenum primigne suo quaereret manifesto sit deprehensus: cuius manifesti, conscisque damnatis, ipse addictus in iudicium pecuniam iudici dederit, ad sententias iudicum corrumpendas? dum haec inquam de Oppianico confitebuntur, nec ullo argumento Cluentiana pecuniae crimen tenebitur, [c] quid est quod te ista Censoria fama vel uoluntas, sine ullo suo iure, adiuuare, aut hunc innocentem opprimere posse videatur? Quid igitur Censores? senes sunt? ne ipsi quidem, ut grauissimè dicam, quicquam aliud dicent, prater seruorem, atque famam: nihil se testibus, nihil tabulis, nihil grauissimo argumento compertum, nihil denique causa cognita statuisse dicent. Quòd si ita faciant, tamen id non ita fixum esse debet, ut conuelli non liceat. Nam vitae exemplorũ copia, quae summa est: non rem veterem, non hominem potentem aliquem, aut gratiosum proferam. [4] Nuper hominem tenuem, scribam Aedilium D. Matrinium cum defendissem apud M. Iulium, Q. Publicium Praetores, & M. Pletorium, C. Flaminium Aediles curules, persuasi vt scribam iuratum legerent eum, quem idem isti Censores aerarium reliquissent, cum enim in homine nulla culpa reperiretur: quid ille mentirentur, nõ quid de eo statutum esset, quaerendum esse duxerunt. Nam hoc quidem, quae de iudicio corrupto subscripserint, quis est, qui ab illis satis cognita, & diligenter

1 Assumptionis secundae pars summa in hanc sententiam recidit: Oppianicum non fuisse innocentẽ nec pecunia Cluentij circumuentum.

2 Cõplexio secundae) Syllogismus, qui dilemmatis instituti cum cluſionem obplicitur. Neutro modo fieri vt adiuuetur causa ad uersariorum illa subscriptione Censoria.

3 Per prolepsin ratione reddit Censoriae subscriptionis, ex leuissimis quibuslibet exemplis.

4 Auctoritatem Censoriae subscriptionis conuellit specialis exẽplo contrarij iudicij.

genter inducta arbitretur? [1] in M. Aquilium, & in T. Guttam video esse subscriptum. quid est? duos esse corruptos solos pecunia. Quid? ceteri vi delicet gratis condemnarunt. Non est igitur circumuentus, non est oppressa pecunia, non, ut illa Quintianae conciones habebantur, omnes qui Oppianicum condemnarant, in culpa sunt, ac suspicione ponendi, duos solos viden autoritate Censorum affines ei turpitudini indicari. Nam ut illud afferam, nihil est, quod de iis duobus habuerint compertum, * [2] de ceteris comperisse. [3] Nam illud quidem minimè probandum est, ad notationẽ, autoritatẽque Censoriam exemplum illos à consuetudine militari transtulisse. Statuerunt enim ita maiores nostri, vt si à multis esset flagitium rei militaris admissum, sortitione in quosdam animaduerterentur: ut metus videlicet ad omnes, poena ad paucos perueniret. [4] quod idem facere Censores in delectu dignitatis, & in iudicio ciuium, & in animaduersione vitiorum, qui conuenit? [5] Nam miles, qui locum non tenuit, qui hostium impetum vimque pertimuit, potest idem postea & miles esse melior, & vir bonus, & ciuis utilis: quare ne in bello propter hostium metum delinqueret, amplior ei mortis, & supplicij metus est à maioribus constitutus: ne autem nimium multa panã capitis subirent, idcirco illa seruitus comparata est. [6] Hoc tu idem facies Censor in Senatu legendo? si erunt plures, qui ob innocentẽ condemnãdum pecuniã acceperint, vt non animaduertas in

1 Argumentatio est obliqua & abuersione cõsequentis sumi versus in uersa ad remotionẽ antecedẽtis. Arg. est ex subiectis ad adiuncta ex quibus versus conuerso ab adiũctis ad subiecta deorsum versus, per constitutionẽ.

* nihil de cæteris comperisse legit Sylvius.

2 Sed tamen illud (nihil) quod Sylvius addendũ putat, vehementer approbo. Sententia enim ipsa id postulat. Nec rum quidem sententia erit restituta, nisi post (cõperisse) addas (puto enim) aut aliquid eiusmodi. Rand.

3 Arg. aduersarij ducũ ex similitudine rei militaris ex ἀνταποδόσεως dissimilitudinis.

4 Cõfirmatio ἀντιπαθίσεως ex utilibus effectis illius decimationis, de qua vide Livium in Appij Claudij clade.

5 Cõfirmatio ἀντιπαθίσεως ex incõmodis & perniciosis euentis similẽ

Censoris quædã dehinc ad singula descriptio subsequuta. * cæcat alterum verbum. Rand.

2 iterat eandem dissimilitudinem ab illustrium virorum auctam reprehensione subiectis.

3 Ex remotione similiũ a Cluentiorum tum illustrium tum humilium fabulorum. Sylleen connexi. 3. modi. Propositio cõnexi.

4 Censoriæ subscriptionis aliam rationem reddit ex locis similis mutationis.

* multitudini illicitum erat contradicere.

Hæc lectio aliis exẽplis cõfirmari potest. Cic. enim simili locutione frequentius vtitur. Is quæ contradicebantur.

omnes, sed carpat, vt velit, & paucos ex multis ad ignominiam sortiatur? habebit igitur te sciente, & volente curia Senatoria, Pop. Ro. iudicem, T. Iff. ci uem signa ignominiæ quæquam, qui ad perniciẽ innocentis filiæ suæ & religionem pecunia cõmutarit? & qui pretio adductus eripuerit patrĩ, fortunas, liberos cuius innocentiã, si Censoria grauitatis nota non inureretur? in ea præfectus moribus? magister veteris disciplinæ, & seueritatis, si aut retinet quemquam forsan in Senatu scelere tanto contaminatum, aut non statuit, qui in eadẽ culpa sit, non eadem pœna affici * oportere conueniat? 1 & quam cõditionem supplicij maiorem in bello timiditati militis proposuisse volauerant, eãdem ut in pace cõstituere improbitati Senatorij? 1 Quod si exemplã ex re militari ad animaduersionẽ Censoriam transferendum fuit, sortitione id ipsum facta esse oportuit. Sin autẽ sortiri ad pœnã atq; hominũ delictum fortunæ iudicis committere, minimè Censorium est, vertere in multorũ peccata carpi paucos ad ignominiã, & turpitudinẽ non sortiri.

4 Verum omnes intelligemus in iis subscriptionibus ventũ quẽdam popularem esse quæsitum. Lata res erat in concione à Tribuno seditiose: incognita causa probatum illud erat: * multitudini illicitum est contra dicere: nemo denique, vt desenderet contrariam partẽ, laborabat. in inuidiã porrò magnã illa iudicia ventrant. etenim paucis postea mensibus alia vehemens erat in iudicijs exercitatione tabularum inuidia versata, prætermissa à Censoribus, & neglecta macula iudiciorum posse non videbatur. homines quos ceteris vitijs atque omni dedecore infames videbant, eos hac quoque subscriptione notare voluerunt: & eò magis, quòd illo ipso tempore, illis Censoribus erant

iudicia cum Equestri ordine communicata: vt viderentur per hominum honestorum ignominiam sua auctoritate illa iudicia cum Equestri ordine reprehendisse. 1 Quod si hanc apud eos ipsos Censores mihi aut alij causam agere licuisset, hominibus tali prudentia certè probatissimis (rei enim iudicatæ) nihil ipsis habitum esse cognitis, nihil compertis: 2 ex tota ipsa subscriptione rumorem quendam & plausum popularem esse quæsitum. Nã in L. Popilium, qui Oppianiũ condẽnarat subscripsit L. Gellius, quòd is pecuniam accepisset, qui innocentem condemnaret. 3 Iam id ipsum quanta diuinationis, est scire tum eum reum fuisse rerum, quam fortasse nunquam viderat? cum homines sapientissimi iudices (vt nihil dicam de iis, qui condemnarunt ea causa cognita sibi diuerint non liquere. Verum esto condemnat Popilium Gellius: iudicat accepisse a Cluentio pecuniam. Negat hoc Lentulus. nam Popilium, quod erat libertini filius, in Senatum non legit: eum quidem Senatorum ludis, & cætera ornamenta reliquit. & eum omni ignominia liberat, quod eius fuit, iudicat eius sententia gratis fuisse. Oppianicum condemnatum & eandẽ Popliũ postea Lentulus in ambitus iudicijs pro testimonio diligentissimè laudat. 4 Quare neque L. Gellij iudicio stetit Lentulus, neque Lentuli existimatione contentus fuit Gellius: & si utroque Censor Cæsaris opinione standum nõ putauit, quid est, quamobrem cuiusquã nostrũ Censorias subscriptiones omnes fixas, & in perpetuum ratas putes esse oportere? An in ipsum Habitũ animaduerterit, 5 nullam quidẽ ob turpitudinem, nullãque totius vitæ notam dicãvitiũ. * sed

1 Illorum Iudicum Censorium testimonio per hypothesin rẽ suã confirmat.

2 Elegans ex fine animaduersionis illius Censoriæ ratiocinatio.

3 Subiecta finis sectilis collationem maiorum adiunctorum. Nam, ignorantiæ esse ratione ei tribuitur, ædificãtis. At noui ædificij accedentis ratione (cõdẽnationis vsque) in subiectũ.

4 Aspere ad quem concludit Cæsorum animaduersionem ab ipsis etiam Censoribus sæpe reiectã, idque exemplã mãsfert Cic. à maioribus ad minora.

5 Finis obiectionis est. Responsio autẽ redditur in verbo (Nullam)

2 c. per dissimilitudinem.

6 Hoc loco (sed) non dissimilitudinem, sed maiorem rem minoribus collationem auxer. q. d sed ne ob eratum quidem vilum Rand.

Ratio est ponendos discriminandi, & collatione & testimonio. Sequitur autem hanc rationem.

ἀντικόδοσις.

2 Argumentum est ex pares rebus per speciē repugnantiū tractatis.

3 Exemplo malorum speciem obtinentes, parum valere vult aut alterius Censoris iudicia debere obtendit.

* scientia.

4 Tertiū membrum tertiæ partis eludit per ironiam ex adiunctis personæ.

5 Testamenti illius stultitiam & levitatem coarguit ex repugnantibus effectis.

6 Dilemma ex alterutris falsis & sententiis.

erratum.[1] Neque enim hoc homine sanctior, neque probior, neque in omnibus officiis retinendis diligentior esse quisquam potest: neque illis aliter dicunt: sed eandem illam summam iudicij corruptæ secuti sunt. neque ipsi se ita existimant, quam nos existimari volumus de huius pudore, integritate, virtute:[2] sed putarunt prætermitti accusatorem non potuisse, cum animadversum esset in iudice. Quæ de re tota si unum falsum exemplum antiquitate protulero, plura non dicam. Non enim mihi exemplum summi, & clarissimi viri[3] P. Africani prætereundum videtur: qui cum esset Censor, & in Equitum censu C. Licinius sacerdos prodisset, clara voce, ut omnis concio audire posset, dixit se scire illum verbis conceptis peierasse: si quis contrà dicere vellet, se iurare esse eum suo testimonio: deinde cum contrà nemo diceret, iussit equum traducere. Itaque ὁ, cuius arbitrio & Pop. Rom. & exteræ gentes contentæ esse consueuerunt, ipse sua * conscientia ad ignominiam alterius contentus non fuit. Quòd si hoc Habito facere licuisset, facilè illis ipsis iudicibus & falsæ suspicioni, & invidiæ populariter excitatæ restitisset.[4] Unum etiam est, quod me maximè conturbat, cui loco respondere possit vir videor, quòd eloquium recitasti de testamento Cn. Egnatij patris, hominis honestissimi videlicet & sapientissimi, idcirco se exheredasse filium, quòd is ob Oppianici damnationem pecuniam accepisset. De cuius hominis lenitate, & inconstantia plura non dicam. hoc testamentum ipsum quod recitat, eiusmodi est,[5] ut ille cum eum, filium exheredaret, quem oderat, ei filio exheredes homines alienissimos coniungeret, quem diligebat. Sed tu Acili considerasti census diligenter,[6] utrum Censorium iudicium grane velis

ne velis esse, an Egnatij.[1] si Egnatij, leue est, quòd Censores de cæteris subscripserūt. ipsum enim Cn. Egnatium, quē tu grauem esse vis, ex Senatu eiecerūt.[2] sin antè Censorium, hunc Egnatium, quē pater Censorio subscriptione exheredauit, Censores in Senatu, cum parē eiceret, retinuerunt.[3] At enim Senatus vniuersus iudicauit illud corruptum esse iudicium. Quamobrē suscepta causa an potuit rē delatā eiusmodi repudiare?[4] cum Trib. pleb. populo concitato, eam pene ad manus reuocasset, cum vir optimus, & homo innocentissimus pecunia circūuentus esse diceretur, cum inuidia flagraret ordo Senatorius,[5] potuit nihil decerni? putauit illa concitatio multitudinis sine summo periculo Rep. repudiari. At quid est decretū? quàm iustē? quàm sapienter? quàm diligēter? SI QVI SVNT, QVORVM OPERA FACTVM SIT, VT IVDICIVM PVBLICVM CORRVMPERETVR.[6] Vtrum videretur Senatus id factum iudicare an si factum sit, moleste, graueterque ferre? Si ipse A. Cluentius sententiā de iudicio rogaretur, aliam non diceret, atq; ij dixerunt, quorū sententiis Cluentium condemnatū esse dicitis. Sed quæro à vobis, num istam legem ex isto S.C. L. Lucullus Consul homo sapientissimus tulerit? * tum anno post M. Lucullus & C. Cassius, in quos eum Consules designatos idem illud Senatus decreuerit? non tulerunt. & quod tu Habito pecunia factū esse arguis, neq; id vita tenuissima suspicione cōfirmat. factum est primò illorum æquitate & sapientia Consulum, vt id quod Senatus decreuerat ad illud inuidia

1 Prior pars dilemmatis.
2 Posterior pars.
3 Quartum membrum tertiæ partis per prolepsin attingitur, eiusque ratio redditur ex casibus dissimilibus exquibus etiā falsa sunt nonnulla.
4 Concludit ex sanisis Senatui nihil decernēdum fuisse.
5 Communicatio est qua per contradictionē dilucidē ab ēdem rationem occupatam eāmque contradictionem cōfirmat collatione parium.
* Locus est corruptus quem ego quidem sententia sic restituo, potest. Nū anno post M. Lucullus & C. Cassius in quos tum Cōsules idem illud Senatus decreuerat? Non tulerunt. Sic enim interpretor illud in quos, i. in quorum Consulatum incidebat illud S.C. Nec absimilior Sylusio, qui (in quos) accipit (contra quos) Quasi illi Cos. Oppianicum damnare. Nam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

to pacto Ciceronis argumentorum nullo modo cohæreret. Randonuv.

* perferendum.

præsent incendium restinguendum, id postea * referendum ad populum non arbitrarentur. ipse deinde pop. Roma. qui L. Quintij Trib. Pleb. filia querimonia antea concitatus, rem illam, & rogationem flagitarat, idem C. Annij filiquem parvuli lacrymis commotus, maximo clamore, & concursu totam illam legem, & quæstionem repudiavit.

v Ex dissimilibus effectis colligit dissimiles causas.

[1] Ex quo intelligi potuit id, quod sæpe dictum est: ut mare, quod sua natura tranquillum sit, ventorum vi æstuari atque turbari: sic & populus Romanus sua sponte esse placatum, hominum seditiosorum vocibus, ut violentissimis tempestatibus, concitari. [2] Est etiam reliqua permagna auctoritas, quam ego turpiter pene prætermisi: mea enim esse dicitur. Recitavit ex oratione nescio qua Actius, quam eram esse dicebat, exhortationem quandam ad bene de re judicandum, & commemorationem tum illorum judiciorum, quæ probata non essent, tum illius ipsius judicij Luniani: [3] perinde quasi ego non ab initio hanc defensionis formam viderim, nec de ipsum illud fuisse judicium: aut cum de infamia judiciorum disputarem, potuerim illud, quod tam populare esset, in illo tempore prætermittere. Ego vero si quid ejusmodi dixi, neque cognitum commemoravi, neque pro testimonio dixi, & illa oratio potius temporis mei, quam judicij & auctoritatis fuit. Cum enim accusarem, & mihi initio præfuissem, ut animos & popu. Roman. & judicum commoverem: cumque omnes offensiones judiciorum non ex mea opinione, sed ex hominum rumore proferrem: illam rem, quæ tam populariter esset agitata, prætermittere non potui. [4] Sed erravehementer, si qui in orationibus nostris, quas in judicijs habuimus, auctoritates nostras consignatas se habere arbitrantur.

1 Quinetiam membrum tertiæ partis ejus datur per ἐπιφορὰν.

2 Hic locus ferè alter in eadem pagina redit. Videndum non fuisse legendum Proinde quæ fuisset (perinde quasi) Pag. 85.

3 Diluit objectionem dissimilibus subjectis quæ dilatantur locum communi & confirmantur remotione absimilarum & nullarum ad efficiendas easdem adhibitarum.

tratur. omnes enim illa orationes causarum, & temporum suæ, non hominum ipsorum, ac patronorum. Nam si causa ipsa pro se loqui possent, nemo adhiberet oratorem, nunc adhibemur ut dicamus, non quæ nostra auctoritate constituantur, sed quæ ex re ipsa, causaq; ducantur. [1] Hominem ingeniosum M. Antonium aiunt solitum esse dicere, idcirco se nullam unquam orationem scripsisse, ut si quid aliquando quod non opus esset, ab se esset dictum, posset se negare dixisse: perinde quasi quid à nobis dictum aut actum sit, id nisi literis mandaverimus, hominum memoria non comprehendatur. [2] Ego verò in isto genere libentius cum multorum, tum hominis eloquentissimi, & sapientissimi L. Crassi auctoritatem sequor: qui cum L. Plancium defenderet accusante M. Bruto homine in dicendo vehementi, & callido, cùm Brutus duobus recitatoribus constitutis, ex duabus eius orationibus capita alterna inter se contraria recitanda curasset, quid in dissuasione rogationis eius, quæ contra colonias Narbonensem ferebatur, quantum potest, de auctoritate Senatus detraxit: in suasione legis [3] Servilia summis ornat Senatum laudibus: & multa in Equites Rom. acriùs ex ea oratione asperius dicta recitasset, quò animi illorum judicium in Crassum incenderentur: aliquantum esse cœptus dicitur. Itaque in respondendo primum exposuit utriusq; rationem temporis: ut oratio ex re, ex causa habita videretur: deinde ut intelligere posset Brutus, quem hominem & non solùm quo eloquentia, verum etiam quo lepore, & quibus facetiis præditum lacessisset, tres & ipse excitavit recitatores cum singulis libellis, quos M. Brutus pater illius accusatoris de jure civili reliquit. Eorum in

1 Dissimilibus exemplis illustrat facti vel potius dicti defectionem.

2 Redditis dissimilitudinis disgressionem aliquantò longiorem habet pro rei ipsius conditione.

3 Hæc lex lata est à Q. Servilio Cepione, anno ab urbe condita 648. quo anno Cicero natus fuisse dicitur.

rum initia cùm recitarentur, ea quæ vobis nota esse arbitror: FORTE EVENIT VT RVRI IN PRIVERNATE ESSEMVS EGO, ET BRVTVS FILIVS: fundum Priuernatē flagitabat: IN ALBANO ERAMVS EGO, ET BRVTVS FILIVS. Albanum poscebat. IN TYBVRTI FORTE CVM ASSEDISSEMVS. * Tyburtem fundum requirebat: Brutum autē hominem sapientē, quod filij nequitiē videret, quæ prædia ei relinqueret, testificari dicebat voluisse quòd si potuisset honestè scribere, [1] se in balneis cū id ætatis filius fuisse nō præteriisset. aut se ita men ab eo balneas non ex libris patris, sed ex tabulis, & ex censu quærere Crassum. tum ita Brutum vitus est, vt illū recitationis suæ puniret. molestè enim fortasse tulerat, se in iis orationibus reprehensum, quas de Rep habuisset, in quibus fortasse magni requiratur cōstantia. [2] Ego autē illa recitata esse nō molestè fero. neq; enim abillo tēpore, quod tum erat, neq; ab ea causa, quæ tum agebatur, aliena fuerunt: neq; [3] mihi quicquā oneris suscepi, cùm ista dixi, quò minus honestè hāc causam, & libere possem defendere. [4] Quòd si velim confiteri, me causam A. Cluētij nunc cognoscere, antea fuisse in illa opinione populari, quis tandē id posset reprehēdere? præsertim Iudices, cùm à vobis quoq; ipsis hoc impetrarē sit æquissimū. quod ego & ab initio petiui, & nunc peto, vt si quam hic grauiorem de illo iudicio opinionē attulistis, hanc causa perspecta, atque omni veritate cognita depellatis: [5] Nunc quoniam ad omnia quæ abiecta sunt T. Alli de Oppianici damnatione respondi: cōfiteare necesse est, te opinionē multū fefellisse, quòd existimaris me causam A. Cluentij

* Tyburtinū
1 vide lib 1 Offic. vbi de verecundia agit: Nostro quidem moreinquit) parentes cum pueribus filiis nō lauantur.
2 Digressionis accommodatio per dissimilitudinē.
3 Negat illa, quæ quondā dixerit, præsentis causæ repugnare.
4 Significat se quo gratiam in causam Cluētij dixisse, ne cū quidem valere debere. Arg. est à maiore ad minus autem dissimilibus causis.
5 Concludit primæ quæstionis diluitionē ex dissimilibus.

non facile eius sed lege defensurum. Nam hoc persæpe dixisti, tibi te renuntiari, me habere in animo causam hanc præsidio defendere. [1] Itáne est? ab amicis videlicet imprudentes prodimur: & est nescio quis de iis, quos amicos nobis arbitramur, qui nostra consilia ad aduersarios deferat. Quisnā tibi hæc renuntiauit? quis tam improbus fuit? cui ego autem narraui? nemo, vt opinor, in culpa est: [2] sed nimirum tibi iste lex ipsa renuntiauit. sed num tibi ita defendisse videor, vt tota in causa mentionem * vllam fecerim legis? num secus hanc causam defendisse, ac si lege Habitus reneretur? certè vt hominem confirmare oportet, nullus est locus à me purgandi istius inuidiosi criminis prætermissus. [3] Quid ergo est? quæret fortasse quispiam, displiceātne mihi legum præsidia à capite periculum propulsare? mihi verò Iudices, non displicet: sed vtor instituto meo in hominis honesti * prudentiā, iudicio, non sōlùm meo consilio vti consuesco, sed nonnunquā etiam eius quem defendo & consilio, & voluntati obtempero. Nam vt hæc ad me causa delata est, qui leges eas, ad quas adhibemur, & in quibus versamur, nossē deberem: dixi Habito statim, de eo qui coisset, quò quis condemnaretur, illum esse liberum, teneri autem nostrum ordinē, atque ille me orare, & obsecrare cœpit, vt ne se lege defenderem. Cùm ego, quæ mihi viderentur, dicerem, traduxit me ad suam sententiam. affirmabat enim lacrymans non se [4] cupidiorem esse ciuitatis retinendæ, quam existimationis, morem hominibus gessisse: & tamen idcirco feci (neq; enim id semper facere debemus) quòd videbā per se ipsam causam copiosissimè sine lege posse defendi. Videbā in hac defensione, qua tam sum vsus, plus dignitatis: in illa, qua nē hic vti voluit, mi-

1 Argumentatur ex causis.
2 ironiæ.
* nullam.
3 Transit ad præsidium legis, quo tamē non vtitur nisi per speciē ἀποσιώπησεως.
* pudētis.
4 Argumentum est ex digniore fine.
5 Dissimilitudo est virtusque rationis in Cluentio defendendo.

nus laboris futurũ. quòd si nihil aliud esset actũ, nisi vt hanc causam obtinerem, lege recitata peruassem: neq; me illa oratio cremouerat, quòd dixit Actius, indignum esse facinus, si Senator iudicio quenquam circumuenerit, legibus eum teneri: si Eques Ro. hoc idẽ fecerit, non teneri.[1] Vt tibi concedam hoc indignum esse (quod eiusmodi sit, tamen videro) tu mihi cõcedas necesse est, multò esse indignius in ea ciuitate, qua legibus * contineatur, discedi à legibus.[2] Hoc enim vinculum est huius dignitatis, qua fruimur in Republica, hoc fundamentũ libertatis, hoc fons æquitatis: mens, & animus, & consilium, & sententia ciuitatis posita est in legibus.[3] Vt corpora nostra sine mente, sic ciuitas sine lege, suis partibus, vt nervis, ac sanguine, & membris vti nõ potest. Legum ministri, magistratus: legũ interpretes, iudices: legũ denique idcirco omnes serui sumus vt liberi esse possimus.

4 Quid est Q. Naso, cur tu iniusto loco sedeas? qua vis est, qua abs te hi iudices tali dignitate prædicti cõtinentur? vos autẽ Iudices quamobrẽ ex tam magna multitudine ciuium tam paucis de hominum fortunis sententiam fertis? quo iure Actius, qua volet, dixit? cur mihi tandiu potestas dicendi datur? quid sibi autem illi scribæ, quid lictores, quid cæteri, quos apparere huic quæstioni video, voluit? opinor, hæc omnia lege fieri tetum̃. hoc iudiciũ (vt antea dixi) quasi mente quadam regi, & administrari. Quid ergo est? hæc quæstio sola ita gubernatur? quid? M. Plætorij, & C. Flaminij inter sicarios? quid C. Orchinij peculatus? quid mea de pecuniis repetundis? quid C. Aquilij, apud quem nunc de Amburn causa dicitur? quid reliqua quæstiones? etr. inspicite omnes Reipu. partes: omnia legum imperio, & præscripto fieri videbitis.

Si quis

1 Argumentum erit à maiore ad min*. * teneatur

2 Locus est communis in laudem legũ maxime ex effectis.

3 Similitudo ad illustrandam comparata.

4 Apostrophe ad Prætorem cum indubitatione qua dum eum qui in Rep. legũ præscripta nunc.

1 Hi Ciceronis erant Collegæ in Prætura. Nec dubium est quin Cicero adoratione ista legum vires in admirabilitate Prætura

Si quis apud me te T. Actii rem velit facere, clamet te lege pecuniarũ repetundarum non teneri: neque hæc tua recusatio cõfessio sit capta pecunia, sed laboris. sed periculi non legitimi declinatio. Nũc quid agatur, & quid abs te iuris cõstituatur, vide. Fuit lex ea, qua lege hæc quæstio cõstituta est, iudicem quæsitorem, hoc est.[1] Q. Voconium ex iis iudicibus, qui ei obtenerunt (vos appellat Iudices) quærere de veneno, in quem quærere[2] institutum est. QUICUNQUE FECERIT, VENDIDERIT, EMERIT, HABUERIT, DEDERIT. Quid eadẽ lex statim adiungit? Recita. DEQUE EIUS CAPITE QUÆRITO. Cuius? qui cõierit? conmeneritne ita est. Quid ergo est? dic. QUI TRIBUNUS MILITUM LEGIONIBUS QUATUOR PRIMIS, QUIVE QUÆSTOR, TRIBUNUS PL. Deinceps omneis magistratus nominauit. QUIVE IN SENATU SENTENTIAM DIXIT, DIXERIT. Quid tum? QUI FORUM COIT, COIERIT, CONVENIT, CONVENERIT, QUO QUIS IUDICIO PUBLICO CONDEMNARETUR. Qui cor? quorũ videlicet, qui supra scripti sunt. quid interest, utro modo scriptũ sit? ipsi est apertũ. tamẽ ipsa lex docet.[3] ubi enim omnes mortales alligat, nõ sequitur: QUI VENENUM MALUM FECIT, FECERIT. omnes viri, mulieres, liberi, serui in iudicium vocãtur. si item de coitione voluisset, adnumxisset. Quive coierit. Nunc ita est,[4] DE QUE EIUS CAPITE QUÆRITO, QUI MAGISTRATUM HABUERIT, QUI VE IN SENATU SENTENTIAM DIXERIT:

1 Hic Q. Vocanius idem est qui ante Nolo cognomine dictus est, quum hoc iudicio Quæsitor erat. Nec interpretũ refert quorum admittenda sententia, qui alij præterea alium Quæsitorẽ in eadem causa sibi fingunt. Sed eorũ opinio hinc nata est, quòd Prætore occupato alius aliquis eius loco quæstioni præerat, qui tantum Quæsitor dicebatur. At vbi Prætor adesse poterat, idem erat Prætor & Quæsitor. Cuius rei multa exempla hoc loco argumenta deprompsi possunt aliisque non pauca etiã apud ipsum Ciceronem.

2 Dissimilitudine illustrat sententiã propositionis.

3 Propositio syllogismi à

no hæc pars defensionis ex beneficio legis cõcludit. Argumentũ est ex propriis subiectis quę à Cluentio remouentur. Illa autẽ subiecta effectis euẽ dehinnunt. Sed ex subiectis potissimũ hic argumentatur.

1 Assumptio. Atqui Senatus nõ ea Cluentium.

2 Complexio per ἀνθύποφορὰν occultatur.

3 Reddit rationẽ cur ea de te verba faciat, quam aliena à tua dignitate Cluentij arbitrabatur. Reiiciendi igitur ex fine y dissimilitudinem.

4 Per speciẽ refellendi Actij confirmat complexionis sententiam, licet id generatim faciat, ne in Cluentij causa videatur vllegis præsidio.

5 Soluit obiectionẽ dissimilitudine. q. d. Iniquas leges cõmutandas nõ violandas à retinentur. Deinde etiam collatione dissimilium.

* Legẽdũ potius. Primũ Idest Iniquissimũ esse cõtinear, huiusmodi, eñ &c.

6 ἐνταῦθα δὲ dissimilitudinis.

QVI EORVM COIT. COIERIT.[7] *Num is est Cluẽtius? certè nõ est.*[2] *Quis ergo est Cluentius? qui tamen defendi causam suam lege nolit. atque abiicio legem: morem Cluentio gero: tibi tamen Actij pauca, quæ ab huius causa seiuncta sunt respondebo. est enim quiddam in hac causa, quod Cluẽtius ad se: est aliquid, quod ego ad me quàm pertinere. hic sua putat interesse, se re ipsa, & gesto negotio, nũ lege defendi:*[3] *ego autem mea existimo interesse, me nulla in disputatione ab Actio videri esse superatum, nũ enim mihi hæc causa sola dicenda est: omnibus hic labor meus propositus est, quicunque hac facultate defensionis contenti esse possunt. nulu quemquam eorum, qui adsunt, existimare, me, quæ de lege ab Actio dicta sunt, si reticuerim, comprobare.*[4] *Quamobrem Cluenti de te tibi obsequar: neque ego legem recito: neque hoc loco pro te dico: sed ea, quæ à me desiderari arbitror, nõ relinquam. Iniquum tibi videtur Actij esse, nũ iisdem legibus omnes teneri.*[5] *Primum (vt* id iniquissimum esse cõtinear, huiusmodi est, vt cõmutatis eis vnus sit legibus, non vt iis quæ sunt, nõ pareamus. Deinde quis vnquã *hoc Senator accusauit, vt cum altiorem gradum dignitatis, beneficio Tu. Ro. esset consecutus, eò se putaret durioribus legum conditionibus vti non oportere? quàm multa sunt commoda, quibus caremus: quàm multa molesta, ac difficilia, quæ subimus. atque hæc omnia tantũ honoris, & amplitudinis commodis cõpensantur.*[6] *Cluerte te nunc ad Equestrẽ ordinẽ. Atq, in cæteros ordines: eadẽ vita*

conditiones non perferent. putant enim minus multos sibi laqueos legum, & conditionum, ac iudiciorum propositos esse oportere, qui in summũ locum ciuitatis aut nõ potuerunt ascendere, aut nõ perierunt.[5] *Atq, vt omittam leges alias omnes, quibus nos tenemur, cæteri autem sunt ordines liberati: hãc ipsam legem, ne quis iudicis circũuenire tur, C. Gracchus tulit: eã legem pro plebe, non in plebem tulit. Postea*[2] *L. Sylla homo à populi causa remotissimus, tamen cùm eius rei quæstionem hac ipsa lege constitueret, quæ vos hoc tẽpore iudicatis, pop. Rom. quẽ ab hoc genere liberũ acceperat alligare nouo quæstionis genere ausus nũ est. Quod fisieri posse existimasset, pro illo odio, quod habuit in equestrem ordinem, nihil faciisset liberius, quàm omnẽ illã acerbitatẽ proscriptionis suæ, quæstus in veteres dices, in hanc vnã quæstionem contulisset.*[3] *Ne nunc quicquã agitur (mihi credite Iudices. & prospicite id, quod prouidendum est) nisi vt Equester ordo in hanc lege periculum includatur. Neque hoc agitur ab omnibus, sed à paucissimis ij Senatores, qui se facilè tutũr integritate, & innocentia, quales (vt verè dicã) vos estis, & cæteri, qui sine cupiditate vixerũt, Equites ordini Senatorio dignitate proximos, concordia cõiunctissimos esse cupiunt: sed ij, qui se volunt posse omnia, neque præterea quicquam esse aut in homine vllo, aut in ordine, hoc vno metu se putãt Equites Ro. in potestatem suam redacturos, si cõstitutum* est, vt de iis quærẽ iudicarẽt, huiscemodi iudicia fieri possint. Vident enim autoritatem huius ordinis confirmari: vident iudicia cõprobari.*[4] *hoc metu proposito, euellere se aculeum seueritatis vestræ posse confidũt. Quis enim de homine audeat pauca maioribus opibus predito verè, & fortiter iudi-*

1 Cõmendat legis æquitatem ex authore. Arg. eñ ex effectionibus causis. Hinc possum intelligere iudices illos apud quos hæc causa dicebatur, Græcho fauisse.

2 Argumentat ex remotione effectorum ad remotionem. Syll. eñ connexus 2. modi. Assumptio præcedit. Propositio sequitur. Complexio ex antecedẽtibus facile intelligitur.

3 Arg. eñ ex fine per remotionem, quem finem illustrat dissimilitudine.

* *Vide nũ melius legatur, si cũi istutũ fuerit.*

4 Repetit eundem finẽ & confirmat repugnantibus causis.

a Cõplexio qua oftendit non esse permittendũ quitibus vt in periculum legis includãtur eodẽque cõfirmat simili exemplo maiorũ. vbi etiã repetit initium illius distimilitudinem superioris partis, orationis y obliquam

* Rectius sic. Cùm ille nihil aliud ageret cum illa cuncta, quæ tũ erat, nobilitate, nisi vt, qui rem &c.

z ἀντανάκλασις, distimilitudo, quæ ante petitalis erat extrema superiore pagina, nẽpe 104.

caret cùm videat scia, de ea, quod euenit, aut consenserit causam esse dicendam? O viros fortes, Equites Rom. qui hominis clarissimo, ac potentissimo M. Drusi Trib. ple. restiterunt, * cùm ille nihil aliud ageret, quàm vt illa cuncta, quæ tum erant nobilitatis: nisi vtique rem iudicassent, huiusce modi quæstionibus in iudicium vocarentur. tũc C. Flaminij Pusio. Cn. Tituinius, C. Mecœnas, illa robora pop. Rom. cæteraque huiusce modi ordinis non ferrent idem, quod nunc Cluentius, vt aliquid culpæ suscipere se putarent, recusandos? sed apertissimè repugnarunt, cum hoc recusarent, & palàm fortissimi, atque honestissimi dicerent, se permissi iudicio pop. Rom. amplissimis locum peruenire, si sua studia ad honores petendos conferre voluissent: sese vidisse, in ea vita qualis splendor esset, quanta ornamenta, qua dignitas: quæ se non cùm pudere, sed ordine suo, patrimoque suorum consecutos esse. & vitam illam tranquillã, & quietam, remotam à procellis iniudiarum, & inuidiæ, modi iudiciorum ansa factu sequi malisse: aut sibi quæ tũ erat, ad honores petendos ætatem integrã restitui oportere: aut, quoniam id nõ posset, eam conditionem vitæ, quam secuti petitionẽ reliquissent, manere. iniquum esse, eos qui honorum ornamenta propter periculorum multitudinem præmisissent, populi beneficiis esse priuatos, iudiciorum nouorum periculis non carere: z Senatorem hoc queri non posse, propterea, quòd ea conditione proposita petere cœpisset: quòdque permulta essent ornamenta, quibus eam mitigare molestiam posset, locus, auctoritas, domus splendor, apud exteras nationes nomen, & gratia, togæ prætextæ, sellæ curulis, insignia, fasces, exercitus, imperia, prouincia: quibus in rebus cùm summũ re-

Hè facti

hè factis maiores nostri præmium, tum pœnas peccatis periculaq; proposita esse voluerunt. Illi non hoc recusabant, ea ne lege accusarentur, qua nũc Habitus accusatur, quæ tunc erat 1 Sempronia, nunc est Cornelia: intelligebant enim ea lege æquestrem ordinem non teneri sed ne noua lege alligarentur, laborabant. Habitus ne hoc quidem vnquam recusauit, quò minus vel ea lege rationem vitæ suæ redderet, qua non teneretur. 1 quæ si vobis conditio placet, omnes id agamus, vt hæc quam primum in omnes ordines quæstio perferatur. 1 Interea quidem per deos immortales, quoniam omnia commoda nostra, tura, libertatem, salutem denique legibus obtinemus, à legibus non recedamus: simul & illud quam sit indignum cogitemus. * Pop. Rom. aliud nunc agere: vobis Reipu. & fortunas suas * commisisse, ipsum sine cura esse, non metuere, ne lege ea, quam nunquam ipse inferri, & quæstione, qua se solutum, liberumque esse arbitretur, per paucos Iudices adstringatur. Agit enim sic causam T. Actius, adolescens bonus, & diserus: omnes ciues legibus teneri omnibus vos attenditis, & audiis silẽtio, sicut facere debetis A. Cluentius Eques Rom. causam dicit ea lege, qua lege Senatores, & ij qui magistratum habuerunt. soli tenemur: mihi per eum recusare, & in arce legis præsidia cõstituere defensioni meæ non licet. si obtinuerit causam Cluentius, sicuti vestra æquitate vtri confidimus, innocens existimabitur id quod erit, obtinuisse propter innocentiam, quoniam vita defensa sit: in lege autem, quam attingere noluerit, præsidij nihil fuisse. 1 Hic nunc est quiddam, quod ad me pertineat, de quo antè dixi, quid ego Pop. Roman. præstare debeam, quicquid in mea vita statim est, vt omnis mihi cura,

1 Sempronia Gracchi, Cornelia Sullæ lex erat.

1 Concessio ironica qua significat legẽ illam in omnes ordines non esse admittendam.

1 Concluditur generalis sententiam, non esse recedendum à legib⁹. Argutè ex rebus paucis vetabis inuolutũ.

1 Locus hic labo obscurus est propter humilem & humilitudinis redditionẽ, & fuse exposita dignus est populo inscium & omni metu vacuo in grauissimum periculum fortunarum venire, de quo ne suspicetur quidem.

1 Redit ad suum officium in causis agendis & speciosè populum & magnum, ita geste defendi, Cluentium obliquè manifestè facio legis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cura, atque opera posita sit in omnium periculis defendendis video quanta, & quàm periculosa, & quàm infinita quæstio tenteur ab accusatoribus eùm eam legem, quæ in nullum ordinem scripta sit, in Pop. Rom. transferre conentur, qua in lege est, QVI COIERIT: quid quàm latè pateat, videtis. CONVENERIT. æque infinitum, & incertum est. CONSENSERIT. Hoc verò eùm incertum, & infinitum, tum obscurum, & occultùs est. FALSVMVE TESTIMONIVM DIXERIT. Quis de plebe Romana testimonium dixit unquam, cui hoc non periculum T. Attio autore paratum esse videatis? [1] nam dicturum quidem certè, si hoc iudicium plebi Romanæ propositum sit, neminem unquam esse confirmo: sed hoc polliceor omnibus si cui fortè hac lege negotium facessetur, qui legem non teneatur, si is vi me defensore voluerit, me eius causam legis præsidio defensurum, & vel his iudicibus, vel eorùm similibus facile probaturum, & omni me defensione usurum esse legis: qua nunc ut utar, ab eo cuius voluntati mihi obtemperandum est, non conceditur. Non enim debes dubitare Iudices, quin si qua ad vos causa huiusmodi delata sit eius, qui lege non teneatur, etiam si is inuidiosus, aut multis offensus esse videatur, etiam si eum oderitis, etiam si inuiti absoluturi sitis, tamen absoluatis & religioni potius vestræ, quam odio pareatis. [3] Est enim sapientis iudicis meminisse se hominem cogitare tantum sibi à Pop. Rom. esse permissum, quantum commissum, & creditum sit: & non solum sibi potestatem datam, verùm etiam fidem habitam esse meminisse: posse quem oderit, absolue re: quem non oderit, condemnare: & semper non quid ipse velit, sed quid lex, & religio cogat, cogitare

1 Ex repugnantibus effectis legis illius, si in omnes ordines scribatur, non esse admittendam in omnes iudicat.

2 Eandē sententiam generalem reperit per dissimilli iudicem.

3 Boni iudicis officium describit ex effectis & causis, & subiectis.

gitare: animaduertere qua lege res citetur, de quo reo cognoscat, qua res in quæstione versetur. Cum hæc sunt videnda, tum verò illud est hominis magni iudicis, atque sapientis, eùm illum iudicandi causa tabellam sumpserit, non se putare ei se solum: [1] neque sibi quodcunque concupierit, licere: sed habere in consilio legem, religionem, æquitatem, fidem: libidinem autem, odium, inuidiam, metum, cupiditatésque omnes amouere: maximique æstimare conscientiam mentis suæ, quam ab diis immortalibus accepimus, quæ à nobis discelli non potest: quæ si optimorum consiliorum, atque fidelissimum testis in omni vita nobis erit, sine vllo metu, & summa cum honestate vincemus. [2] Hæc si T. Attius aut cognouisset, aut cogitasset, profectò ne conatus quidem esset dicere id, quod multis verbis egit iudicem, quod ei videatur, statuere, & non deuinctum legibus esse oportere. quibus de rebus mihi pro Cluentij voluntate nimium, pro Reipublicæ dignitate parum, pro vestra prudentia, satis dixisse videor. [3] Reliqua perpauca sunt, quæ, quia ve strà quæstionis erant, idcirco illi statuerunt sibi fingenda esse, & proferenda: ne omnium turpissimi reperirentur, si in iudicium nihil, præter inuidiam, attulissent. [4] Atque ut existimetis necessariò me de his rebus, de quibus iam diximus, pluribus egisse verbis, attendite reliqua: profectò intelligetis, ea quæ paucis demonstrari potuerunt, breuissimè esse defensa. [5] Cn. Decio Samnitì, ei, qui proscriptus est, iniuriam in calumnitate eius ab huius familia factam esse dixistis: ab nullo ille liberalius quàm à Cluentio tractatus est. huius illum opes in rebus eius incommodis subleuarunt, atque hoc eùm ipse, tum amnes eius amici, necessarijque cogno-

1 Satis liberè iudicem monet pro potestate prætoria, sicuti proxima superiore vti negat odio esse parendum.

2 Contradictione elicit Attij rationis rationem simulque concludit primę quæstionis tractationē.

3 Transit ad iterandā quæstionem principum.

4 Attentionem excitat breuitatis futuræ denuntiatione, quæ illustrat collatione dissimilium causarum & effectorum.

5 Reliquam ad secundam quæstionē accedat, obiter adhuc aliquot crimina quasi quæ dam appendices secundæ quæstionis principijs. Primum crimen refellitur ex contrarijs ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ais minorum collatione?
1 Secundum crimen causæ cognitione purgatū esse dicitur. Arg. ex contrariis adiunctis.
2 Tertiū crimen leuissimum ex causa defenditur & adiuncta.
3 Quartum crimē cōtradictione solnitur dissimilibus illustrata.
4 Quintum de plagio excusatur ex causis nō sp̄tantis & effectis.
5 Sextum crimē eleuatur ex subiectis repugnantibus. Non esse calumniatori credendum nec aduersarij mercenario.
6 Septimum crimen ex adiunctis diluitur, addito etiam loco in persona actoris.

cognouerūt.[1] Ancarij, & Pacani pastoribus, huius vallicos vim & manus attulisse. Cum quacūq; in celebrasset (vsitatū est) controuersia pastorū esset orta, Habiti villicis rem damnū, & priuatam possessionē defenderunt. Cum esset exp̄ssulatus falsa causa illis demonstrata, sine iudicio, controuersiaque discessum est. [1] P. Aelij testamento propinquus exheredatus cum esset, hæres hic abemit institutus est. P. Aelius Habiti merito fecit: neque hic in testamento faciendo interfuit: idque testamentum ab huius inimico Oppianico est obsignatum.[2] Fluio legatum ex testamento inficiatum esse. Non est ita sed cum H-S. XXX. scripta essent, pro H-S CCC. neque ei satis cautum videretur, voluit eum aliquid acceptum referre liberalitati suæ primò debere negauit, post sine controuersia soluit. [3] Calij cuiusdam Samnitis vxorem post bellum ab hoc esse repetitam. Mulierem cum amisset de scitoribus, quo tempore eam primum liberam esse audiuit, sine iudicio reddidit Calio.[1] Ennium esse quendam, cuius bona teneat Habitus. Est hic Ennius egens quidam calumniator, mercenarius Oppianici, qui permultos annos quæsuit, deinde aliquando cum seruo Habiti furti egit nuper ab ipso Habito petere cœpit. hic illo priuato iudicio (mihi credite) nobis isdem fortasse patronis calumniam non effugiet. [4] Atque etiam, vt nobis renuntiatur, hominem malitiosum subpitum. A. Binnium quendam cepunem de via Latina, subornatis, qui sibi à Cluentio seruisque eius in taberna sua manus allatas esse dicāt. quo de homine, nihil etiam nunc dicere nobis est necesse: si inuitauerit, id quod solet, sic hominem accipiemus, vt maleste ferat, se de via deceptisse.

Ha

[1] Habetis Iudices, quæ in totam vitam de moribus A. Cluentij, quem illi inuidiosum reum voluerunt esse anni octo meditati accusatores collegerunt, quàm leuia, genere ipso quam falsa re! quam breuia responsa! Cognoscite nunc id quod ad vestrum iusiurandum pertinet, quod vestri iudicij est, quod vobis veteris impositi ex lege, quæ coacti hoc conuenistis de criminibus venenicis omnes intelligant, quàm paucis verbis hæc causa perorari potuerit, & quàm multa à me dicta sint, & quæ ad huius voluntatem maximè, ad vestrum iudicium minimè pertinerent. [2] Oluellium est C. Vibium Capacem ab hoc A. Cluentio veneno esse sublatum. Opportunè adest homo summa fide, & omni virtute præditus, L. Pleterius Senator, qui illius Capacis hospes fuit, & familiaris. Apud hunc ille Roma habitauit, apud hunc ægrotauit, huius domi est mortuus. haud hæres est Cluentius intestatum deo esse mortuum, possessionémque eius bonorum Prætoris edicto huic illius sororis filio adolescenti prudentissimo, & in primis honesto Equiti Romano datam. Numerio Cluentio, quem videtis.

[3] Alterum veneficij crimen, Oppianico huic adolescenti, cum eius in nuptiis more Larinatium multitudo hominum prandaret, venenum Habiti consilio paratum: id cum daretur in mulso, Balbutium quendam eius familiarem intercepisse, bibisse, statimque esse mortuum. Hæc ego sic agerem, tanquam mihi crimen esset diluendum, hac planibus verbis decerem, quæ nunc paucis percurrit oratio mea. [4] Quid vnquam Habitus in se admisit, vt hoc tantum ab eo facinus non abhorrere videatur? [5] quid autem magnopere Oppianicum metuebat? cum ille verbum omnino in hoc ipsa causa nullum fecere potuerit: huic autem

1 Conclusio additionum criminum. eū transitu ad alteram quæstionem primam.

2 Primū caput secundæ quæstionis refellitur testimonio.

1 Secundum caput secundæ quæstionis primariæ initio proponitur: ac paulo post refellitur variis argumentis.

4 Ex pari.
5 Ex remotione cauillorum impellit eum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

1 Ex remotione facultatum & causarum adiuuantium.

2 Ex contradictione.

3 Ex dissimilibus consiliis & adiunctis & testimonio.

4 Apostrophe ad reum.

5 Tertiũ exponit secundæ quæstionis & ex eaullis diluitur primo.

autem accusatores matre vinea deesse non possent? quod iam intelligetis: ut de causa eius periculi nihil decederet, ad causam nouum crimen accederet? quod autem[1] tempus veneni dandi, illa dies in illa frequentia? per quem porrò datum? vnde sumptum? quæ deinde interceptio poculi? cur non de integro autem datum? Multa sunt quæ dici possunt: sed non committam, vt videar non dicendo voluisse dicere. res enim iam se ipsa defendat.[2] Nego illum adolescentem, quem statim ex eo poculo mortuum esse dixistis, omnium illa die esse mortuum, magnum, & impudens mendacium. perspicite cetera.[3] dico illum, cùm ad illud prandium venisset, & vt ait ille fert, sibi tum non pepercisset, aliquot dies ægrotasse, & ita esse mortuum. Quis huic rei testis est? idem qui fuit huius pater, pater inquam illius adolescentis, quem propter animi dolorem pertenuis suspicio peruasisset ex illo loco testem in A. Cluentium conlituere, is hunc suo testimonio sublenat. quod recita.[4] tu autem nisi nullum est, paululum exurge, & perfer hunc dolorem commemorationis necessariæ: in qua ego diutius non morabor, quoniam quod fuit viri optimi, fecisti, vt ne cui innocenti maior tuus calamitatem, & falsum crimen afferret.[5] Vnum etiã mihi reliquum eiusmodi crimen est Iudices, ex quo illud perspicere possitis, quid à me inito orationis meæ dictum est: quidquid malis per hos annos A. Cluentius viderit, quicquid hoc tempore habeat solicitudinis ac negotij, id omne à matre esse conflatum. Oppianicum veneno necatum esse, quod ei datum sit in pane per M. Asillium quendam familiarem illius, idque Habiti consilio factum esse, dicitis. Inquo primum illud quæro, qua causa Habito fuerit, cur interficere Oppianicum vellet.

vellet.[1] Inimicitiæ enim inter ipsos fuisse constitetur: sed homines, inimicos suos morte affici volunt, vel quod metuunt, vel quod oderunt. Quis tandem igitur Habitus[2] motu adductus tantum in se facinus suscipere conatus est? quid erat, quod iam Oppianicum pœna afficiam pro maleficiis, eiectum è ciuitate quisquam timeret? quid metuebat vt oppugnaretur à perditis, an ne accusaretur à condemnato, an ne exulis testimonio læderetur? Sinautem,[3] quod oderat, Habitus ideirco illum vita frui nolait: adeóne erat stultus, vt illam, quam tum ille viuebat, vitam esse arbitraretur, damnati, exulis, deserti ab omnibus, quem propter animi importunitatem nemo recipere tecto,[4] nemo adire,[5] nemo alloqui, nemo respicere vellet? huius igitur vitã Habitus inuidebat? hunc si acerbè, & penitus oderat, non eam quàm dulcissimè viuere velle debebat? huic mortem maturabat inimicus. quod illi vnum in malis perfugium erat calamitatis? qui si quid animi ac virtutis habuisset (vt multi sæpe fortes viri in eiusmodi dolore mortem sibi ipse consciuerit) huic[6] quamobrem id vellet inimicus efferre, quod ipse sibi optare deberet?[7] Nam nunc quidem quid tandem illis malis mors attulisset? forte ineptis, ac fabulis ducimur, vt existimemus illam apud inferos impiorũ supplicia perferre, ac plures illic offendisse inimicos, quàm hic reliquisse: à seruis, ab vxorum, à fratris, à liberûm pœnis actum esse præcipitem in scelleratorum sedem, atque regionem quæ, si falsa sunt, id quod omnes intelligunt, quid ei tandem aliud mors eripuit, præter sensum doloris?[8] Age verò, venenum per quem datum per M. Asillium quid huic enim Habito? nihil atque adeò, quòd ille Oppianico familiarissimè est vsus potius etiam con-

1 Remouet causas per distributionem.

2 Prima pars distributionis ex reipugnantibus subiectis refellitur, & remotione facultatis.

3 Altera pars distributionis.

4 Synecdoche.

5 ἀνυφορά.

6 Ex aduersis inter se cõparatis.

7 Ex Epicureorum sententia refellit opinionẽ de inferis recepta. Fortasse autẽ ad Iudicẽ nonnullos loquebatur.

8 Ex remotione facultatis quæ cõfirmatur aduersis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

trà simultes. Eine igitur, quem sibi offensiorem Oppianico familiarissimum sciebat esse, potissimũ & suum scelus, & illius periculum committebat? cur deinde tu qui pietate ad accusandum excitatus es,[1] inune Asylium esse inulium tandiu sinis? cur non Habiti exemplo usus es, vt per illum, qui attulisset venenum, de hoc præmudicaretur: Iam verò illud quam non inusitatum Iudices, quam nouum,[2] in pane datam venenum? facilius ne potuit, quam in poculo? latentius potuit abditum aliqua in parte panis, quam si totum colliquefactũ in potione esset? celerius potuit comesum, quàm epotum in venas, atque in omnes partes corporis permanare? facilius fallere in pane, si esset animadversum, quo ius in poculo cùm ita confusum esset, vt secerni nullo modo posset? At repentina morte periit. quod si esset ita factum, tamen ea res propter multorum eius modi mortem, satis firmam veneni suspitionem non haberet: si esset suspitiosum, tamen ad alios potius, quam ad Habitũ pertineret.[3] Verùm in eo ipso immunes impudentissimè mentiũtur id vt intelligatis, & mortẽ eius, & quemadmodũ post mortem in Habitũ sit crimen à matre quæsitum, cognoscite. Cum vagus, & exul erraret, atque undiq; exclusus Oppianicus in Falernum se ad C. Sinistrum contulisset, ibi primùm in morbum incidit, ac satis vehementer, diuque exercuit. cùm esset vna Sassia, & Statia Albia quædam colona huius valetudine, quæ mul esse solebat, familiarius vereretur, quòd vir dissolutissimus incolumi fortuna pati posset, & in illud matrimoniũ castum, atque legitimum damnatione viri subiectum arbitraretur. Nicostratus quidam si belis Oppianici seruulus peruersus, & nequam medicus, multa diuque tentauit, vt Oppianicus

1 Ex remotione rei materiæ materiam remouet.

2 Ex repugnantibus sub iectis quæ etiam maiorũ euellatione.

3 Dilucide etiam contra dicitur primum, deinde etiam diffinitur huius causæ quæstio breui explicatur.

Nicut cum tam conualesceret, neq; in Falerno improbitate colani diutius ferre posset, & huc ad vrbem profectus esset (solebat enim extra portã aliquid habere conductũ) cecidisse ex equo dicitur, & hemo infirma valetudine latus offendisse vehementer, & postea quàm ad vrbem cum febri venerat, paucis diebus esse mortuus.[1] Mortis ratio Iudices eiusmodi est vt aut nihil habeat suspitionis, aut si quid habet, id intra parietes in domestico scelere versetur. Post mortem eius Sassia statim mulier nefaria mulier cœpit insidias filio[2] quæstionem habere de viri morte constituit: emit de A. Rupilio, quo erat vsus Oppianicus medico, Stratonem quendam, quasi vt idem faceret, quod Habitus in emendo Diogene fecerat. de hoc Stratone, & de assecla quodam serue suo quæsituram esse dixit. præterea seruum illum Nicostratum, quem nimium loquacem fuisse, ac nimium domina fidelem arbitrabatur, ob hoc adolescente Oppianico in quæstionem postulauit. Hic cum esset ille tempore puer, & illa quæstio de patris sui morte constitui dicretur: etsi illum seruum, & fidelem volam esse, & patri fuisse arbitrabatur, nihil tamen est ausus recusare. Aduocantur amici, & hospites Oppianici, & ipsius mulieris multi homines honesti, atque omnibus rebus ornati: tormentis omnibus vehementissimis quæritur. Cum essent animi seruorum, & spe, & metu tentati, vt aliquid in quæstione dicerent, tamen (vt arbitror) autoritate aduocatorum, & vi tormentorum ad duabium veritate manserunt, neque si quicquam fuisse dixerunt, Quæstio illa diu de anicorum sententia dimissa est. Satis longo intervallo post iterũ aduocantur, habetur de integro quæstio, nulla vis tormentorum acerrimorum prætermittitur: aduer-

1 Narrationis conclusio.

2 Noua narratio est satis lõga qua exponit rationem consilii in Cluentium criminis de veneno quod ipse Oppianico dedisse dicerentur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sari aduocati & iam vix ferre posse furere crudelitatem, atq; importunam mulierem sibi nequaquam, vt speraſſet, ea quæ cogitaſſet, procedere. Cum iam tortores, atq; eſſent [1] tormenta ipſa defeſſa, neque tamẽ illa finem facere vellet: quidã ex aduocatis, homo & honoribus populi ornatus, & ſumma virtute præditus intelligere ſe dixit, nã id agi, vt verum inueniretur, ſed vt aliquid falſi dicere cogeretur. [2] Hoc poſtquam cæteri cõprobarunt, ex omniũ ſententia conſtitutũ eſt ſatis videri eſſe quæſitũ. Reddidit Oppianico Nicoſtratus, Larinum ipſa profiſciſcitur cum ſuis, mœrent, quod iam certè incolumẽ filium fore putabant ad quẽ non modò verũ crimen, ſed ne falſa quidẽ ſuſpitio perueniret, & cui non modò aperta inimicorũ oppugnatio, ſed ne occulta quidẽ matrũ inſidiæ nocere potuiſſent. Larinum poſtquam venit, quæ à Stratone illo venenum antea viro ſuo datum ſibi perſuaſum eſſe ſimulaſſet, [3] enſenitam ei continuò, & ornatam Larini medicinæ exercendæ cauſſa tabernam dedit. vnum, alterũ, tertium annum Saſſia quieſcebat, vt velle, atque optare aliquid calamitatis filia potiùs, quam id ſtruere, & moliri videretur. Tum interim Hortẽſio, Metello COSS, vt hunc Oppianicum aliud agentẽ, ac nihil eiuſmodi cogitantẽ ad hanc accuſationẽ detraheret, inuito deſpondit ei filiã ſuam illã, quam, ex genero ſuſceperat, vt eum nuptiis alligatũ ſimul, & teſtamẽti ſpe deuinctum poſſit habere in poteſtate. [4] Hoc ipſo fere tẽpore Strato ille medicus domi ſuæ furtũ fecit, & cadẽ eiuſmodi. Cum eſſet in ædibus armarium, in quo ſciret eſſe numorũ aliquantũ, & auri, noctu duos conſeruos dormientes occidit, in piſcinamq; dejecit, ipſe armarij fundum execuit, & ſẽlleticarum, & auri quinque pondo abſtulit, vnde ex ſeruis pueris

[1] Hyperbole.

[2] Teſtimonio aduocatorũ primam quæſtionem nihil contra Cluentium valuiſſe confirmat.

[3] Offendit alia via Stratonem à Saſſia tentatũ fuiſſe, vt ab eo id elicerentur beneficentia quã tormenta extorquere nõ potuerant.

[4] Secũda quæſtionis materiam vel potius ſubiectũ aliud oſtẽdit fuiſſe id non de veneno, ſed de furto poſtea eſſe quæſitũ. Id autem ea pertinet, vt doceat Cicero ſecundam quæſtionem non nihil cõtra Cluentiũ valere. Argũtũ eſt ex diſſimilibus ſubiectis.

non grandi conſcio, furto poſtridie cognito, omnis ſuſpicio in eos ſeruos qui non comparebant, commenebatur. Cum excelſa illa fundi in armario animaduerteretur, quærebant homines quonam modo fieri potuiſſet: quidam ex amicis Saſſia recordatus eſt, ſe nuper in auſtione quadam vidiſſe in rebus minutis aduncam ex eburi parte * dentium, & tortuoſam venire ſeruulam, quæ illud potuiſſe ita circũſecari videretur. ne multa, perquiritur à ea floribus, inuenitur ea ſeruula ad Stratonem peruenſſe. hoc initio ſuſpicionis orto, & aperte inſimulato Stratone, puer ille conſcius pertimuit: rem omnem domino indicauit: homines in piſcina inuenti ſunt: Strato in vincula conijcitur eſt: atque etiam in taberna eius nummi, nequaquam omnes, reperiuntur. cum inſtituitur quæſtio de furto. [5] nam quid quiſquam ſuſpicari aliud poteſt? an hoc dicitis? armario expilato, pecunia ablata, non omni recuperata, occiſis hominibus, inſtitutam eſſe quæſtionem de morte Oppianici? cui probatis? quid eſt quod minus veriſimile proferre potuiſtis? Deinde, vt omittam cætera, triennio poſt mortem Oppianici de eius morte quærebatur, atque etiam incenſa adhuc priſtine, Nicoſtratum eundem illum tum ſine cauſſa in quæſtionem poſtulauit. Oppianicus primò recenſauit: poſtea quam illa abdulteram ſe filiam, mutaturam eſſe teſtamentum minaretur, muliebri crudeliſſima ſeruum fideliſſimũ, non in quæſtionem tulit, ſed planè ad ſupplicium dedit. Poſt triennium igitur agitata denique quæſtio de viri morte habebatur: & de quibus ſeruis habebatur? [6] noua, credo, res obtulit, noui quidam homines in ſuſpicionẽ vocati ſunt. de Stratone, & de Nicoſtrato, quid? Roma quæſitum de iſtis hominibus nõ erat? itane tandem? mulier

* dentatam

[5] Accõmodat prudentẽ narrationem ad cauſſam.

[6] iniuria.

Universidad de Deusto
Biblioteca

iam non morbo, sed scelere furiosa. cùm quæstionem habuisset Roma, cum de T. Annij, L. Ratilij, P. Saturij, & cæterorum honestissimorum virorum sententia constitutum esset satis quæsitum videri eadem de re vellet post iisdem de hominibus, nullo adhibito, non dicam vero, ne columnam forte abfuisse diceret, sed bono viro, in filij caput quæstionem habere conata est. An hoc dicitis? nihil enim venit in mentem, quid dici possit, tametsi adhuc non esset dictum: cùm haberetur de furto quæsitum, Stratonem aliquid de veneno esse confessum. hoc uno modo iudex sæpe multorum improbitate depressa veritas emersit, & innocentia defensio intercluſa respiravit. quid aut ij qui ad fraudem callidi sunt, non tantum audent, quantum excogitant? aut illi quorum eminet audacia atque protecta est, à consilijs malitiæ deseruntur. quid si aut confident astutia, aut callida esset audacia, vix ille obsisti modo posset. Verum furtũ fictum non esset? nihil clarius. Larissi fuit. an ad Stratonem suspicio non pertinuit? at is & ex fermula insimulatus, & à puero conscio est indicatus an id actum non est in quærendo? quæ fuit alia igitur causa quærendi? an id quod dicendum vobis est, & quod tũ Sassia dictitabat, cùm de furto quæreretur, tum Stratonem in tormentis dixit de veneno? hoc illud est, quod antè dixi, mulier abundat audacia, consilio & ratione deficitur. nam tabellæ quæstionis plures proferuntur, quæ recitatæ, vobisque editæ sunt, ille ipse, quas tum obsignatas esse dixit? in quibus tabellis de furto litera nulla inuenitur. non venit in mentem primam orationem Stratonis conscribere de furto, post aliquid adiungere dictum de veneno, quod nõ percontatione quæsitum, sed dolore expressum videretur. quæ-

1 Obiter perstringit quodam loco Sassiæ libidinẽ.

2 Ironicos ut verbum alij quantum immutatis.

3 Ex instrumentis propriis & testimonio.

4 Dilnit Stratonis confessionem tormẽtis expressam ex dissimilibus subiectis.

ſtio de furto est, veneni iam saltem sine superiore quæstione sublata: quod ipsum hoc eadem mulier iudicarat quæ Romæ de amicorũ sententia statuerat satis esse quæsitũ. postea per triennium maximè ex omnibus seruis Stratonem illum dilexerat, in honore habuerat, commodis omnibus affecerat. 1 Cùm igitur de furto quæreretur, & de furto, quod ille sine controuersia fecerat: tum ille de eo, quod quærebatur, verbũ nullum fecit, de veneno statim dixit: de furto, si non eo loco quo debuit, at in extrema quidem, aut media, aut in aliqua denique parte quæstionis, verbum fecit vllum. Iam videtis illam nefariam mulierem iudices eadem mente, qua, si detur potestas, interficere filium cupiat, hãc fictam quæstionem conscripsisse. atq; istam ipsam quæstionem, dicite, quis obsignauit? 2 unum aliquẽ nominate. neminem reperietis, nisi forte eumodi heminẽ, quem ego proferri malim, quam neminem nominari. Quid ais T. Attî? in periculum capitis, tu indicium sceleris, tu fortunas alterius literis conscriptas in iudicio offeras: neq; earum autorẽ literarum, neq; obsignatorẽ, neq; testẽ vllum nominabis? & quã tu pestem innocentissimo filio ex matris sinu deprompseris, hãc his tales viri comprobabunt? Etenim tabellis nihil est autoritatis: quidi ipsa quæstio iudicibus, quid? amicis, hospitibusque Oppianici, quos adhibuerat ante, quidi huic tandem ipsi tempori, cui nõ reseruata est? 4 quid ais hominibus fictum est Stratone, & Nicostrato quæro abs te Oppianice, seruis tuis Nicostrato quid factum esse dicas? quem tu, cùm hunc breui tempore accusaturus esses, Romam deducere, dare testatum iudicandi, in columen dare, seruare quæstioni, seruare his iudicibus, seruare huic tempori debuisti? Nam Stratonem quidem iudices in

1 Ex repugnãtijs figuratè conficiam illam cõfessionem tum fuisse ipsi qui torqueretur furiis nihil ex de re respondere, de veneno autẽ de quo nihil quæreba, respondere.

2 Ex remotione testimonij quæstionis autoritatem eleuat.

3 Concessio cum quadam præteritione.

4 Remouet fazultatem ãnis adipiscendi ex remotione destinatorũ. Significat enim Oppianicũ existimasse nihil sibi quæstionem illam de Stratone habitam penitutaram, cãllisi Romam secũ non adduxerit.

5 Ex destinatis finem repugnantem colligit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

crucem allum esse exeita scitote linguæ quod nemo est Larinatiũ qui nesciat, timuit mulier amẽs non suam conscientiam, non idium municipũ, non famam omnium: sed quasi non omnes eius sceleris testes essent futuri, sic metuit ne condẽnaretur extrema seruuli voce morientis. Quod hoc portentũ diij immortales! quod tantum monstrum in vllis locis! quod tam infixum scelus & immane, aut vnda natum esse dicamus? Iam enim videtis profectò iudices, non sine necessarijs me ac maximis causis principio orationis meæ de matre dixisse: nihil est enim mali, nihil sceleris, quod illa non ab initio filio volaterit, optauerit, cogitauerit, effecerit. [2] mitto illam primam libidinis miuriam: mitto nefarias generi nuptias: mitto cupiditate matris expulsam ex matrimonio filiam, quæ nondum ad huiusce vitæ periculum, sed ad cõmune familiæ dedecus pertinebat: nihil de alteris Oppianici nuptiis queror: quarum illa cum obsides filias ab eo mortuo accepisset, tum denique in familiæ luctum, atq; in primogenitum filium nupsit, præterea quàm Asrilio Melinum, cuius illa quondã secruì, paulò antè vxor fuisset, cum Oppianici esse opera proscriptum, necisque cognouisset, eam sibi donum, sedémque coniugij delegit, in qua quotidie superioris viri mortis indicia, & spolia fortunarũ videret. [3] Illud primum queror, de illo scelere, quod nunc denique patefactum est Fabriciani veneni, quod iam tum recens suspitiosum cæteris, huic incredibile, nunc verò apertum iam omnibus, ac manifestum videtur. Non est profectò de illo veneno celata mater, nihil est ab Oppianico sine cõsilio mulieris cogitatũ. [4] quod nisi esset, certè postea deprehensare non illa vt ab improbo viro discessisset: sed vt à crudelissimo hoste fugisset, damnumque illam

1 tradutionẽ scelerũ Sassiæ & periculorũ ab illa conflatorum Cluentio tendẽ accõmodat ad generalẽ sententiam concludendam.

2 Iterat summam præcipua illius inductionis capita per dissimilitudinem exornatã apophasi rhetorica sæpius multiplicata.

3 Reddicio dissimilitudinis, in qua potissimũ cõmemorat ea quæ à Sassia ad filij perniciem cõparata fuerint

4 Exemutatione effectorũ repugnantes causas elicit. Syllog. vtcũnex. 2. modi. Complexio primus est. Propositio secunda. Assũptio tertia.

illam in perpetuum scelerum amnis affluentem reliquisset: non modò id non fecit, sed ab illo tempore nullum locum prætermisit in quo non insisteret, insidias aliquas, ac dies omnes ac noctes tota mente mater de pernicie filij cogitaret. qua primùm, vt illum confirmaret Oppianicum accusatorem filio suo, domi muliebribus, collocatione filia, spe hæreditatis obstrinxit. Itaque apud cæteros nouis inter propinquos susceptis inimicitiis sæpe fieri diuortia, atque affinitatũ dissidia vidimus: hæc mulier satis firmum accusatorem filio suo fore neminem putauit, nisi qui in matrimonium sororem eius antè duxisset. [1] cæteri nouis affinitatibus adducti, veteres inimicitias sæpe deponunt: illa sibi ad confirmandas inimicitias, affinitatis commũnionem pignori fore putauit. Neq; in eo sibi diligens fuit, vt accusatorem filio suo compararet, sed etiã cogitauit, quibus eum rebus armaret. hinc enim illæ sollicitationes seruorum & minis, & promissis: [2] hinc illa infinita, crudelissimaq; de morte Oppianici quæstiones, quibus finem aliquando non muliebris modus, sed amicorum auctoritas fecit. ab eodẽ scelere illa triennio post habitæ Larini quæstiones: eiusdẽ amentia falsa conscriptiones quæstionum: ex eodem furore etiam illa conscelerata exectio linguarum: deniq; huius ab illa est & inuenta, & adornata comparatio criminis. Atq; his rebus cum instructum accusatorem filio suo Romam ipsa misisset, paulisper conquirendarum, & conuincendorum testium causa Larini est commorata: postea autẽ cum appropinquare huius iudicium eis nuntiatũ est, cõfestim huc aduolauit: ne aut accusatoribus diligẽtia, aut pecunia testibus deesset: aut ne fortè mater hoc sibi optatissimũ spectaculũ huius sordium, atq; luctus, et tanti squaloris amittheret.

1 Dissimilitudine exaggerat scelus Sassiæ matris Cluentij.

2 Ex effectis seorsum ex positis causis aperit, infinitum nefas matris odio in Cluentium.

* Hypotypo sis, qua lubricit oculis subiit crudelitatis in Cluentium filiū.

terret.[3] Iam verò quod iter Romam eius mulieris fuisse existimatis? quod ego propter vicinitatē Aquinatium & Venafranorū ex multis audiui & comperi: quos cū versus in his oppidis quæstus & videram, & mulierū gemitus esse fletus? mulierem quandam Larinā, atq; illam vsq; à mari supero Romā proficisci, cū magno comitatu, & pecunia, quò facilius eius filium posset nemo erat illorū penè dicam, quin expiandam illam luē esse arbitraretur, qua cum illa iter fecisset: nam quin terrā ipsam visulari, quæ mater esset omnium, vestigijs conscelerata matris putaret. Itaq; nulle in oppido consistendi potestas ei fuit: nemo eam tot hospitibus inuentus est, qui non cōtagionē aspectus fugeret. multa se potius, ac soliturum, quā illi aut urbi, aut hospitio committebat. Nunc verò quid agat, quid moliatur, quid deniq; quæ dicat cogitet, quē ignorare nostrum putat? quos appellarit, quibus pecuniā promiserit, quorū fidem pretio labefactare conata sit, tenemur. quin etiam nocturna sacrificia, quæ putat occultiora esse, sceleratasq; eius preces, & nefaria vota cognouimus: quibus illa etiam deos immortales de suo scelere testatur: neque intelligit pietate, & religione, & nullis precibus deorū mentes, non contaminata superstitione, neq; ad scelus perficiendum cæsis hostijs posse placari. cuius ego furorem, atq; crudelitatem deos immortales à fuis aris, atq; templis aspernatos esse confido. [4] Vos iudices, quos huic A. Cluentio quondam alias dest ad omne vitæ tempus fortuna esse voluit, huius importunitatem matris à filij capite depellite. multi sæpe in iudicando peccata liberūm, parentum misericordia concesserunt: vos ne huius honestissimā ullam vitam matris crudelitati condonetis,

* Erdbaternorū, à Erabateria oppido

2 Peroratio apertissimè hoc loco incipit cum deprecatione quadā ad misericordiam excitandam.

rogamus: præsertim cū ex altera parte iutum municipium videre possitis. [1] Omnes scitote Iudices (incredibile dictu est, sed à me verissimè dicitur) omnes Larinates, qui valuerunt, venisse Romā, vt hunc studio, frequentiaq; sua quantū possent, in tanto eius periculo sublenarent. pueris illud hoc tempore, & mulieribus oppidū scitote esse traditum, idq; in præsentia, in communi Italiæ pace domestici capiti esse tutum. quos tamen ipsos aquè, & eos, qui præsentes videtis, huius expectatio in dies, nullaq; solicitat. non illi vos de vnius municipis fortunis arbitrantur, sed de totius municipij statu, dignitate, commodisq; omnibus sententiam esse laturos. summa est enim Iudices hominis in communem municipij rē diligentia, in singulos municipes benignitas, in omnes homines iustitia, & fides: præterea nobilitatem illam inter suos, locumq; à maioribus traditum sic tuetur, vt maiorum grauitatem, constantiam, gratiam, liberalitatem assequatur. Itaq; ij cum verbis publicè laudant, vt non solum testimonium suū, iudicium q; significent, verūm etiam curam animi, ac dolorē, quæ dum laudatio recitatur, vos quæso qui eam deiudicatis assurgite. Ex lachrymis horum Iudices existimare potestis, omnes hac Decuriones decreuisse lacrymantes. [2] Age verò vicinorū quam tum studium, quam incredibilis benevolentia, quanta cura est non illi in bellis laudationum decreta miserunt, sed homines honestissimos, qui nostrum omnes hue frequentes adesse, & hūc præsentes laudare voluerunt. [3] Adsunt Ferentani homines nobilissimi, Marrucini item: [4] pari dignitate Teanes Appuli, atq; Luceria equites Romani honestissimi homines laudatores videtis. [5] Bouiano, totoq; ex Samnio cū laudationes honestissimæ missa sunt,

tum

1 Cōmendat Cluentij causam singulari omnium Larinatium studio in Cluentiū. Est autem inductio ingeniosa eorum quibus Cluentij salus maxime erat curæ esset.

2 Secunda pars inductionis.

3 Tertia.

4 Quarta.

5 Quinta.

* Sexta. *res pecuniarias

*diligi, omnino legendum est.

2 Septima.

3 Octava.

4 Nona.

5 Decima & postrema pars.

*Legendum est. Et ne lẽgũ sit &c.

6 Inductionis conclusio generatim comprehensa.

7 Redit ad cõcitatam iudicũ invidiã in Falsiam vt inde Cluentio misericordia quæratur. Id autem sub lectione rhetorica & polyptoto exornatur.

tum homines amplissimi, nobilissimiq; venerunt.* iam qui in agro Larinati prædia, qui negotia, qui *res pecuniarias habent honestis hominem. & summo splendore prædui difficile dictu est, quã sint soluti, quam laboremus: ma multis mihi ab uno se *deligi videntur, vt hic ab his vniuersis.[2] Quare non æquum est ab huius iudicio L. Volusiũ summo splendore hominem, ac virtute præditũ, vellem[3] præsentem possem P. Helusidiũ Rufum Equitem Romanum ornatissimum nominare: qui cum huius causa dies noctesque vigilaret, & cũ me hanc causam docerent, in morbum grauem, periculosumq; incidit: in quo tamen non minus de capite huius, quam de sua vita laborabat, Cn.[4] Iudicii Senatoris viri optimi, & honestissimi par studium & testimonio, & laudatione cognouistis.[5] eadem, spe sed maiore verecũdia de te P. Volumni, quoniam iudex es in A. Cluentiũ, dicimus.* [6] & longũ sit, omnium vicinorum summã esse in hunc beneuolentiam confirmamus. Horum omnium studium, curam, diligentiam, meumq; vnà laborem, qui totam hanc causam vetere iniuriæ solus peruerani, vestræque simul Iudices æquitatem, & mansuetudinem, vna mater oppugnat:[7] at qua mater? quam cæcam crudelitate, & scelere ferri videtis: cuius cupiditatem nulla vnquã turpitudo retardauit: qua vitiis animi in deterrimas partes iura hominum conuertit omnia: cuius ea stultitia est, vt eam nemo hominem: ea vis, vt nemo fœminam. ea crudelitas, vt nemo matrem appellare possit. atque etiã nomina necessitudinum, nõ solũ naturæ nomen, & iura mutauit, vxor generi, nouerca filiæ, Sylla Pelleæ? iam denig; adducta est, vt sibi præter formã, nihil ad similitudinẽ hominis reseruarit. Quare Iudices si scelus odistis, prohibete a-

ditum matris à filij sanguine: date parenti hunc incredibilem dolorẽ ex salute, ex victoria.[1] liberũ patiamini matrẽ, ne orbata filio lætetur, vultum petius vestra æquitate discedere.[2] Sin autem, id quod vestra natura postulat, puderem, bonitatem, virtutem, diligitis: leuate hunc aliquando supplicem vestrũ Iudices tot annos in falsa inuidia, periculiq; versatũ: qui nunc primum post illam flammam aliorum fictã, & cupiditate excitatã, spe vestra æquitatis erigere animum, & paulum respirare à metu cepit: cui posita sunt in vobis omnia: quem seruatũ esse plurimi cupiunt. seruare soli vos potestis. Orat vos Habitus Iudices, & flens obsecrat, ne se inuidiæ, qua in iudiciis valere non debet, ne se matri, cuius vota, & præces à vestris mentibus repudiare debetis, ne Oppianico homini nefario condẽnato iam & mortuo condanetis. Quod si qua calamitas hunc in hoc iudicio effluxerit innocentem: *ne ille miser Iudices, si, id quod difficile fallu est, in vita remanebit. sæpe, & multum queretur deprehensum esse illud quondam Fabricianum venenum. quod si tum iudicatum non esset, non huic arũoſissimo venenũ illud fuisset. sed multorum medicamentis laboriosè postremò etiam fortasse mater exequias illius funeris prosecuta mortẽ sẽ filij lugere simulasset: nunc verò quid erit *perfectum, nisi vt huius ex medijs mortis insidijs vita ad luctum reseruata, mors sepulchro patris priuata esse videatur? Satis diu fuit in miseris Iudices: satis multos annos ex inuidea laborauit. nemo huic tam iniquus præter parentem fuit, cuius animum non tam expletum esse putemus, vos, qui aqui estis omnibus, qui, vt quisque crudelissimè oppugnatur eum lenissimè fabluatis, conseruate A. Cluentium, restituite incolumem municipio, amic-

1 Hoc loco liberi numero multitudinis pro vno filio ponuntur.

2 Hoc loco Iudices ad misericordiã intelligere maximè cogitur.

*Legẽdum est, ne

*profectum

Universidad de Deusto
Biblioteca

amicis, vicinis, hospitibus, quorum studia videtis, reddite vobis in perpetuum, libertique vestris obstringite vestrum est hoc iudices, vestræ dignitatis, vestra clementia vestræ hoc repetitur à vobis,[1] ut verum optimum, atque innocentissimum, plurimisq; mortalibus charum atq; iucundissimum, his aliquando calamitatibus liberetis: ut omnes intelligant, in concionibus esse inuidiæ locum, in iudicijs veritati.

1 Epilogus est peroratio nis.

DE LEGE AGRARIA CONTRA P. SERVILIVM RVLLVM TRIB. PL. IN SENATV.

ORATIO XV.

Desunt permulta.

[2] Quæ res apertè petebatur, ea nunc occultè cuniculis oppugnatur. dicent enim Decemviri id quod & dicitur à multis, & sæpe dictum est post eosdem Consules, Regni Alexandrini testamento, regnū illud pop. Ro. esse factū.[3] dabitis igitur Alexandriam clàm petentibus ijs quibus apertissimè pugnantibus restitistis? hac per deos immortales, virū esse vobis consilia eorū, an vinalèrorū somnia? & utrum cogitata sapientiū: an optata furiosorum videntur? [4] Videte nūc proximo capite, ut impurus hellus turbet Reipub. vt à maioribus nostris possessiones relictas disperdat, & dissipet: ut si nō minus in pop. Ro. patrimonio nepos, quàm in suo. [5] proscribit in sua lege vectigalia, quæ Decemuiri vendant, nec ist. proscribit auctionem publicorum bonorum, agros emi vult, qui dividātur: quærit pecuniam videlicet excogitabit aliquid atq; afferet. quam superioribus capitibus dignitas Re. R. violabatur: nunc Imperij in communi adiū orbis terræ vocabatur: urbes paratæ, agri fecundi, regū fluctus Decemuiris donabātur: nūc præsens certa pecunia numerata quæritur. Expecto quid Trib. plebi vigilans, et acutus excogitet. Venerat in quit. Sylua Scantia: utrū tandē hā sylua in relictis possessionibus, an in Censorū pascuis inuenitur? si quid est, quod indagaris, inueneris, ex tenebris eruueris, quanquā iniquū est, tamen cōsume sanè, quoniam commodum est, nunciā quidē in actu dixi.[1] sylua verò in Scantiam vendas, nobis Consulibus, atque hoc Senatu in vllum vectigal attingas? tu po. Ro. subsidia belli, tu ornamēta pacis eripiasti? tum verò hoc me interiorem Consulem in lucabo, quàm illos fortissimos viros, qui apud maiores nostros fuerūt: quòd quæ vectigalia illis Consulibus po. Ro. parta sunt, ea me Consule ne retineri quidē potuisse indicabuntur.[2] Vendit Italia possessiones ex ordine omnes sanè est in eo diligens: nullam enim prætermittit persequitur in tabulis Censorijs totam Siciliam: nullum ædificium, nullos agros relinquit.[3] audistis auctionem pop. Ro. proscriptā à Tribuno plebi, constitutam in menses Ianuarij: & credo, nō dubitatis, quin idcirco hæc æraria causa non vendiderint ij, qui armis, & virtute pepererunt, vt esset quod nos largitionis causa vēderemus. Videte nūc, quòd fecerit iter apertius, quā antea. nam superiore parte legis quemadmodū Pompeium oppugnarēt, à me indicati sunt: nūc iam se ipsi indicabunt. Iubet venire agros Attalenses, atque Olympenorū: bona pop. Rom. Seruilij fortissimi viri victoria adiunxit: deinde agros in Macedonia regios, qui partim T. Flaminij, partim L. Pauli, qui Persen vicit virtute partos sunt: deinde agrum optimum, & fructuosissimum Corinthium,[4] qui

2 Allegoria est, ab obsidione verbū, quæ vel aperta vi petuntur, vel cuniculis oppugnantur.

3 Conclusio proximæ reprehensionis quæ dissimilium collatione augetur: vbi notabes infigne orbis cōciuitatem.

4 Attēdo est ad proximū locū ex Rullo sūmptū & adhibitū.

1 Proponit summam rationem quorundam capitum de venditione vectigalium & emptione ouorum agrorum in Italia. Rullus quæ vt hic impudenter rebus fieri dicit.

1 Pro cōplexione hæc indignatio ponit ex partibus ante dictis & genere rei, generisque ad inuidiā.

2 Proponit summarum rationem Italiæ & Siciliæ vectigalia proscribi & ipsa vēdi. Rullum laudat.

3 Commoratur in proscriptionis indignitate: argumentum est ex fine quod ipse vēdēs tractatur. Maiores videlicet ista cōseruarēt, vt nos profunderemus.

4 Vide historiā in Floro de bello Achaico li. 2. cap. 16. eadem fruitis Thebæ & Calchis dirutæ sunt.

1 Transit ad Pompeianũ vectigal, unde concludit dignitatẽ Pompeij violari.

2 Deinceps amplificatur indignitas huius auctionis ex circunstantia loci, qui certus nõ definitur. Cõparatio duplex est, prima minorum ex.

3 Hinc collatio maiorum est cum minoribus non extra. Nã à minoribus[a] ad maiora per negationem nõ arguẽtamur.

4 Secunda cõparatio vt prædigi nepotes, sic Decemviri in occulto vendunt, simillimo est.

5 Redditio est similitudinis.

6 Continuat amplificatio propositæ indignitatis ex adiunctis.

7 Cõparatio minorum ad probationem propositorũ maiorum.

L. Mummij imperio ac felicitate ad vectigalia Pop. Ro. adiunctus est: post autem agros in Hispania apud Carthaginem nouã, duorum Scipionum eximia virtute possessos: tum ipsam veterẽ Carthaginem vendunt, quam P. Africanus nudatam te ctis ac mœnibus, siue ad restandam Carthaginiensium calamitatem, siue ad tollificandã nostram victoriam, siue ad oblatam aliquam religionẽ, ad aternam hominum memoriã consecrauit.[1] His in signibus, atque insulis imperij venditis, quibus ornatã nobis maiores vestri Rempub. tradiderunt, inbent eos agros venire, quos Rex Mithridates in Paphlagonia, Pãto, Cappadociaq; possiderit: num obscurè videtur propè hasta præconis insectari Cn. Pompeij exercitum, qui venire iubeant eos ipsos agros, in quibus ille etiã nunc bellum gerat, atq; versetur?[2] Hoc verò cuiusmodi est, quod eius auctionis quã constituunt, locũ sibi nullũ desiniunt? nam Decemuiris, quibus in locis ipsis videtur, vendendi potestas lege permittitur.[3] Censoribus vectigalia locare, nisi in compitis populi Romani, non licet: hoc vendere vel in vltimis terris licebit?[4] At hoc etiã nequissimi homines consumptis patrimonijs faciunt, vt in atriis auctionariis potius, quàm in triuiis, aut in compitis auctionentur.[5] hic permittit sua lege Decemuiris, vt in quibus commodum sit tenebris, vt in qua velint solitudine, bona pop. Ro possint diuendere.[6] Iam illa omnibus in prouincijs, regnis, liberis populis quàm acerba, quàm formidolosa, quàm quæstuosa concursatio Decemviralis fictura sit, non videtis?[7] hæreditatum obeundarum causa, quibus vos legationes dedistis, qui & priuatis & priuatum ad negotium exierunt, nè maximis opibus, neq; summa auctoritate præditi, tamen auditis profillo quã gra-

uei eorum adsentus sociis vestris esse soleant.[1] quamobrem quid putatis impendere hac lege omnibus gentibus terreis & mali, cùm mittantur in orbem terrarum decemuiri summo cum imperio, summa cum asperitate, insolentia, omnium rerum cupiditate? querũ cum adsentus graues, cùm fusci formidolosi, tum verò iudicium. ac potestas erit nũ ferenda. licebit enim, quod videbitur, publicum iudicare: quod iudicarint, vendere. etiam illud, quod homines sanctè non faciunt, vt pecuniam acciẽt, ne vendant tamen id ijs ipsum per legem licebit. hinc vos quas desolationes, quas pactiones, quã denique in omnibus locis[b] nundinationem iuris, ac fortunarum fore putatis? Etenim quod superiore parte legis grauissimum fuit. Sylla & Pompeis Cãsulibus, ad rursus liberum, infinitumque fœnus habet eisdem Decemuiros omnibus agris publicis perpetuo vectigal imponere, vt iidem possint & liberare agros, quos commodum sit, & quos ipsis libeat publicare.[2] quo in iudicio perspici non potest. verum seueritas acerbior, an benignitas quæstuosior sit futura.[4] Sunt tamen in tota lege exceptiones duæ non tam iniquæ, quàm suspiciosæ excepti in vectigali imponendo agrũ Recentoricum Sictliensium: in vendendis agris eos agros, de quibus cautum sit sadere. hi sunt in Africa, qui ab Hyempsale possidentur. Hic quæro si Hyempsali satis est cautum sadere, & Recentoricus ager priuatus est, quid attinuerit excipi? sin & sadius illud habet aliquam dubitationem & ager Recentoricus dicitur nunquam esse publicus. quem putet existimaturum duas causas in orbe terrarum reperias, quibus gratis parceret? Nec quisnam tam obtrusus usquam nunus videtur, quẽ non architecti ingenium legis[5] elsecerint? preuini-

[a] Redditio maiorũ, quę deinceps explicatur enumeratione impendentũ malorum, & hac efficientia facultate.

[b] Metaphora vsitatissima in Ciceronę, pro manifesta venditione.

[1] Concludit indignitatẽ propositorũ malorum.

[2] In superiore capite exceptiones duæ reprehẽduntur, vt inanes aut quæ fluxæ ullam ex causis exceptionem reprehẽsio concludat.

[5] Metaphora

Universidad de Deusto
Biblioteca

cias, ciuitates liberat, socios, amicos, reges denique exhaurient: adiuuent manus vectigalibus Pop. Rom. nam est satis.[2] audite vos, qui amplissimi populi, Senatusq; iudicio exercitus habuistis, & bella gessistis. quod ad quemque peruenit, peruerterit ex præda, ex manubiis, ex auro coronario, quod neque consumptum in monimento, neque in ærarium relatum sit, id ad Decemuiros referri iubet. hoc capite multa sperant: in omnes Imperatores, haredésque eorum, quæstionē suo iudicio comparāt: sed maximam pecuniam se à Fausto ablaturos arbitrantur. quā ausam fuscipere iurati iudices nolucrunt, hāc illi Decemuiros fuscipere. ideirco à iudicibus fortasse prætermissum esse arbitrātur, quòd ipsis reseruata. Deinde etiam in reliquum tempus diligentissimè sancit, vt quod quisq; Imperator habeat pecunia, protinus ad Decemuiros deferat. hic tamen excipit Pompeium simillimè, vt mihi videtur, atque in illa lege, qua peregrini Roma eiciuntur, Glaucippus excipitur. non enim hic exceptione vllus efficitur beneficio. sed vnus priuatur iniuria.[3] Sed cui manubias remittit, huius vectigalia inuadit, iubet enim pecuniā, siqua posse nos Consules ex vnuis vectigalibus recipiatur, hac vti Decemuiros. quasi verò nō intelligamus, hoc esse vectigalia, quæ Cn. Pompeius adiunxerit, vendere cogitare.[4] Videtis iam P. Canusinos vehementer, & modis conturbatam, & cauerunt am pecuniā Decemuiralem. Metuetur huius pecunia inuidia. cōsumetur enim in agrorum emptionibus, optimè. Quis ergo emet agros ipsis? idem Decemuiri: tu Rulle (missas enim facio cæteros) emes, quos volet vendes, quos voles vtrūque horum facies, quantos voles. cauet enim vir optimus, ne emat ab inuito. quasi verò nō intelligamus, ab inuito emere.

1 Apostrophe ad imperatores quibus periculum hic creatur.

2 Correctio quædam est, quòd non plene Pompeius excipiatur: quia manubiæ tantum remittuntur. vectigalia cū inducuntur. Sylli. conclusio est. si quæ vectigalia post consulatum Cic. porta sunt, decretalis traduntur. Pompeiana eiusmodi sunt. Traduntur igitur Decemuiris.

3 Habemus de venditione rerū, sequitur emptio reprehensa ex persona ad inuectiua. quod Rullus sit hic lubricè versaturus.

4 Dilemmate reprehenditur proxima Rulli cautio.

iniuriosum esse ab non inuito, quæsiuosum. Quantum tibi agri vendet, vt alios omittam, socer tuus? & si ego eius æquitatem animi probè noui, vendet non inuitus: facient idem cæteri libenter, vt possessionis inuidiosæ pecunia commutent: accipiunt quod cupiunt: dant, quod retinere vix possunt. Nāc prospicite omnium rerū infinitā, atque intolerandam licentiā. pecunia coacta est ad agros emēdos: ij porrò ab inuitis non emuntur, si consenserint possessores non vendere. quid futurū est? referetur pecunia? nam licet? exigetur? vetat.[1] verum esse nihil est, quod non emi possit, si tantum des, quantum velit venditor. spatiemur vrbem terrarum, vendamus vectigalia, effundamus ararium, vt locupletior aut inuidia, aut pestilentia possessiones, agri tamen emantur. Quid? tum qua erit in istos agros deductio? qua totius rei ratio, atque descriptio? Deducentur, inquit, colonia quò quorū hominum? in quæ loca? quis enim non videt in coloniis esse hæc omnia considerāda? tibi nos Rulle, & istis tuis harum omniū rerum machinatoribus, totam Italiam inermem traditures existimasti, quā præsidiis confirmaretis, coloniis occuparetis, omnibus vinclis deuinctā, & constrictam teneretis?[2] vbi enim caueatur, ne in Ianiculo colonias cōstituatis? ne vrbem hanc vrbe alia premere, atque vrgere possitis? nō faciemus, inquit, primùm nescio, deinde timeo: postremò non committam, vt vestro beneficio petiti, quàm nostro consilio salui esse possimus.[3] Quòd verò totam Italiam vestris colonis complere voluistis, id cuiusmodi esset, neminēne nostrum intellexisse existimatis? scriptū est enim, qua in municipia, quæque in colonias Decemuiri velint, deducant colonos, quos velint: & in agros assignent, quibus in locis velint: vt cum totam

1 Tractio est ad postremū legis caput de colonarū deductione, vbi superiora inuidiosè cōcedūtur, & deductionis qualitas disquiritur.

2 Vrget acriter propositā Regni suspitionem, & vitalissimo exercet.

3 Repetit illum tyrannicū hominem legis Agrariæ, & eidem eius facultates ex lege ipsa declarat.

Italiam maioribus suis occuparint, vobis nō modo dignitatis retinendæ, sed ne libertatis quidem recuperandæ spes relinquatur.[1] Atq; hæc à me suspicionibus, & coniecturis coarguuntur. Iam enim omnium tollitur error: iam aperte ostendent, si nemini homini Reipublicæ sedem vrbis atq; imperij, denique hoc templum Iouis optimi maximi, atque hanc arcem omnium gentium dissignare. Capuam deduci colonos volunt: illam vrbem huic vrbi rursus opponere. Illuc opes suas deferre, & imperij nomen transferre cupiunt qui locum propter vbertatem agrorum, abundantiamque rerū omnium, superbiam & crudelitatem genuisse dicitur: ibi nostri coloni delecti ad omne facinus à Decemuiris collocabuntur.[2] & credo, qua in vrbe homines in vetere dignitate, fortunaque nati, copiam rerum moderati forte non fuerunt, in ea illis vestri satellites modestiā insolentiam suam continebunt.[3] Maiores nostri, Capuæ magistratus, Senatū, consilium commune, omnia denique insignia Reipub. sustulerunt, neque aliud, quicquid nisi inane nomen Capuæ reliquerunt: non crudelitate: quid enim illis fuit clementius, qui etiam externis hostibus vitæ suæ saepissime reddiderunt? sed consilio quòd videbant, si quod Respub vestigium illis manibus contineretur, vrbem ipsam imperio despicilem fore posse.[4] Vos hæc, nisi euertere Rempub. cupiretis, ac vobis nouam dominationem comparare, credo, quam perniciosa essent, non videretis?[5] quid enim cauendum est in colonis deductis? si luxuries Annibalem ipsum Capuæ corrupit? si superba nata tribi esse ex Campanorum fastidio videtur? si præsidium non præponitur huic vrbi illa colonia, sed opponitur?[6] At quemadmodum armamur, di immortales! in bella Punica quicquid

1 Trifidia ad attentionem ex disparatis ne superuacua argumenta à quam ex minoris conſequatur.

2 Comparatio maiorum cū.

3 Alia eiusdē rei probatio ex autoritate Senatus, qui deliberādi Campanis hæc cēsuit, ne se dex nocere poterit.

4 Complexio enthymematis contraria senatus exemplo.

5 Commouetur in propositis circumstantiis, addito Annibalis vulneris exemplo.

6 Alia eiusdē materiæ ex oppidis adiunctis, quæ postea tam domina tionis augeant.

potuit Capua, potuit ipsa per sese. nunc omnes vrbes, quæ circum Capuā sunt, à colonis per eosdem Decemuiros occupabuntur. hanc enim ob causam permittit ipsa lex, in omnia, quæ velint, oppida coloros vt Decemuiri deducant, quos velint. Atque his colonis agrum Campanū, & Stellatē campum diuidi iubet. Non quæror diminutionem vectigalium, non flagitium inane iacturæ, atque damna prætermitto illa quæ nemo est quin grauissimè, & verissimè conqueri possit, nos caput patrimonij publici, pulcherrimam pop. Rom. possessionem, subsidium annonæ, horreum belli, sub signa claustra, Reip. positum vectigali, seruare non potuisse: eum denique nos agrum P. Rullo concessisse, qui ager ipse per sese & Syllana dominatione, & Gracchorum largitione relictus esset:[1] non dico. Solū hoc in Repu. vectigal esse, quod amissis aliis remaneat, tutemissis non conquiescat, in pace niteat, in bello non obsolescat, militem sustentet, hostem nō pertimescat: prætermitto omnem hanc orationem, & concioni reseruo: de periculo salutis, ac libertatis loquor. Quid enim existimatis integrum vobis in Repub. fore, aut in vestra libertate, ac dignitate retinendum, cū Rullus, atque is, quos multo magis, quam Rullum timetis, cum omni gentium atque improborum manu, cū omnibus copiis, cum omni argento, & auro, Capuam, & vrbes circa Capuā occuparint?[2] His ego rebus P.C. resistam vehementer atque acriter: neque patiar homines ea me Consule exprimere, quæ contra Rempub. cogitarint.[3] Erraßis Rulle vehementer & tu, & nonnulli collegæ tui, qui speratis vos contra Consulē veritate, non vltentatione populari, posse in euertenda Repub. populares existimari, Liceßo vos, in concionem voco. popu. Roma disce-

1 Amplificatur sub eadē figura eadem prouisis aliis additis.

2 Peroratio deinceps tota fere ad agrarios pertinendū. Loco itaque explicationis (Quare lex agraria ferenda non esse quitur ad gratiam bonorū, terrorem malorum, egregia bonū Consulis dignitatis.

3 Apostrophe est, qua dissuadet non agrariosse de populariē esse. Ar. est ex quadi popularis definitione. Popularis est qui parē populari vult. Tribuni nō tuentur: Cicero tuetur: non igitur Tribuni populares, sed Cicero.

ptatore uti vola. Etenim, ut circumspiciamus omnia, quæ populo grata, atque iucunda sunt, nihil tam populare, quàm pacem, quàm concordiam quàm otium reperiemus. Solectam mihi ciuitatem suspicione, suspensam metu, perturbatam bellis ciuilibus, & contentionibus, & seditionibus tradidistis? Spem improbis offendistis timorem bonis iniecistis? sedem de foro, dignitatem de Rep. sustulistis. Hoc motu, atque hac perturbatione animorum, atque rerum cum pop. Rom. ortus, & auctoritas Consulis repentè in tantis tenebris illuxerit: cùm ostenderem nihil esse metuendum, nullum exercitū, nullam manum, nullas colonias, nullam vendicationem vectigalium, nullum imperium nouum, nullum regnum Decemuirale, nullam alteram Romam, neque aliam sedem imperij nobis Consulibus futuram, summamque tranquillitatem pacis atque otij: [1] verendum, credo nobis erit, ne vestra ista præclara lex Agraria magis popularis esse videatur? cùm verò scelera consiliorum vestrorum, fraudémque legis, & insidias, quas ipsi pop. Rom. à populatibus Tribunis pl. fiant, ostendero, pertimescā, credo, ne mihi non liceat contra vos in cuiusne consistere? præsertim cùm mihi deliberatum, & constitutum sit, ita gerere Consulatum, quo uno modo geri grauiter, & liberè potest: ut neque pronunciam, neque hominem, neque ornamentum aliquod, aut commodum, neque rem vllā, quæ à Tribuno plebis impediri possit, appetiturus sim. Dicit frequentissimo Senatu Consul. Calen. Ianuarij, sese si statim hic Rep. maneat, neque aliud negotij extiterit, quod honestè subterfugere non possit, in prouinciam non iturum: sic me in hoc magistratu geram Pro Rom. ut possim Tribunum pl. Reip. iratum coercere, mihi iratum contemnere. [2] Quamobrem

1 Complexio sententiæ de Tribunis, quod populares non sint.

2 Apostrophe est ad reliquos Trib. pleb. collegas Rulli.

rem per deos immortales colligite vos Tribuni plebis: deserite eos, à quibus nisi prosperitis, breui tempore deserēmini: conspirate nobiscum: consentite cum bonis: communem Rempu. communi studio, atque amore defendite. multa sunt occulta Reipub. vulnera multa nefariorum ciuium perniciosa consilia: nullum externum periculum est, non Rex, non gens vlla, non natio pertimescenda est, inclusum malum, intestinum, ac domesticū est. huic pro se quisque nostrū mederi, atq; hoc omnes sanare velle debemus. Erratis, si Senatum probare ea, quæ dicuntur à me putatis, populum autem esse in alia voluntate. omnes, qui se incolumes volent, sequentur auctoritatem Consulis saluti à cupiditatibus, liberi à delictis, cauti in periculis, non timidi in contentionibus. Quòd si quis vestrum sibi ducitur, se posse turbulenta ratione honori [1] velificari suo: primùm me Consule id sperare desistat: deinde habet me ipsum sibi documento, quæ equestri ordini loco Consulem videt, qua vita via facilimè viros bonos ad honorem, dignitatémque perducat. [2] Quòd si vos vestrum mihi studium P. C. ad communem dignitatem defendendam præstitemini, perficiā profectò id quod maximè Reipubl. desiderat, vt huius ordinis auctoritas, quæ apud maiores nostros fuit, eadem nunc longo interuallo Reipublicæ restituta esse videatur.

1 Allegoria est à remoto nauigantibus.

2 Concludit orationem in obtestatione paterni & præstantis dilectionis sui.

DE LEGE AGRARIA CONTRA P. SERVILIVM RVLLVM TRIB. PL. AD POPVLVM.

ORATIO XVI.

1 Nil agitur in tio de lege agraria, sed occasionis populatis metu longa tckitur inhumatio in hunc ter è syllegismum generis argumento colligi. Magistratû per vos à populi gratias vobis agâ? Ego magistratum, nec Cônsulatum, per vos adeptus sum. Propterea vobis gratias ago.

2 Prolepsis. 3 Prolepsis seu solutio. 4 Assumptio sententia ad gratiã huius missiõe ampliãda ex adiũctis: quòd homo nouus sine vlla populi voce factus sit Consul. Primum dissimilitudinibus ornatur, quòd nobilibus tamen id Cõsulatus daretur.

ESTˢ hoc in more positum Quirites, institutoque maiorum, vt ii, qui beneficia vestro imagines familiæ suæ consecuti sunt, eam primam habeant rationem, qua gratium beneficij vestri cũ eorum laude coniungant. qua in oratione nonnulli aliquando digni maiorum loco reperiuntur: plerique autem hoc perficiunt, vt tantum maioribus eorum debitum esse videatur, vnde etiã quod posteris solueretur, redundaret. Mihi quidem apud vos de meis maioribus dicendi facultas non datur: non quòd non tales fuerint, quales nec illorum sanguine creator, disciplinisque institutus videris: sed quòd laude populari, atq; honoris vestri luce caruerunt. ³De me autem ipse verear ne arrogantis sit apud vos dicere: ingrati, tacere, nam & quibus studijs hanc dignitatem consecutus sim, memetipsum commemorare, per quam graue est: & silere de tãtis vestris beneficijs nullo modo possum. ⁴ Quare adhibebitur à me certa ratio, moderatioq; dicendi, vt quid à vobis acceperim commemorem: quare dignus vestro summo honore, singularique iudicio sim, ipse modicè dicam, si necesse erit: vos eosdem exitus maturos putem, qui iudicauistis. ⁴ Me perlonga internallo propè memoriæ, temporumque nostrorum primum hominem nouum Cons

Consulem fecistis: & eum locum, quem nobilitas præsidijs firmatum, atque omni ratione munitum tenebat, me duce reseidistis, virtutique in posterum patere voluistis, neque me tantummodo Consulem, quod est ipsum per sese amplissimum, sed ita fecistis, quemadmodu pauci nobiles in hac ciuitate Consules facti sunt, nouus ante me nemo. ²Nam profectò si recordari volueritis de nouis hominibus, reperietis eos, qui sine repulsa Consules facti sunt, diuturno labore, atque aliqua occasione esse fultos, cum multis annis post petissent, quàm Tratores fierent, alij quando serius, quàm per ætatem, ac per leges liceret: qui autem anno suo petierint, sine repulsa non esse fultos: me esse vnum ex omnibus nouis hominibus, de quibus memoriæ proditum sit, qui consulatum petierim, cum primum licitum sit: Consul factus sim, cum primum petierim: ³ vt vester honos ad mei temporis diem petitus, non ad alienæ petitionis occasionem interceptus, nec diuturnis precibus efflagitatus, sed dignitate impetratus esse videatur. ⁴Est illud amplissimum, quòd paulo antè commorani Quirites, quòd hoc honore ex nouis hominibus primum me, multis post habitis, affecistis, quòd prima petitione, quòd anno meo: sed tamen magnificentius, atque ornatius esse illo nihil potest, quòd mihi comitiis non tabellam indicem tacitæ libertatis, sed vocem vnam præbuistis iudicem vestrarum erga me voluntatum, ac studiorum fuistis. ⁴ itaque me non extrema tribus suffragiorum, sed primi illi vestri concursus: neque singulares voces præconum, sed vna voce vniuersus populus Romanus Consulem declarauit. Hoc ego tam insigne, tam singulare vestrum beneficium Quirites cum ad animi mei

1 Ratio proximæ collationis ex exemplis. Cæteri diu post annũ legitimũ, ego legitimo anno factus sum.

2 Illustratio proximæ rationis ex dissimilibus in orbe concinnitatis inclusis.

3 Trãsitio ad tertium locũ laudis, quòd vna populi voce renũciatus sit Cõsul, quod longè magnificentius erat quã tabella. Collatio antecedentium quasi minuti præponitur.

4 Exornatio eiusdem laudis ex alia eiusmodi collatione.

finitum, atque lætitiam duco esse permagnam, tum ad curam, solicitudinémque multò maiùs versantur enim Quirites in animo mea multa, & graues cogitationes, quæ mihi nullam partem neque diurnæ, neque nocturnæ quietis impertiunt: primùm tuendæ Consulatus: quæ cum omnibus sit difficilis, & magna ratio, tum verò mihi præter cæteros, cui errato nulla venia, rectè factæ exiguæ laus, & ab inuitis expressa proponitur, non dubitanti fidele consilium, non laboranti certum subsidium nobilitatis ostenditur. [1] Quòd si solus in discrimen aliquod adducerer, ferrem Quirites animo æquiore: sed mihi videntur certi homines, si qua in re me non modò consilio, verùm etiam casu lapsum esse arbitrabuntur, vos vniuersos, qui me antetuleritis nobilitati, vituperaturi. mihi autè Quirites omnia potius perpetienda esse duco, quàm non ita gerendum Consulatum, vt in omnibus meis actis, atque consilijs, vestrum de me factum, consilíumque laudetur. [2] Accedit etiam ille mihi summus labor, ac difficillima ratio Consulatus gerendi, quod non eadem, quæ superioribus Consulibus, lege & conditione vtendum esse decreui: qui aditum huius loci, cunctis nunquam vestrum partim magnopere fugerunt, partim non vehementer secuti sunt. ego autem non solum hoc in loco dicam, vbi est id dictu facillimum: Sed in ipso Senatu, in quo esse locus huic voci non videbatur, popularem me futurum esse Consulem, prima mea illa oratione Calend. Ianuarij dixi. [3] neque enim vllo modo facere possum, vt, cum me intelligam non hominum potentium studio non excellentibus gratijs pancrum, sed vniuersi populi Romani iudicio Consulem ita factum, vt nobilissimis hominibus longe præponerer:

1 Secunda solicitudinis ratio ex offensa populi reprehensione si solus reprehenderer, sed &c. At vos in eandē reprehensionem incurritis. Quare nullo modo ferendum.

2 Tertia difficultatis ratio sed ex adiunctis, quòd Cicero sit popularis, quæ dissimilibus augetur.

3 Probatur popularitas ex contuga. tis. populus me Consulē fecit ergo popularis ero. Dissimile præponitur.

ver: non & in hoc magistratu, & in omni vita esse popularis. Sed mihi ad huiusce verbi vim, & interpretationem vehementer opus est vestra sapientia. versatur enim magnus error propter insidiosas nonnullorum similationes: qui cum populi non salum commoda, verum etiam salutem oppugnant, & impediunt, oratione assequi volunt, vt populares esse videantur. [1] Ego qualem Calend. Ianuarij acceperim Reipu. Quirites intellexi, plenam salutis, plenā timoris, in qua nihil erat malè audiendi, quod non boni metuerent, improbi expectarent. omnia turbulenta consilia contra hunc Reipu. statum, & contra vestrum otium partim inijri, partim nobis Consulibus designatis inita esse dicebantur. sublata erat de foro fides, non ita aliquo nouæ calamitatis, sed suspicione, ac perturbationis iudiciorum, infirmatione rerum iudicatarum: nouæ dominationes, extraordinaria non imperia, sed regna quæri putabantur. [2] Quæ cum ego non solum suspicarer, sed planè cernerem: neque enim obscurè gerebantur: dixi in Senatu, in hoc magistratu me popularem Consulem futurum. [3] Quid enim est tam populare, quàm pax? quæ non modò quibus natura sensum dedit, sed etiam tecta, atque agri mihi lætari videntur. Quid tam populare, quàm libertas? quam nè solum ab hominibus, verū etiam à bestijs expeti, atque omnibus rebus antepoui videris. [4] Quid tam populare, quā otium? quod ita iucundum est, vt & vos & maiores vestri, & fortissimus quisque vir, maximos labores suscipiendos putet, vt aliquando in otio possit esse. præsertim in imperio, ac dignitate: qui idcirco etiam maximis nostris præcipuam laudem gratiámque debemus, quod eorum labore est factum, vt impunè in otio esse

1 Colligit ex variis solicitudinis incommodis Reip. perturbationem, cuius inuidiam in agrarios derimat.

2 Concludit ex enumeratis malis popularitatem suā, cuius antecā similē rectificationem posuit.

3 Tertia popularitatis ratio ex quadā verbi definitione.

4 Tertia pars propositionis exornata facta, quorū finis est otiū.

1 Complexio syllogismi cū assumptione. Quare Cicero popularis est, cum hæc omnia pace, libertatem, in suo Consulatu tuetur.

2 Vis quædā est assumptionis & complexionis obscurius indicata, ne populus offenderetur.

3 Peculiaris est ad gratiā populi, vbi legem agrariā ex Gracchis eius auctoribus commendat, quos etiam laudat ex adiunctis & factis & se longè superiorū Cōsulum dissimilē fingit.

4 Hactenus exordiū fuit insinuationis. Ingressio ad impetrādam populi huius dissassionis in sensū gratiā. Narratio sequitur vitiis & iecturis aspersa, quòd agraria hac lege mali aliquid moliantur.

possemus. 1 Quare qui possum non esse popularis? cum videam hæc omnia Quirites, pacem externā, libertatem propriam generis, ac nominis vestri, vitium domesticum, denique omnia, quæ vobis chara atque ampla sunt, in fidem, & quodam modo in patrocinium mei consulatus esse collata? Neq; enim Quirites illud vobis iucundum, aut popularē debet videri, largitio aliqua promulgata, quæ verbis assentari potest, re vera fieri, nisi exhausto ærario nullo pacto potest. neque vero illa popularia sunt existimanda, iudiciorum perturbationes, rerum iudicatarum infirmationes, restitutio damnatorum, qui ciuitatum afflictarum perditis tam rebus extremi exitiorum solent esse exitus. 2 neque si qui agros Popu. Roman. pollicentur, si aliud quiddam obscure moliuntur, aliud spe ac specie simulationis ostentant, populares existimandi sunt. 3 Nam verē dicam Quirites, genus ipsum legis Agrariæ vituperare non possum. venit enim mihi in mentem, duos clarissimos, ingeniosissimos, amantissimos plebis Romanæ viros, Tyberium & C. Gracchos, plebem in agris publicis constituisse, qui agri à priuatis antea possidebantur non sum autem ego ut Consul, qui, vt plerique, nisi fas esse arbitrer, Gracchos laudare: quorum consilia, sapientia, legibus, multas esse video Reip. partes constitutas. 4 itaque, vt initio mihi designato Consuli nuntiabatur, legem Agrariam Tribunos plebis designatos conscribere, cupiebam quid cogitarent, cognoscere. ciebam arbitrabar, quoniam eodem anno gerendæ nobis essent magistratus, esse aliquam opportunitatem inter nos bene administrandæ Reip. societatem. Cum familiariter me in eorum sermonem insinuarem, ac darem, celabar, excludebar: & cum offenderem, si lex vtilis plebi Romanæ mihi videre

videretur, autorem me atque adiutorem futurum tamen aspernabantur hanc liberalitatem meam: negabant me adduci posse, vt vllam largitionē probarem, finem feci offerendi mei, ne forte mea solutetur, aut insidiosa, aut impudens videretur. Interea non desistebant clām inter se consentire, priuatas quasdam adhibere, ad suos coetus occultas nactē adnugere, & solitudinem quibus rebus, quantam in me fuerimus, ex vestra solicitudine, in qua illis temporibus fuistis, facilē assequi coniectura potuistis. Lucent tandem magistratus Tribuni plebis, cuncto tandem expellata P. Rulli, quæ & princeps erat agraria legis, & truculentius se gerebat quam cæteri. iam designatus alio vultu, alio oris habitu, alio incessu esse meditabatur, vestitu obsoleto uti, corpore inculto, & horrido, capillatior quā ante, barba, quæ maiore, vt aiunt, ex oculis, & aspectu denuntiare omnibus vim Tribunitiā, & minitari Reip. videretur, legem hominis, concionemq; expectabam. Lex nullo modo proponitur: concionem in primis adeundi studiosissima cum expectatione concurritur, explicat orationem suā longam, & verbis valde bonis. unum erat, quod mihi vitiosum videbatur, quod tanta ex frequentia inuenire nemo potuit, qui intelligere posset, quid diceret. hæc ille vtrum insidiarum causa fecerit, an hoc genere eloquentiæ delectetur, nescio. tamen si qui acutiores in concione stetērant, de lege Agraria nescio quid vaticinari cum dicere suspicabantur. aliquando tandem me designatus lex in publicum proponitur: concurrunt inde meo plures uno tempore librarij: describam legem ad me afferunt. omni hoc vobis ratione cōfirmare possum Quirites, hoc animo me ad legendam legem, cognoscendamq; venisse, vt si ea vobis accommodata, atq; vtilem esse intelligerem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

6 Prolepsis parvula ad illam ἀναίρεσιν propositionis ex adiunctis, quibus Consules & Trib. naturali quodam odio dissideant, propter ea Cic. Cos. Tribuno Rullo non posse assentiri: qđ consequutis approbatur.

2 Solutio prolepseos ex dissimili causa dissensionis.

3 Conclusio prolepseos & testificatio iterum repetitur.

* Atqui

4 Assumptio. Agraria lex non est vobis vtilis, quia spectat ad Tyrannidem. Finis legis est. Superiora omnia ad declarandum huius enūciationis offensionem & inuidiam præcesserūt.

5 Amplificatio assumptionis ex variis dissimilibus.

6 Cōplexionalis locus. Quamuis eius atque adiutor essem, non enim natura neque dissidio, neq; odio penitus insito bellum nescio quod habet susceptum Consulatus cum Tribunatu, quia persæpe seditiosis, atq; impiis Tribunis plebis boni & fortes Consules obstiterunt, & quia vis Tribunitia, nonnunquam libidini restitit Consulari, non potestatum dissimilitudo, sed animorum dissunctio dissensionem facit. Itaq; hoc animo legem sanxi in manus vt eam cuperem esse aptam vestris commodis, & eiusmodi, quam Consul re, non oratione popularis & benefica, & libenter posset defendere. * Atque ego à primo capite legis, vsq; ad extremū reperio Quirites, nihil aliud cogitatum, nihil aliud susceptum, nihil aliud actum, nisi vt decem Reges agrarij, vectigalium prouentuum omnium, totius Reipublicæ, regnorum liberorum populorum, orbis denique terrarum, dominī constituerentur legis Agrariæ simulatione, atque nomine. sic confirmo Quirites hac lege Agraria pulchra, atque populari, dari vobis nihil, condonari certis hominibus omnia, vectigalia Pop. Rom. agros, eripi etiam libertatem, priuatorum pecunias augeri, publicas exhauriri denique, quod est indignissimum, per Tribunū pleb. quem maiores præsidem libertatis, custodemq; esse voluerunt, Reges inuitare constitui. 6 Quæ cum exposuero, si falsa vobis videbuntur esse, sequar auctoritatem vestram, mutabo meam sententiam: sin insidiæ fieri libertati vestræ, simulatione largitionis intelligetis, nolitote dubitare plurimo sudore, & sanguine maiorum vestrorum partam, nobisque traditam libertatem, nullo vestro labore Consulis adiutore defendere. Primum caput est legis Agrariæ: quo, vt illi putant, tentamini leuiter, quo animo libertatis vestræ diminutionem ferre possi-

positis, subet enim, Tribunum pleb. qui eam legem tulerit, creare Decemuiros per tribus septem dect. vt quam nouem tribus fecerint, is Decemuir sit. 1 Hic quæro, quam ob causam initum rerum, ac lectum suarum hanc dixerit, vt populus Romanus suffragia priuaretur? toties legibus Agrariis cum ratum constituti sunt, Triumuiri, Quinquennii, Decemuiri: quæro à populari Tribuno pleb. eo quando nisi per XXXV. tribus creati sint? etenim cum omnes potestates, imperia, curationes, ab vniuerso Popu. Roman. profisci consuerint, tum ea præcipuè maximè, quæ constituuntur ad populi fructum alicuius & commodum. 2 in quo & vniuersi deligant, quem Pop. Rom. maximè consultarum putent, & vnusquisque studio, & suffragio suo viam sibi ad beneficium impetrandum munire possit. hoc Tribuno pleb. potissimum venit in mentem, Pop. Roman. vniuersum priuare suffragio, paucas tribus non certa conditione iuris, sed sortis beneficio fortuito, ad vsurpandam libertatē vocare. Item inquit, eodémque modo capite altero, vt comitiis Pontifex Maximus. Ne hoc quidem vidit, maiores nostros tam fuisse populares, vt quod per populum creari fas non erat propter veligionem sacrorum, in ea tamen propter amplitudinem sacerdotij voluerint populo supplicare. 4 atq; hoc idem de cæteris sacerdotijs Cn. Domitius Tribunus pleb. vir clarissimus tulit: quòd populus per religionem sacerdotes mandare non poterat, vt minor pars populi vocaretur: ab ea parte qui esset factus, is à collegis cooptaretur. 5 Videte quid interfit inter Cn. Domitium Tribun. pleb. hominem nobilissimum, & P. Rullum, qui tentauit, vt opinor, patientiam vestram, cum se nobilem esse diceret, Domitius, quod per cæremonias populi

re agrariā legē nō probau) hæc per mutatiōn per dilemma conditionis æquissimæ ponitur.

1 Veget hāc suffragationis priuationem dissimilibus exēplis superiorū temporum.

2 Argumentatur à genere.

3 Ratio propositionis ex fine, vt populus sibi promereat & gratiā inducat.

4 Confirmatur expositæ causa Domitii legis auctoritate.

5 Ostenditur iam collatis partibus differētia & dissimilitudo propositi exēpli, atque interim magna inuidia Rullo comparat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

populi fieri non poterat, ratione effectus est, vt id quod à populo posset, quoad fieri esset, quod à liceret, populi ad partes daret: [1] hic, quod populi proprium semper fuit, quod nemo imminuit, nemo immutauit, quia ij, qui populo agros essent assignaturi, antè acciperent à populo beneficium, quam darent: id totum eripere vobis, atque è manibus extorquere conatus est. Ille, quod dari populo nullo modo poterat, tamen quadammodo dedit: hic, quod adimi nullo pacto poterat potestate, quadam ratione eripere conatur. [2] Quæret quispiam in tanta iniuria, tantaq; impudentia quid spectarit? non de fuit consilium: fides erga plebem Romanam, æquitas in vos, libertatemque vestram vehementer defuit. habet enim comitia Decemuiris habere eraendis eum, qui legem tulerit. [3] hoc dicam planius. habet Rullus, [4] homo non cupidus, neque appetens habere comitia Rullum, nondum reprehendo: video fecisse aliud aliud, quod nemo fecit, de minore parte populi, qua pertinet videte, habebit comitia: volet eos denuntiare, quibus regia potestas hac lege quæritur. vniuerso populo neque ipse committet, neque illi horum consiliorum autores committent, vt se tantæ posse sortiatur tribus idem Rullus homo felix reducet, quas volet, tribus: quos nemem tribus decemuiros fecerint. ab eodem Rullo reuulsa omnium rerum (vt iam est audiam) dominos habebimus atque ij, vt grati, ac memores beneficij esse videantur, aliquid se nomen tribuum nobis imponibus debere confitebuntur: reliquis verò sex & X X. tribubus nihil erit, quod non putent posse sua iure denegare. [5] Quis tandem igitur Decemuiros creari, vult? se primum, qui intelligeas enim sunt veteres, atque ea Consulares, si quid interesse hoc arbitraminí, sed Tribunitia, vobis, maiestatiq; ve stræ

1 Ante pudosin dissimulationes.

2 Prolepsis ad delegendas primi capitis indicias.

3 Definitio ni Rulli nomen velari clarior superiore demutia fabricii, quæ tamen est enthymematis cõplexio. Qui tulerit legem, comitia habebit. Ergo Rullus habebit, is enim tulit.

4 Expeditio.

5 Expobra sũma fraudis, reprehendit Rullus, quòd scripsit Decemuirum factum fit. & legum autoritas opponitur.

stris vehementer grata, atque iucunda. Licinia est lex, atque altera Ebutia: quæ non modo eum, qui tulerit de aliqua curatione, ac potestate, sed etiã collegas eius, cognatos, affines excipit, ne eis ea potestas curatiõve mandetur. [1] etenim, si populo consulis: remouere te à suspicione alicuius tui commodi: fac fidem, te nihil, nisi populi utilitatem & fructũ quærere: fine ad alios potestatem, ad te gratiam beneficij tui peruenire. [2] nam hoc quidem vix est liberi populi, vix vestrorum animorum, ac magni facentis. [3] Quis legem tulit? Rullus quis maiorem partem populi suffragiis priuauit? Rullus quis comitiis præfuit? Rullus, qui tribus, quas voluit, vocauit, nullo custode sortitus? quis Decemuiros, quos voluit, renuntiauit? idem Rullus. quem principẽ renuntiauit? Rullum. vix mehercule seruis hoc eũ suis, non vobis omnium gentium dominis probaturum arbitrarer. [4] Optimæ leges igitur hac lege sine vlla exceptione tollentur: idem legis sibi fœdæ lege curationem petet: idem maiore parte populi suffragiis spoliata, comitia habebit: quos volet, atque in his se ipsum renuntiabit: & videlicet Collegas suos ad scriptores legis Agrariæ, nõ repudiabit, à quibus ei locus primus inuidia in præscriptione legis concessus est: cæteri fructus omnium rerum, qui in ipe legis huius positi sunt, communi cautione, atque æqua sibi parte retinentur. [5] At videte hominis diligentiam, si aut Rullum cogitasse, aut si Rullo potuisse in mentem venire arbitramini. viderunt ij, qui hac machinabantur, si vobis ex omni populo deligendi potestas esset data, quæcumque res esset, in qua fides, integritas, virtus, autoritas quæreretur, vos eam sine dubitatione ad Cn. Pompeiũ principem delaturos. etenim quem vnum ex cãdis delegisses, vt eum omnibus omniam gentiũ bellis,

1 Diuortat ex adiunctis.

2 Sententiæ assumptionis.

3 Symploce cõstat ex anaphora & epistrophe.

4 Commoratur in assumptionis præmutatione commutatis verbis, vt suspicionis acerbitate augeat.

5 Additur superioribus grauior suspicio, quòd Pompeius Decemuiratu excludatur, & ideo libertas populo tollatur. Syllogismus sic emissi libertas vobis relinqueretur. Pompeius eligeretur. Sed eligi non potest: Propter

Universidad de Deusto
Biblioteca

ex vobis libertas nulla relinquitur.

terra, & mari præponeretis, certè in Decemuiris faciendis, siue fides haberetur, siue honos, & committi huic optimè, & ornari hunc iustissimè posse intelligebant, itaque excipitur hac lege, non adolescentia, non legitimum aliquod impedimentum, non potestas, non magistratus vllus alijs negotijs ac legibus impeditus, rem deijcit, quo minus Decemuir fieri possit, qui præsentem eum profiteri iubet: quod nulla alia in lege vnquam fuit, nec in his quidem magistratibus, quorum certus ordo est. Timebat enim, Pompeius ne, si adesset ferri non posset: aut ne, si accepta lex esset, illum sibi collegam adscriberetis, custodem, ac vindicem cupiditatũ. Hic, quoniam videtis hominis dignitate, & cõsummata legis esse comitia, renouabo illud, quod initio dixi, regnum comparari, libertatẽ vestrã hac lege funditus tolli. [1] An vos aliter existimabatis, cùm ad omnia vestra pauci homines cupiditatis oculos a tuissent, non eos in primis id esse uros, vt ex omni custodia vestra libertatem, ex omni potestate, cura tione, patrocinio vestrorũ commoda Cn. Pompeio detraherentur? [2] Viderunt, & videnti, si per imprudentiam vestram, negligentiam meã, legem incognitam acceperint, fore vti pateat cognitis insidijs cum Decemuiros creaueritis, tum vitijs omnibus, & sceleribus legis. Cn. Pompeij præsidium opponẽs potestis, & hoc paruum argumentum vobis erit, à certis hominibus dominationem, nouitatemq; omnium rerũ quæri, cum videatis eum, quem custodẽ vestræ libertatis fore videant, experte fuisse dignitatis. Cognoscite nunc, quæ potestas Decemuirij, & quãta detur. Primum lege Curiata Decemuiros creamus. Iam hoc inauditũ, & planè nouo more, vti Curiata lege magistratus detur, qui nullis comitijs antè sit datus. Eam legem ab eo Prætore, qui

*pide num sta malint le gẽ posse: Nec si adesset Pompeius

a Commentatur in superiore syllogismo, sed ultimum partim inuertit. Assumptionis sententia præcedit de exceptione & eius fine.

1 Sententia propositionis 3i libertas esset, Pompeius eligeretur. Et sanè nunnihil, in antecedente immutatur.

sit primus fallus, ferri iubet. At quomodo tot ij Decemuiratum habebunt, quos plebs designauerit? ebitur. est, nullus à plebe designari & is orbem terrarum constringit nouis legibus. quæ quid in secundo capite scriptum est non reminet in tertio. atque hic persæpenum est quid iuris à maioribus acceperit, quid ab hoc Tribuno plebis vobis relinquatur, meminerit de omnibus magistratibus hos eos sententiã ferre voluerunt: nam Centuriata lex Censoribus ferebatur, cùm Curiata cæteris patricijs magistratibus: tum iterum de eisdem iudicabatur vt esset reprehendendi potestas. si populum benefici sui pœniteret. nunc quæ prima illa comitia tenetis, Centuriata, & Tributa: Curiata tantum auspicij causa remanserunt. [3] hic autem Tribunus plebis quia videlicet potestatem nemini ininsit pepuli, aut plebi posse habere Curiatis ex comitijs quæ vos non finitis, confirmauit. Tributa, quæ vestra erant, sustulit. [4] Ita cùm maiores binis comitijs voluerint vos de singulis magistratibus iudicare, hic homo popularis ne vnam quidem pedula comitiorum potestatem reliquit. [5] Sed videte sapientiam religionem, & diligentiam. vidit, & perspexit, sine Curiata lege Decemuiros habere potestatem non posse, quoniam per nouem tribus essent constituti. iubet ferre de his legem Curiatam: Prætori imperat: quam id ipsum absurdè, nihil ad me attinet: iubet enim qui primus sit Prætor fallus, cum legem Curiatam ferre: si is ferre non posset, qui postremus sit: vt aut luisse in tantis rebus, aut prisella nescis quid spectasse videatur. [6] Verum non quod est aut ita peruersum, vt ridiculum: aut ita malitiosum, vt obscurum sit, relinquamus: ad religionem hominũ reuertamur.

1 Repugnãtia quædã arguit, quã primo capite per nouem tribus decretos Rullius fieri iussit, tertio vocatur per vniuersum plebẽ facere.

2 ἀτιμωδέστατος. vbi finis huius comitiorum.

3 Colligit ex similitudine.

4 Locus attentionis adclarius exponendum commenti Rullini finẽ de Curiata lege 2. Victorem.

5 Tribuio ad quarum caput quo decuriati etiam hoc Curiata lege creabantur, ex quo tertio capite reprehendit.

1 Propositio syllogismi ex qua repugnantibus, quòd liberrima civitas sine comitiis fuerit. Considerabis autem quoties id nomen libertatis hic vsurpatū sit.

2 Ratio propositionis ex præfectis captis testimonio.

* Desit reprehendendum, aut similis aliqua dictio.

3 Antapodosis ea dissimilitudinis exigerata comitiis & magistribus.

*hic qui vetat intercedere, potestatē, etiam si &c. 4 Hæc lectio nullo pacto probari potest. Cicero enim cum de tribuno nunquā vsurpat (veri di) verbum, sed cum accusativo aute modam infinitum. Mallem legere hic quòd vt de Rullo intelligatur.

5 Concluditur reprehensio de imitatione Tribunatus.

*Videt sine lege Curiata nihil agi per Decemuiros posse quid postea, si ea lata non erit? attendite ingenium. tum 5 Decemuiri, inquit, eadem iure sint, quo qui optima lege. 1 si hoc fieri potest, vt in hac ciuitate, quæ longè iure libertatis ceteris ciuitatibus antecellit, quisquam nullis comitiis imperium aut potestatem assequi possit, quid attinet tertio capite legem Curiatam ferre iubere. 2 quoniam quarto permittas, vt sine lege Curiata idem iuris habeant, quod habuerunt, si optima lege a populo essent creati? Reges constituuntur, non Decemuiri Quirites: itaque ab his initijs fundamentisque nascuntur. vt non modo cum gerere cœperint, sed etiam cum constituuntur, omnes vestrum iuri, potestati, libertatique tollatur. At videte, quàm diligenter retineat ius Tribunicia potestatis. Consulibus legem Curiatam ferentibus, a Tribunis pleb. sæpe est intercessum. neque tamen nos id queremur, esse hanc Tribunorum pleb. potestatem: tantummodo si quis ea potestate temere est vsus. *existimamus. 3 Trib. Pleb. lege Curiata, quam Prætor ferat, adimit intercedendi potestatem, atque hoc cum in eo reprehendendum est, quòd per Tribunum pleb. Tribunitia potestas minuitur: tum in eo deridendum, quòd Consuli, si legem Curiatam non habet, attingere rem militarem non licet: * * huic, cui vetat intercedendi potestatem, etiam si intercessum sit, tamen eandem constituit, quam si lata esset lex: 4 vt non intelligam, quare aut hic vetet intercedere, aut quisquam intercessurum putet, cum intercessio similitudine intercessoris

significatura sit: non rem impeditura. Sint igitur Decemuiri neque veris comitiis, hoc est populi suffragiis, neque illis ad speciem, atque ad vsurpationem vetustatis per XX. Iustores auspicium causa adumbratis, constituti. 1 videte nunc eos, qui a vobis nihil potestatis acceperint, quàm maioribus ornamentis afficiat, quam omnes nos affecti sumus, quibus vos amplissimas potestates dedistis. Iubet auspicij colendi causa deducendarum causa Decemuiros habere pullarios. eadem iure, inquit, quo habuerunt Tresuiri lege Semproniæ. Audes etiam Rulle mentionem facere legis Semproniæ? nec ea lex ipsa comunes Tresuiros illos XXXV. tribuum suffragio esse creatos? 2 & cum tu a Tib. Graccho aquatare, pudore longissimè remotus sicut quod dissimillima ratione factum sit, eodem iure putas esse oportere? Dat præterea potestatem verbo Prætoriam, re vera Regiam: definit in quinquennium, facit sempiternam. tantùm enim confirmat opibus & copijs, vt inuitis eripi nullo modo possit. deinde ornat apparitoribus, scribis, librarijs, præconibus, architectis: præterea mulis, tabernaculis, centuriis sepulchrali, sumptum haurit ex ærario, suppeditat a socijs. Iam ex Equestri loco decentos in annos singulos, stipatores corporis constituit, eosdem magistros, & satellites potestatis. 3 Formam adhuc habetis Quirites, & speciem ipsam Tyrannorum, insignia veteris potestatis: nondum ipsam potestatem. dixerit enim fortasse quispiam, *quid me ista laduant? scribe, lictor, præco, pullarius? omnia sunt hæc huiusmodi Quirites, vt ea qui habeat sine vestris suffragijs, aut Rex non fecendus, aut primatus furiosus esse videatur. perspicite quanta potestas permittatur: non primatorum insaniâ, sed intolerantiâ Regis esse delenda.

1 Attentionis locus ex vocatio normarum. Nos consules tot ornamentis affecti non sumus.

2 Propositio syllogismi dissimilitudinis maximè, quæ vulgò dicitur in schola completa.

3 Concludit formatyrannidis, & transit ad efficientes eius causas ex potestate decemuiris permissa.

4 Prolepsis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

1 Haue tyrannidis ex capitibus legis primum, deinde ex sua forma sibata est. Deinceps ex eadē efficientibus applicatur, quarum summa proponitur initio ex vēditione colonarum. primū caput interponitur infinita iudicādi potestas. 2 Epistrophe, eāque secundum caput quo de reliquis decemviralis in emptione nouorum agrorum.

3 Tertiū caput de colonarum deductione, vbi precipua vis tyrannidis ostenditur, & repetitur infinita iudicandi potestas in primo capite paulo antè posita.

* regnorum

4 Definita & proposita est vniuersi potestatis decemviralis summa. Deinceps specialim singulæ partes explicantur.

*

1 Periphrasis asyli.

1 Primum permittitur infinita potestas innumerabilis pecunia conficiendæ de vestris vectigalibus non frustra, sed alienandis deinde orbis terrarū, gentiumque omnium datur cognitio sine consilio, parua sine præsentione, animadversio sine auxilio, iudicare per quos quentium vel de Consulibus, vel de ipsis Tribunis pleb. poterunt, de illis interea nemo iudicabit. magistratus his legibus licebit, censam dicere cū licebit: 2 emere agros à quibus volent, vel quos volent, quàm volent magno, poterunt: 3 colonias deducere nouas, renouare veteres, totam Italiam suis colonis vt cōplere liceat permittitur: omnes prouincias obeundi, liberos populos agris multandi. 4 agrorum vel dandorum summa potestas datur, cum velint, Romæ esse cum commodum sit, quæ vnquæ velint, summo cum imperio, indicioque omnium rerum vagari vt liceat, conceditur. interea dissoluunt iudicia publica: de cōsiliis abducunt, quos velint: singuli de maximis rebus iudicent: Quæstiones permittunt, finitorem mittunt: ratum sit, quod finitor vni illi à quo missus erit, renuntiauerit. Verbum mihi deest Quirites, cum ego hanc potestatem Regiā appello, sed profectò maior est quæ dem. nullum enim regnū fuit vnquam, quod non si minus iure aliquo, at regionibus tamē certis, contineretur: hoc vero infinitum est, quo & regna omnia, & vestrum imperiū, quod latissimè patet, & ea, quæ partim libera à vobis, partim etiā ignorata vobis sunt permissa legi continentur.

4 Datur igitur eis primum, vt liceat eis vendere omnia de quibus vendendis Senatusconsulta facta sunt M. Tullio, Cn. Cornelio COSS. cur hoc tam est obscurum, atque cæcum, quidd ista omnia, de quibus Senatus consuit, nominatim in lege perscribi nonne potuerunt? Duæ sunt huius obscuritatis

1 Collatio malorum est. Terrarum orbis non sufficit, quomodo S.C. vera sufficient?

1 Exaggeratio rei incredibilis.

Iust ex dissimilibus. Nō inuidiosa, sed longa illi visa est assumptio neque hic Cicero impudētiam aut scelus, vt antea, sed arrogantiam reprehēdit.

L. Sylla, Qu. Pompeio Cos. ut postea, ad Decemuiros iubet vendere. Hoc capite Quirites, omneis gentes, nationes, prouincias, regna, Decemuirum diuitiis, iudicijs, potestatis permissa, & condemnata esse dico. Primum hoc quaero, qui tandē locus vsquam sit, quē non possint Decemuiri dicere publicum Pop. Rom. esse factū? Num eum idē possit iudicare qui dixerit: quid est, quod non liceat ei dicere, cui liceat idē iudicare? Commodū erit Pergamum, * Smyrna, Trallis, Ephesum, Miletum, Cyzicum totā denique Asiā, quā post L. Syllam, Qu. Pompeiū Cos. recuperata sit, Pop. Rom. fuisse dicere. [1] Verum oratio ad eiusmodi disceptationem deerit? an cum idē & dixerit, & iudicabit, impelli non poterit vt falsum iudicet? an si condemnare Asiam volet, terrore dānationis, & minas non, quanti volet, aestimabit? Quid (quod disputari cōtra nulla pallo potest) quoniam statutum à vobis est, & iudicatū, quam hereditatē iam creuimus) [2] Regnū Bithyniae quod certe publicum est Pop. Rom. fuit? num quid causa est, quin omnes agri, vrbes, statuae, picturae, tota denique Bithynia Decemuiri venditura sint? [3] quid Mytilenaeque certe vestra Quirites belli lege, ac victoria iure facta sunt? vrbis & natura, & situ, & descriptione aedificiorū, & pulchritudine inprimis nobilis: agri hactenus, & fertiles: nēpe eadē, quae exiguae continentur. [4] Quid Alexandria, eiusdāq; Aegyptus? Vt vrbe laetetur? vecōdita est? vt furtim tota Decemuiris tradatur? Quis enim vestrum hoc ignorat, dici illud regnum testamento Regis Alexandrini Pop. Rom. esse factum? [5] His ego Consul, Pop. Romano non modo nihil iudico sed ne quid sentiam quidē profero, magno enim mihi res non modo ad statuēdum, sed etiam ad dicendum vide

* Smyrnam omnino legē dum.

1 Repetitur ad huius rei facultatem & occasionem infinita illa iudicandi potestas.

2 Secunda pars assūptionis de regno Bithyniae, q̄ Nicomedis regis testamento ad populū Rom. peruenerat, vt Liuius lib. 91.

3 Tertia pars assumptionis de Mytilenis, in Lesbo insula.

4 Quarta pars assumptionis de regno Aegypti.

5 Addubitatio ex rei difficultate ad attentionem

videtur esse. [1] video, qui testamentum fictum esse confirmet, auctoritate Senatus extare hereditatis aditae sententiam, quando Alexandro mortuo Legatos Tyrū misimus, qui ab illo pecuniam depositam, nostris recuperarent, hanc L. Philippus saepe in Senatu cōfirmasse memoria tenet. cui, qui regnum illud teneat hoc tēpore, neq; genere, neque animo regio esse, inter omneis ferē video cōstare. [2] dicitur cōtra nullum esse testamentum, non apertere Pop. Rom. omniū regnorum appetentē videri: denique gentes in illa loca nostros homines propter agrorum bonitatē, & omnium rerum copiā hac tāta de re P. Rullus cū ceteris Decemuiri collegis fuit iudicabit? & verum iudicabit? nam virum tā magnum est, vt vllo modo neq; concedendū, neq; ferendum sit. [3] Velet esse popularis, Pop. Rom. adiudicabit. ergo idē ex sua lege vendet Alexandriam, vendet Aegyptum, vrbi copiosissimā, pulcherrimoq; agrorum indici, arbitri, dominis, Rex denique opulentissimi regni reperietur. [4] Non sumet sibi tantum: non appetet, iudicabit Alexandriam Regis esse: à Pop. Rom. adiudicabit. Primū Popul. Rom. hereditatem Decēuiri licent, cum vos voluerit is de primatis hereditatibus Centūviri iudicare? [5] deinde qui agat causam Pop. Rom. vbi res ita agetur, qui sunt isti Decēuiri, quos per ciuis Romanos regnum Alexandrinum Ptolemaeo gratis adiudicaturos? Quid si Alexandria petebatur, cur non eisdem cursus hoc tempore, quo L. Cotta, L. Torquato Cos. occurrerūt cur non aperte, vt antea? cur nō item, vt cum decreta, & palam petierunt? [6] an quaeritis vos, qui per cursum vestrum regnum tenere non potuerunt, nunc tetris tenebris, & caligine se Alexandriam peruenturos arbitrati sunt? atque illud circūspicite vestris mentibus.

1 Repetitur propositū testimonij, ad aliis testimonijs approbatur & Senatus & Philippi.

2 Disceptationis pars altera ad recusationem ex infitiatione testamenti & adiunctis, ne videatur populus Rom. auarus & de terra Italia in Aegyptum denigrare.

3 Prior pars dilemmatis exaggerata adiunctis & loci & personae.

4 Posterior pars dilēmatis reprehensa collatione minorum.

5 Amplificatio prioris reprehensionis ex circumstantiis legitimi iudicij hac in causa negligentis.

6 Assumptionis & complexionis sententia hic continetur.

* Desiderat vnâq; nouitil. 1 Collatio minorum est ad augẽdam hmidiam decemviralis potentiæ. De legatione autem libera sæpiore oratione dictum est.

2 Ἀντίθεσις collationis et maioribus causis.

vnâq; * Legatos nostros homines auctoritate tẽnui, qui rerum priuatarũ causa legationes liberas obeũt, tamen extera nationes ferre vix possunt: graue est enim nomen imperij, vtq; id etiã in leui persona pertimescitur: propterea quòd vestro, non suo nomine, cũ hinc egressi sunt, abutuntur,[3] quid censetis, cum illi Decemuiri cum imperio, cum fascibus, cum illa deleta finitorum inuentute per orbem terrarum vagabuntur[que] tandẽ animo quo mutuq; periculo miseras nationes futuras est in imperio terror? patientur, est in aduentu sumptus? ferent. imperabitur aliquid nouitatis non recusabũt. illud verò quantũ est Quirites? cum is Decemuir, qui aliquam in vrbem aut expectatus, vt hospes, aut repẽtè, vt diminui venerit, illum ipsum locum, quò venerit, illam ipsam sedẽ hospitalem, in quã erit deductus, publicã Pop. Rom. esse dicet? quanta calamitas populi, si dixerit? quantus ipsi quæstus, si negarit? Atq; idem, qui hæc appetunt, queri nonnunquam solent omnes terras Cn. Pompeio, atque omnia maria esse permissa. simile verò est multa committi, an condonari omnia? vel labori & negotio præponi, an præda & quæstui? mitti ad socios liberandos, an ad opprimendos? denique si quis est honos singularis, nihil interest, vtrũ Popul. Roma eum eis velit deferat, an is impudenter Popul. Roma per legis fraudem surripiatur? Intelligitis, quot res, & quantas Decemuiri legis permissu vendituri sint. non est satis vt cũ sese sociorum, cùm exterarum nationum, cùm Regum sanguine implerint, incidant nerui Popul. Rom. adnitebant manus vectigalibus vestris, irrumpãt in ærarium, sequitur enim caput,[4] quo capite non permittit quidẽ, si fortè desit pecunia, qua tanta ex superioribus recipi potest, vt deesse non debeat: sed planè, quasi

1 Dissimilitudo ad amplificandam propositionẽ huius capitis. Nõ permittit, sed imperat.

quasi ea res nobis salutis futura sit, ita cogit, atque imperat vt Decemuiri vestra vectigalia vendent nominatim. Quam tu mihi ex ordine recita de legis scripta Popul. Rom. auctionem quam mehercule ego præsenti huic ipsi luxuriosam & acerbam prædatricem futuram puto. vt in suis rebus, ita in Repub. luxuriosus nepos, qui prius syluas vendat, quam vineas. Italiam percensuisti? perge in Siciliam, nihil est in hac prouincia, quod aut in oppidis, aut in agris maiores nostri propriũ nobis reliquerint, quin id venire iubeat.[1] Quod partum recenti victoria maiores vobis in sociorum vrbibus, ac finibus, & vinculum pacis, & monimentũ belli reliquerunt, id vos ab illis acceptũ hoc autore vendetis? Hic mihi parumper mentes vestras Quirites commonere videor, dum patefacio vobis, quas isti penitus abstrusas insidias se posuisse arbitrantur contra Cn. Pompeij dignitatẽ & mihi quæsisse confitebuntur, si appello tale virum sapiet. [2] vos mihi Prætori biennio ante Quirites hoc eodem in loco personam hanc imposuistis, vt quibuscunque rebus possim, illius absentis dignitatem vobis simul vna tuerer: feci adhuc, quæ potui, neque familiaritate illius adductus, nec spe honoris, atque amplissimæ dignitatis, quem ego, etsi libente illo tamen absente illo per vos consecutus sum.[3] Quamobrem vim intelligam hanc totam ferè legem ad illius opes euertendas tanquam machinam comparari, & restim cuiusdã hominum, & perfidiam prosectã, quod ego video comparari, vt id vos vniuersi non solùm videre, verùm etiam tenere possitis.[4] Iubet venire, quæ Attalensium, quæ Phaselitum, quæ Olympensium fuerint, agrumq; Agerensem, & Orindicum, & Gedusanum hac P. Seruilij imperio & victoria clarissimi viri ve-

stra

1 Amplificatio quædam fuerat ex vectigalium & autoritibus & adiunctis, quæ paris ornamẽta videbantur belli fabrilia monumẽta sunt.

2 Sententia syllogismi est, Quidcunque Pompeio oppugnatur à Cicerone defenditur: atqui hoc oppugnatur Pompeio: defendendus igit à Cicerone.

3 Hic hoc' ve in superiore oratione ita parũ dictus fuit, & videtur magis ad vestigia illi agris impositorum, quàm ad agrorũ venditionẽ spectare.

4 Tota partis huius inuidia ex vectigalibus ipsorum & auctoribus & adiunctis sumit.

1 Amplificatio ex collatione recipientis, principij promotionisq; sui. Nullo tamen vetus inferioris.

2 Amplificatio ex indignitatis ex ad insulis: Indignū esse promotionem nondum peractum vectigalis vendi, qđ hic fit: Assumptionis pars per parenthesin in propositione includitur & repugnantibus approbatur, qđ nondum pacatæ sint provinciæ.

3 Assumptionis reliqua sententia hic continuatur, quòd promissis illis non peractis Rullus vendat, & invidiæ causa reprehenditur intolerantia Rulli adueritis Pompeium, qui quinimo est de Pompeio locut.

stra facta sunt. Adiunxit agros Bithyniæ regios, quibus nunc publicani fruuntur: deinde Attalicos agros in Cherronesoin Macedonia, qui Regis Philippi fuere. Persæ fuerūt qui ea a Consoribus locati sunt.* & certissimum vectigal adscribet iste auctioni Corinthios agros optimos, & fertiles, & Cyrenenses, qui Appionis fuerūt: & agros in Hispania propter Carthaginem nouam, & in Africa ipsam Veterem Carthaginem vendit: quam videlicet P. Africanus non propter religionē sedum illarum, ac vetustatis, de consilij sententia consecrauit, sed vt ipse locus eorū, qui eum hac lege de imperio certarunt, vestigia calamitatis ostenderet. ' Sed non fuit tam diligens, quam est Rullus: putauit fortasse emptorem ei loco reperire non posse. Verum inter has agros regni, capti veteribus bellis, virtute summorum Imperatorum, adiunxit regios agros Mithridatis, qui in Paphlagonia, qui in Ponto, qui in Cappadocia fuerunt, vt eos Decemuiri vendāt.

2 Itane veritus non legibus datis, non auditis verbis Imperatoris, nondum dem̄o bello cōfecto, cum Rex Mithridates amisso exercitu, regno expulsus, tamen in vltimis terris aliquid etiam nunc moliatur, atque ab insulis Cn. Pompeij manu Maritide, & illis paludibus, & sinerum anguſtijs, atq; altitudine montium defendatur: cum Imperator in bello versetur: in quo locis autem illis etiam nunc belua nemen reliquum sit ex agris, quorum adhuc penes Cn. Pompeium omne iudicium, & potestas mere maiorum debet esse. Decemuiri vendent? 3 & credo P. Rullus (si enim sic se gerit, vt sibi iam Decemuir designatus esse videatur) ad eam emptionē potissimum profisciscetur: is videlicet, antequam veniat in Pontum, literas ad Cn. Pāpium mittet: quarum ego iam exēplū ab illis cōpositum

esse

esse arbitror. P. SERVILIVS RVLLVS TRIBVNVS PLEB. DECEMVIR S. D. POMPEIO CN. I. Nō credo adscripturum esse, Magno, ' non enim videtur id quod im munere lege conatur, concessurus verbo. TE VOLO CVRARE, VT MIHI SINOPE PRAESTO SIS, AVXILIVMQVE ADDVCAS, DVM EOS AGROS, QVOS TVO LABORE CEPISTI, EGO MEA LEGE VENDAM. 2 an 'Pompeium nō adhibebit? an eius prouincia vendet mancipia Imperatoris? ponite ante oculos vobis Rullū in Ponto inter vestra, atque hostiū castra hasta posita cū suis formosis sectoribus auctionantem. Nec in hac solū inest cōtumelia quæ vehementer & insignis est, & noua, sed vtilia rei parta bello, mundū legibus datis, etiā tū Imperatore bellū administrante, nō modo venierit, verū etiam locata sit: plus spectant homines certè quàm cōtumeliam: 3 sperant si cōcessum sit inimicis Cn. Pōpeij cum imperio, cum iudicio omniū rerū, cū infinita potestate, cū innumerabili pecunia, non solum alys in locis vagari, verū etiā ad ipsius exercitū peruenire, aliquod illi insidiarū fieri, aliquid de eius exercitu, copijs, gloria, detrahi posse. putant, si quā spem in Cn. Pōpeio exercitus habeat, aut agrorum, aut aluerū commodorū, hāc non habituros, cùm viderit eorum rerū omnium potestatem ad Decemuros esse translatā. 4 Patior nō molestè tam stultos esse, qui hæc sperent, tā impudentes, qui conētur: illud queror, tam me abijs esse contemptū, vt hæc portenta me Consule potissimum cogitarent. 5 Atque in omnibus his agris, ædificijs q; vendendis permittitur Decemuiris, vt vendant quibuscunque in locis videatur. O perturbatam rationem libidinem

vestra

1 Argumentū ex repugnantibus.

2 Conclusio hic assumptionis ratio, & imagine facta representatur, quod adhuc nimā est.

3 Sententia propositionis est.

4 Complexionis loco hæc indignatio ponitur ex adiunctis, stultitia, arrogantia, quæ tamen facile dissimulandi ratione tractantur. Non eadem hoc loco, sed illud.

5 Reprehenditur in superiore oratione circumstantia vendendi, quod nullus ei locus datur.

1 Collatio minorum est, quæ sint eædem in superiore crimine.

2 Amplificatur ex adiunctis indignitatis potentiæ hoc capite ab imitis.

3 Dilemma est ex aduersis. 4 privatus publicum. Syllogismus, sic absolvitur. Si privatus non excipiendus, si publicus loquè excipit. Sed hæc alterutra: Quare non excipiendus, aut inquè excipit.

4 Ex reprehensibilibus hoc arguit. Actoras videri esse mendosus. Concessa verò eiusmodi fuit, Quem qui possidet, publicum esse fateantur.

5 Concludo prima exceptionis, vbi quæstus Rullo proponitus iudicatur.

resti nauidam: à consilio d ffoluta, atque perditæ vectigalia locare nusquam licet, nisi in hac vrbe, hoc ex loco: hæc vestrum frequentia: venire verò ad res proprias, & in perpetuum à vobis alienare, in Paphlagonia tenebris, atque in Cappadocia solitudine licebit? L. Sylla enim bona indemnatorum ciuium finestralle auctione sua venderet, & se prætam suam dicere vendere, tamen exhæc locis venalibit. nec quorum vllus offendebat, eorum ipsorum conlectum figere ausus est? Decemviri vestra vectigalia non modò ne vobis quidè arbitris, sed ne præcone quidem publico esse vendent? Sequitur omnes agros extra Italiã insinite ex tempore, non, vt antea, ab Sylla & Pompeio COSS. consilio Decemvirũ primetus sit an publicus: sicq; agro pergrande vectigal imponitur. [2] Hoc quantum audacia, quàm intolerãdum, quàm regium est, quem præterit, posse quibuscunque locis velint, nulla disceptatione, nullo consilio, priuata publicare, publica liberare? Excipitur hoc capite agri in Sicilia Recentorici: quem ego excepi, & propter hominum necessitudinem, & propter æquitatem Quirites sæpe vehementer gaudeo. Sed quæ hæc impudentia? qui agrum Recentoricum possident, vetustate possessionis se, non iure, misericordia Senatus, non agri conditione defendunt: Num illum agrum publicum esse fatentur, sed meoteri possessionibus, amicissimis fedibus, ac diis penatibus negãt oportere. [3] At si est primetus ager Recentoricus, quid eum excipis? sin autem publicus, qua est ista æquitas, cæteros, etiam si priuati sint, permittere vt publicis indicentur, hunc excipere nominatim, qui publicus [4] esse fateatur? [5] Ergo eorum ager excipitur qui apud Rullum alba ratione valuerunt: cæteri agri omnes, qui vbique sunt sine vllo delectu

delectu sine Pop. Roma. notione, sine iudicio Senatus, Decemuiris addicitur. Atque etiam est alia superiore capite, qua omnia vncuit, quæ[1] ausa excepto qua teget eos agros, de quibus fœdere tantum est. Audiuit hanc rem non à me, sed ab aliis agitari sæpe in senatu, nonnunquam eo hoc ieo possidere agros in ora maritima Reges Hyempsalem, quos P. Africanus Popul. Roma. adiudicarit: & tamen postea per C. Cotam, Cos. eorum esse fœdere hoc quia vos fœdus non iusseritis, veretur Hyempsal vt satis firmum sit & ratum. [2] Quid, iusu modo, est illud tollere vestrum iudicium? fœdus tuum excipitur, comprobatur. Quod minus aullienem Decemuiralem, laudo: quod Regi amico emet, non reprehendo, quid non gratis sit, indico: solitas enim cautiones istarum Iubæ Regis filius adolescens non minus bene numatas, quam bene capillatas. Vix tam videtur locus esse, qui tantas accessiones pecuniæ capiat, augeat, addat, accumulet: aurum, argentum ex præda, ex manubiis, ex corona, io, ad quoscunque perueniat, neque relatum sit in publicum, neque in monumento consumptum, id prosecuti apud Decemuiros, & ad eos referre iubet. [3] hoc capite etiam quæstiones de clarissimis viris, qui Pop. Ro. bella gesserunt, inducunique de pecuniis repetendis ad Decemuiros translatum videtis. horum erit illud iudicium, quantæ cuiusque manubiæ fuerint, quid relatum, quid residuum sit, an posterum vero lex hæc Imperatoribus vestris constituitur, vt quicunque de prouincia decesserit, apud eosdem Decemuiros, quantum habeat præde, manubiarum, auri coronarij, profiteatur. [4] Hic tamen vir optimus eum, quẽ amat, excipit, Cn. Pompeium, vnde iste amor tam improuisus, ac tam repentinus? qui

1 Amplificatio ex adiunctis, hac de re populi iudicio tollitur.

2 Amplificatio ab indignitate ex re hoc hu c capiti subiecta, de quibus de eorum iudicibus futuri. Reprehendatur autẽ iudicium quæ res contineret, adiungit Verrem de monstrant, pecunias vi, aut dolo ereptas, frumentum, tabulas signa, suppellectilia in qua etiam Cicero in illa iudicio notauit.

3 Exceptio Pompeij de proximo capite, tribus modis reprehenditur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quihonore Decemuiratus excluditur propè nemi natim cuius iudicium, legúmque datio, capterum agrorum ipsius virtute cognitis tollitur: cuius non in prouincia, sed in ipsa castra Decẽviri cum imperio, infinita pecunia, maxima potestate, & iudicio rerum omnium mittuntur: cui tui imperatoriũ, quod semper omnibus Imperatoribus est conservatum, soli eripitur: ex excipitur unus, ne manubias referre debeat, [1] verum tandem hoc capite, bonus haberi homini, an inuidia quæri videtur? Remitti hoc Rullo Cn. Pompeius: benefi is ista lexi, benignitate Decemuirali nihil utitur. nam si est æquũ vrodas, ac manubias suas Imperatores, non in monimenta deorum immortalium, neque in vrbis ornamẽta conferre, sed ad Decẽuiros, tanquam ad dominos reportare: nihil sibi appetit præcipuè Põpeius, nihil: vult se in cõmuni, atque in eodem, quo cæteri, iure versari. [2] sin est iniquũ. Quirites, si turpe, si intolerandũ, hoc Decẽuiros potiores omnibus omnium pecuniis constitui, qui non modò Regis, atque exterarum nationũ hominem, sed etiã Imperatores nostros excutiant: nõ mihi videntur honoris causa, excipere Pompeium, sed metuere, ne ille eandẽ cotumeliam, quam cæteris ferre non possit: Põpeius autẽ hoc animo sit, vt quicquid vobis placeat, sibi ferendũ putet: quod vos ferre nõ poteritis, id profectò perficiat, ne diutius inuiti ferre cogamini. [3] Veruntamen cauet, vt si quæ pecunia, post vri Cõsules ex nauis vectigalibus recipiatur, ea Decẽuiri vtãtur. noua porro vectigalia videt ea fore, quæ Põpeius adiunxerit ea remissis manubijs, vectigalibus eius virtute partis, si fruipotat apertere. Parta sit pecunia, Quirit. Decẽuiris tanta, quanta sit in terris: nihil prætermissum: sed omnes vrbes, agri, regna denique, postremò etiam

1 Complexio primæ rectæ henfionis, cui secunda subiúgitur per dilemma ex ad uersis. Si lex est æqua Pompeius non est excipiendus: sin iniqua, meus causa videbitur excipi, pars prior duplici diuisi: militudine ornatur.

2 Secũda pars dilemmatis maiorum collatione exornata.

3 Tertia reprehẽsio cuiusdẽ exceptionis, quibꝰ Rullus Pompeium excipiat, vectigalia vendat. Syllogismꝰ clarior est quã in superiore oratione. Argumẽtũ est à genere.

etiam vectigalia vestra venierint: accesserint in cumulum manubiæ vestrorum Imperatorũ: quantæ & quam immanes diuitiæ Decemuiris in tantis auctionibus, tot iudicijs, tam infinita potestate rerum omnium quærantur, videtis. cognoscite nũc alios surgere soli, atq; intolerabiles quæstus. vt intelligatis ad certorum hominum impunitã auaritiam hoc populare legis Agrariæ nomen esse quæsitum: Hac pecunia iubet agros emi, quos deducamus. Nõ consuescit homines appellare asperius Quir. nisi lacessitus velim fieri posset, vt à me sine contumelia nominaremini ij, qui se Decemuiros sperant futuros: iam videretis, quibus hominibus omnium rerum & vendẽdarũ, & emendarum potestatem permitteretis. sed quod ego nondum statuo mihi esse dicendum, vos tamen id potestis cum animis vestris cogitare. [2] vnum hoc certè videor mihi verissimè posse dicere. tum, cùm haberet hæc Respub. Luscines, Calatinos, Acilios, homines non solum honoribus populi, rebúsque gestis, verum etiam patientia paupertatis ornatos, & tum cùm erant Catones, Philippi, Lælij, quorũ sapientiã, tẽperãtiamq; in publicis priuatis q; forẽ simus domestici, rebus perspexeratis: tamẽ huiusce modi res cõmissa nemini est, vt idẽ iudicaret, & venderet, & hoc faceret per quinquẽnium toto in orbe terrarũ eidemq; agros vectigalesq; pop. R. abalienaret: & cũ summã tanta pecuniã nullo teste sibi ipse ex sua voluntate fecisset, tũ denique emeret à quibus vellet, quod videretur. [3] Cõmittite vos nũc Quirites his hominibus hæc omnia, quos odorari hinc Decẽuiratũ suspicamini: reperietis, partẽ esse eorum, quibus ad habendum, partẽ quibus ad consumendum, nihil satis esse videatur. Hic ego iam illud, quod expeditissimum sit ne disputo quidem

1 Comparatio maiorum est, ad eandẽ inuidiã. Optimis viris tanta potestas nũquam commissa est, quo modo pessimis communiretur?

πρόληψις inductio ne optimorum ciuium consilium & eorũ adiunctis ornatur.

2 Apodosis est comparationis de cõditionibus decemuiratꝰ eorum item adiumẽta ornata: permissio autem eũ indignationis euanuit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quirites, non esse hanc vobis à maioribus relictam consuetudinem, vt emantur agri à primatibus, quæ plebs publicè deducatur: omnibus legibus agris publicis primatus esse deductos, immò scio me aliquid ab hoc horrido ac truce Tribuno plebi expectasse: hanc verò emendi, & vendendi quæstuosissimam, ac turpissimam mercaturam, alienam vltrò Tribunitia, alienam dignitate pop. Rom. semper putaui. Libet agros emi, primum quæro, quos agros? & quibus in locis? nolo suspensam, & incertam plebem Rom. obscuro ipse & cæca expectatione pendere. Albanus ager est, Setinus, Primernus, Fundanus, Veientanus, Falernus, Liternus, Casinum. Casinas, adio. Ab alia porta, Capenas, Falisci, Sabinus ager, Reatinus, Venafranus, Alifanus, Trebulanus.[1] habet tantam pecuniam, qua hosce omnes agros, & cæteros horum similes non modò emere, verum etiam coercere possis: cur eos non definis, neque nominas? vt saltem deliberare plebi Romanæ possit, quid interest sua, quid expediat, quantum tibi in emendis, & in vendendis rebus committendum putet. Desinis, inquit, Italiam satis certa regio. etenim quantulum interest, vtrum in Massici radices, an in Italiam, alibive deducamini? [2] Age verò, desinis locum quidnam agri verò, inquit, qui arari, aut coli possit? qui possit arari, inquit, aut coli, non qui aratus aut cultus sit. Vtrum hæc lex est, an tabula Veratiana auctionis? in qua scriptum fuisse aiunt: agrum CC. in quibus alimentum seri potest: agrum CCC. vbi institui vinea possunt. [3] hoc tu emes illa innumerabili pecunia, quod arari, aut coli possit? quod seminari tam exile & macrum est, quod aratro perstringi non possit? aut quod est tam asperum saxetum, in quo agricolarum

1 Vrgetur de finitio ex facultate emendi, & hinc ipsius definitionis motus: desinorum agrorum qualitatem populus queat æstimare.

2 Disputatio rem debilitat: vis sequitur qualitatis disputatio. Loca vasta inutilitatis est.

3 Instituitur hic syllogismus. Emetur ager, qui coli potest. Quidvis solo coli potest: Emetur igitur.

colarum cultus non elaboret? Idcirco, inquit, agros nominare non possum, quia tangam nullum ab inuito: hoc quæ multò est quæstuosius, quàm si ab inuito sumeret. metuet enim ratio quæstus de vestra pecunia, & tum denique ager emetur, cùm idem expedierit emptori & venditori. Sed videte vim legis Agrariæ: ne ii quidem, qui publicos possident, decedent de possessione, nisi erunt deducti optima conditione, & pecunia maxima. conuersa ratio. antea, cùm erat à Tribuno pl. mentio legis Agrariæ facta continuò qui agros publicos, aut qui possessiones inuidiosas tenebant, pertimescebant.[1] hac lex eos homines fortunis locupletat, inuidia liberat. Quàm multos enim Quirites existimatis esse, qui latitudinem possessionum tueri, qui inuidiam Syllanorum agrorum ferre non possint? qui vendere cupiant, emptores non reperiant? perdere iam denique illos agros ratione aliqua velint? [2] Qui paulo antè diem vellemque Tribunitium nomen horrebant, vestram vim metuebant, mentionem legis Agrariæ pertimescebant: ij nunc etiam vltro rogabuntur, atque orabuntur, vt agros partim publicos, partim plenos inuidiæ, plenos periculi, quanti ipsi velint, Decemviris tradant. atque hoc carmen hic Tribunus ple. non vobis, sed sibi intus canit. Habet socerum virum optimum, qui tantum agri in illis Reipub. tenebris occupauit, quantum concupiuit. huic subuenire vult succumbenti, iam oppresso Syllanis oneribus grauis sua lege, vt liceat illi inuidiam deponere, pecuniam condere. [3] & vos non dubitatis, quin vectigalia vestra vendatis, plurimo maiorum vestrorum sanguine, & sudore quæsita, vt Syllanos possessores diuitiis augeatis, periculo libertatis? [4] Nã ad hanc emptionem Decemuiralem duo

1 Antapodosis dissimilitudinis, vnde redditur ad πρόθεσιν & variis adiunctis met[a] possessoris vnà dicitur.

1 Repetitur sententia dissimilitudinis & concludit.

2 Concludit Syllanorū ōnium ratio, inuidiosæque repetitur, vt lex ad eam rē vectigalia vēdita.

4 Renouatur agrorum quæstus, & funestū in ærūna diuisione duplex ostenditur.

genera agrorum spectant Quirites. eorum unum, propter inuidiam domini fingūt: alterum propter vastitatem. Syllanus ager à certis hominibus latissimè contimuatus tantam habet inuidiam, vt veri ac fortis Tribuni pl. striderem vnum perferre non possit. hic ager omnis, quoquo pretio coëmptus erit, tamen ingenti pecunia vobis inducetur. Alterum genus agrorū propter sterilitatem incultum, propter pestilentiā vastum, atq; desertum, emetur ab iis, qui eos vident sibi esse, si nō vendiderint relinquendos. Et nimirū istud est, quod ab hac Tribuno pl. dictū est in Senatu, vrbanam plebem nimium in Repu. posse, exhauriendam esse: hoc enim verbo est vsus: quasi de aliqua sentina, ac non de optimorum ciuium genere loqueretur.[1] Vos verò Quirites, si me audire vultis, retinete istam possessionem gratia, libertatis, suffragiorū, dignitatis, vrbis, fori, ludorum, festorū diorum caterorū omnium cōmodorum: nisi fortè maunltis, relictis his rebus, atque hac luce Reip. in Sipontina ficcitate, aut in Salpinorum pestilentia finibus Rulle duce colleceri.[2] At dicat, quos agros emturus sit: effŏdat & quid, & quibus daturus sit. vt verò cum omnes vrbes, agros, vectigalia, regna vēdiderit, tū avenam aliquam, aut paludes emat, id vos potestis quaso concedere? Quanquam illud est egregium, quòd hac lege antè omnia veneunt, antè pecunia cogūtur, & coactruātur, quā gleba vna ematur, deinde emi iubet, ab inuite vetat. quaro, si, qui velint vendere, non fuerint, quid pecunia fiet? referre in ararium lex vetat, exire prohibet.[3] igitur pecuniam omnē Decūiri tenebūt, vobis ager non emetur. vectigalibus abalienatis, sociis vexatis, Regibus atq; omnibus gentibus exinanitis, illi pecuniat habebūt, vos agros nō habebitis. Facilè, inquit,

1 Adhortatio brevis interposita, vt plebs Romæ remaneat. In ea comparantur ex suis ad inuitis & præsens & futurus fructus.

2 Vrget rursus omissa agrorum desultio, & eorū qualitas concluditur, non esse illa vendenda, vt hæc emantur.

3 Cōplexio variis difsimilibus exornata.

quit, addūcentur pecunia magnitudine, vt velint vendere. ergo ea lex est, qua nostra vēdamus, quāti possimus: aliena emamus, quanti possessores velint.[1] Atq; in hoc agro, qui hac lege empti sunt, colonias ab iis Decūiris dedaci iubet. quid? omnisne eiusmodi locas est, vt nihil interfit Reipub. colonia deducatur in eū locum, nēne? an est loci, qui coloniam postulet? est planè rectius &*. Quo in genere sicut in cæteris Reip. partibus, est operæpretiū diligētiam maiorū recordari, qui colonias sic ideneis in locis contra suspicionē periculi collocarūt, vt esse nō oppida Italiæ, sed propugnacula imperij viderentur.[2] Hi deducent colonias in eos agros, quos emerint. etiāmne si Reip. non expediat? & in qua loca præterea videbitur? quid igitur est causæ, quin colonia in Ianiculū possint deduceri? & suū præsidium in capite, atq; cervicibus vestris possint collocari? tu nō definias, quò colonias, in qua loca, quo numero colonum deduci velis? in occupes locum, quē ideneum ad vim tuā iudicaris? compleas numero? confirmes præsidio, quo velis? pop. Rom. vectigalibus, atque omnibus copiis ipsum pop. Ro. coërceas? opprimas? redigas in istam Decūiralem ditionē, ac potestatem?[3] Vt verò totam Italiā suis præsidiis obsidere atque occupare cogitet, quaso Quir. cognoscite. permittit Decūiris, vt in omnia municipia, in omnes colonias totius Italiæ coloros deducant, quos velint: tuq; colonis agrum dari iubet.[4] Num obscurè maiores vos, quām libertas vestra pati posset, & maiora præsidia quærūtur? num obscurè regnū constituitur? nū obscurè libertas vestra tollitur? Nam cum isdem omnē pecuniā, maximam multitudinem, id est, totam Italiam, suis opibus obsidebunt, iidem vestram libertatem suis præsidiis, & colonijs intercluſam tenebunt:

1 Postremum tyrannidæ potestatis caput, de coloniarū deductione primū disputatur ex hac.
*Deest quippiam.

2 Sententia assumptionis quòd hæ coloniæ nō ad pugnādū sed oppugnandū posti' instituā tur: probatio ex efficiendi facultate sumitur.

1 Continuatur ex isdem causis approbatio tyrannidis.

4 Cōplexionis sententia secūdo loco (Decemuiri regnum quærunt) cōgeriē rerum isdem figuris exornata.

quæ spes tandē, qua facultas recuperandæ vestræ libertatis relinquetur? At enim ager Campanus hac lege dividetur urbis terræ pulcherrimus: & Capuam colonia deducetur, urbem amplissimam, atque ornatissimam. [1] Atqui quid ad hæc possumus dicere? De commodo vestro prius dicam Quirites: deinde ad amplitudinem, & dignitatē revertar. Vt si quis agri, aut oppidi bonitate delectetur, ne quid expilet: si quem rei dignitas commouet, vt huic simulatæ largitioni resistat. Ac primum de oppido dicam si quis est fortè, quē Capuæ magis, quā Romæ delectat. Quinque millia colonorum Capuæ scribi iubet. ad hunc numerū quingentos sibi singulos sument. [2] Quæso nolite vosmetipsos consolari: verè & diligenter considerate, num vobis, aut vestri similibus, integris, quietis, atq; ita se inimicis in hoc numero locū fore putatis? [3] Si est omnibus vobis, aut maiori vestrum parti: quamquam me vester honos vigilare dies atque noctes, & intentis oculis omnes Reipub. partes inueri iubet: tamen paulisper, si ita commodum vestrum fert, connivebo. sed si quinq; hominum millibus ad vim faciendā, eademque delectis, locus atq; urbs, quæ bellum facere atque instruere possit, [4] quæritur: tamēne patiemini vestro nomine contra vos fieri meritorum? armari præsidia, urbes, agros, copias, emparari? Nam agrum quidem Campanum, quem vobis obtendunt, ipsi concupiuerunt? dederint sanè. quorū nomine ipsi teneant & fruantur: tamen interea præterea: ista dona ingera continuabunt. Nam si dicunt per legem id non licere, ne per Corneliam quidem licet: at videmus vt lanzinqua mittamus Iugerum Præneſtinum à paucis possideri: [5] neque iſtorū pecuniis quicquam aliud decisse video, nisi tinsmodi fundos, quorum subsidio

1 Attentionis horum ad prolepticos refutationē, in qua partitio adiuncta vtilitatis & dignitatis adhibetur primū, & partitionis totius ex suis partium.

2 Locus artificialis ad quem refertur equitis descriptio.

3 Sententia syllogistica.

4 Copiosior Exercitus, offensionis item vitandæ causa à certone ad populum ipse exercitus. Rectius enim hostes, quā patres.

5 Redit ad assumptionis rationem, qd decemviris hic agere parcitur. Ratio in maiori ex fine.

subsidio familiarium magnitudines. & Cumanorum, ac Puteolanorum prædiorum sumptus sustinere possint. Quod si vestrum commodum spectare veniat, & coram mecum de agri Campani distributione disputet. Quæsiui ex te Calend. Ian. quibus hominibus, & quemadmodum illum agrum esses distributurus: respondit à Romulia tribu se initium esse facturum. Primum, quæ est ista superbia, & contumelia, vt populi pars amputetur, ac de tribuum negligatur? antè rusticis detur ager, qui habent, quam vrbanis, quibus ista agri spes & iucunditas ostenditur? aut si hoc ab se dictum negat, & satisfacere tribubus vobis cogitat: proferat in iugera dena describi, ab Orbiculana vsq; ad Narniensem nomina vestra prætemat [1] si non modo dena iugera dari vobis, sed ne cōsipari quidem tantum numerum hominum posse in agrum Campanum intelligetis: temēne vexari Resp. contemnet maiestatem populi Romani, diuisis vosmetipsis diuitus à Tribuno plebis patieminī? [2] Quod si posset ager ille ad vos peruenire, nōne eum tamen in patrimonio vestro temere maiestatis vocaremini fiendam pulcherrimam pop. Ro. caput vestræ pernitiæ, facis ornamentum, subsidium belli, fundamentum vectigalium, horreum legionum. solatium annonæ, desperare patieminī? An obliteſcere Italico bello amissis cæteris vectigalibus, quātos agri Cāpani fructus exercitus aluerint? An ignorati, cætera illa magnifica pop. Ro. vectigalia, periisse memētæ fortunæ, exclamatione reperis pendere? Quid ex Asia portari, quid Syria rura, quid omnia transmarina vectigalia cumulāt, tenuissima ſpecies prædorū, aut hostium emolumenta? [3] At verò hoc agri Cāpani vectigal item eiusmodi est, vt domisit & omnibus præsidiis ap-

1 Assumptio collationem minorum amplificata vel notabilis verbum Contrapari sic accipi vt concertatio tantæ luxuriæ.

2 Transitio quodam ex quæstione vtilitatis ad dignitatis qua similem quæ tamen vtraque eminenter tractatur.

3 Anticipatio collationem materiæ exparata.

pidorum tegatur: tum neque belli infelicitatem, nec fructibus varium, nec cælo ac loco calamitosum esse solet. Maiores nostri non solū id, quod à Campanis cæperant, non imminuerunt, verum etiam, quod & tenebant, quibus adimi iure non poterat, cōmerunt. Qua de causa nec duo Gracchi, qui de plebis Rom. commodis plurimum cogitauerunt, nec L. Sylla, qui omnia sine vlla religione, quibus voluit est dilargitus, agrum Campanum attingere ausus est. [a] Nullus exitit, qui ex ea possessione Rempub. dimoueret: ex qua nec Gracchorum benignitas eam, nec Sylla dominatio deiecisset. Quē agram nunc præterentes vestrum esse dicitis, & quem pariter qui ita faciūt, externi homines vestrum esse audiuntis cum erit diuisus, neque erit, neque vllus esse dicetur. At qui homines possidebunt? primò quidem acres, ad vim prompti, ad seditionem parati: qui simulac Decemuiri emerepuerint, armati in ciues, & expediti ad cædē esse possint, deinde ad pascua opibus, & copijs affluentes totum agrum Campanum perferri videbitis. Vobis interea, qui illas à maioribus pulcherrimas vestigalium sedes armis captas accepistis, gleba nulla de paternis, atq; auitis possessionibus relinquetur: ac tantum intererit inter vestram, & priuatorum diligentiam, quòd cum à maioribus vestris P. Lentulus, princeps Senatus in ea loca missus esset, vt & priuatos agros, qui in publicum Campanū incurrebant, pecunia publica coëmeret, dicitur renuntiasse, nulla se pecunia fundum cuiusquā emere potuisse, eúmque qui nollet vendere, adeo negasse se adduci posse, vt venderet, quòd cum plures fundos haberet, ex illo solo fundo nunquam malū nuntiū audiisset. Itáne vero priuatū hæc causa cōmouit? Pop. Rom. ne agrum Campanum primatis gratis

a Antapodosis dissimilitudinis aucta repetitione proximorum exemplorū.

Rullo

Rullo rogante tradat, non cōmouebit? [1] At quidem pop. Rom. de hoc vectigali potest dicere, quod ille de suo fundo dixisse dicitur. Asia multos annos vobis fructū Mithridatico bellō tulit: Hispaniarum vectigal temporibus Seruianis nullum fuit: Sicilia ciuitatibus bello fugitiuorum [2] M. Attilius etiam mutuum frumentum dedit: at ex hoc vectigali nunquam malus nūtius auditus est. Cætera vectigalia belli facultatibus assignantur: hoc vectigali etiam belli facultates sustentantur. Deinde in hac assignatione agrorū, ne illud quidem dici potest, quod in cæteris, agros desertos à plebe, atque à cultura hominum liberorum esse non oportere. Sic enim dico: si Campanus ager diuidatur exturbari & expelli plebem ex agris, nō constitui, & collocari. Totus enim ager Campanus colitur, & possidetur à plebe optima, & modestissima: quod genus hominū optimè moratum, optimorum & acerrimorum, & militum, ab hoc [3] plebicola Trib. fundus eicitur. atq; illi miseri nati in illis agris, & educati, glebis subigendis exercitati, quo se subito conferant, non habebunt: his robustis, & valentibus, & audacibus Decemuirum satellitibus agri Campani possessio tota tradetur. [4] & vt vos nunc de vestris maioribus prædicatis, hunc agrum nobis maiores nostri relinquerunt: [5] sic vestri posteri de vobis prædicabunt, hunc agrum patres nostri acceptum à patribus suis perdiderūt. Equidem existimo, si iam Campus Martius diuidatur, & vnicuique vestrum, vbi consistat, bini pedes assignentur: tamen promiscuè tote, quàm propriè parua sui parte malletis. Quare etiam si ad vos esset singulos aliquid ex hoc agro peruenturum, qui vobis ostenditur, aliis comparatur: tamen honestius cum vos vniuersi, quàm singuli

1 Apodosis ad exemplum rustici Campani per speciem similitudinis.

2 Vide num melius legatur (M. Aquilius) Nā aduersus fugitiuos in Sicilia bellum gessit Aquilius, vt cōstat ex multis locis Ciceronis.

3 hyperbaton.

4 Similitudo ad eandem quæstionem vbi fides prosopopœiæ est.

5 ἀνάθεσις similitudinis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

possederitis. Nunc verò cùm ad vos nihil pertineat, sed pareatur aliis, eripiatur vobis: nónne acerrimè, tanquam armato hosti, sic huic legi pro vestris agris resistetis? Adimagis Stellatem, quàm Campanum agrum Campano, & in eo duodena describi in singulos homines iugera, quasi verò paulùm differat ager Campanus, ac Stellatis.* Et multitudo Quirites quærunt, quæ illa omnia optimè compleantur. Nam dixi antea, lege permitti, ut qua velint municipia, quas velint veteres colonias, coloni suis occupent. Calenum municipium complebunt: Tiburtum oppidum, Atellam, Cumas, Neapolim, Tiburtum, Nucerinam, suis præsidiis deminuent. Puteolos vero, qui nunc in sua potestate sunt, suo iure, libertatéque utuntur, istos nunc populo, atque adventitius copiis occupabunt. Tunc illud exilium Campanæ coloniæ vehementer huic imperio timendum.* Capua à Decemviris vrgetur: tunc contra hanc Romam communem patriam omnium nostrum, illa altera Roma quæritur.[1] In id oppidum homines nostri Rempublicam nostram transferre conantur, quo in oppido maiores vestri nullam omnino Rempublicam esse voluerint: quo tres solùm vrbes in terris omnibus, Carthaginem, Corinthum, Capuam statuerunt posse imperij grauitatem, ac nomen sustinere. Deleta Carthago est, quòd cùm hominum copiis, tum ipsa natura, ac loco, succincta periculis, armata præsidiis, excurrere ex Africa, immineréque ita finitimissimis insulis populo Rom. videbatur. Corinthi vestigium vix relictum est. erat enim posita in angustiis, atque in faucibus Græciæ, sic vt terra claustra locorum teneret, & duo maria maximè nauigationi diuersa, penè cum iungeret, cum pertenui discrimine separarentur.[2] Hæc quæ procul erant à conspectu imperij, non solùm

* Desideratur nãsial.

* Vide num præstet legi, Capuam imperatur.

1 Sequitur indignatio vehemẽs ex dissimilitudine malorum & Rulli.

ἀπόστασις longior & de causis afficiarum vrbiũ

2 Concludũtur causæ euersionũ Carthaginis & Corinthi

solùm afflixerunt, sed etiam nequando recreata exurgere, atq; erigere se possent, funditus, vt dixi, sustulerunt. De Capua multum est, & diu consultum: extant literæ Quirites publicæ: sunt Senatusconsulta complura. Statuerunt omnes sapientes, si agrum Campanum ademissent, magistratui, Senatum, publicum ex illa vrbe consilium sustulissent, imaginem Reip. nullam reliquissent, nihil fore quòd Capuam timeremus. Itaque hoc perscriptum in monumẽtis veteribus reperietis, vt esset vrbs, qua res eat, quibus ager Campanus coleretur, suppeditare posset, vt esset locus comparandis, condendísque fructibus: vt aratores cultu agrorum defessi, vrbis domicilijs viterentur: dicerem illa ædificia non esse deleta.[1] Videte quantum interuallum sit interiectum, inter maiorum nostrorum consilia, & inter istorum hominum dementiam. Illi Capuam receptaculum aratorum, nundinas rusticorũm, cellã atque herreum Campani agri esse voluerunt: hi expulsis aratoribus, effusis ac dissipatis fructibus vestris, eandem Capuam sedem nouæ Reipu. constituant. molem contra veterem Rempu. comparant.* Quòd si maiores nostri existimassent, quemquam in tam illustri imperio, & tam præclara Rep. Rom. disciplina, Brutis aut P. Rullis similem futurum (hoc enim nos duos adhuc videmus, qui hanc Remp. Capuã tutam transferre vellent) profectò nomen illius vrbis non reliquissent.[3] Verùm arbitrabantur Corinthio, & Carthaginiẽ, etiam si Senatum, & magistratum sustulissent, agrumq; eiusdem ademissent, tamen non defore, qui illa restituerẽt, atq; qui ante omnia commutarent, quam nos audire possemus:* hîc verò in oculis S. P. Q. R. nihil posse existere, quod non antè extingui, atque opprimi possit.

1 Antepodosis eſt, cuius initio ſumma ſuperioris ἀποστάσεως repetitur.

2 Commoratur in diſtimili maiorũ facto & adiũctis amplificat.

3 Aſſumptio eſt, in qua diſſimilitudinis ſpecie repetuntur exempla Carthaginis & Corinthi.

4 ἀντανάκλασις: proxime diſſimilitudinis.

1 Dissertatur ad hunc in comparationem facto, & exemplis illustrat, quæ Capua sit affecta, postea nil nocuerit.

2 Argumentatur ex remotione causarum efficientium.

3 Ex remotione subiectorum demonstrat remotionem adiunctorum.

4 Allegoria est ab animalis corpore.

5 Iterat eandem sacrorum dissimilitudinem ad confiandam Rullo inuidiam.

posset, quàm plane exortum ac natum esset.[3] Neque verò ea res fefellit homines diuina mente, & consilio præditos nam post Q. Fulvium, Qu. Fabium COSS. quibus Consulibus Capua deuicta, atque capta est, nihil est in ea vrbe contra hanc Reipub. non dico factum, sed omnino excogitatum. Multa postea bella gesta cum regibus, Philippo, Antiocho, Persa, Pseudophilippo, Aristonico, Mithridate, & cæteris: multa præterea bella grauia Carthaginiensium, Corinthiorum, Numantinorum: multæ in hac Repu. seditiones domesticæ, quas prætermitto: bella cum Socijs, Fregellanis, Marsicum: quibus omnibus domi foris externisque bellis Capua non modò non obfuit, sed opportunissimam se nobis præbuit, & ad bellum instruendum, & ad exercitus ornandos, & tectis, ac sedibus suis excipiendos, homines non inerant in vrbe, qui malis conciuibus, turbulentis Senatusconsultis, iniquis imperijs Reip. misererent, & rerum nouarum causam aliquam quærerent:[3] neque enim conuocandi potestas erat cuiquam, nec consilij capiundi publici: non gloriæ cupiditate efferebantur, præterea quòd vbi honos publicè non est, ibi gloriæ cupiditas esse non potest: non contentione, non ambitione discordes.[3] nihil enim supererat, de quo certarent: nihil quod contra peterent: nihil vbi dissiderent. Itaque illam Campanam arrogantiam, atque intolerandam ferociam, ratione, & consilio maiores nostri ad interrissimum, & desidiosissimum etiam perduxerunt: sic & crudelitatis infamiam effugerunt, quòd vrbem ex Italia pulcherrimam non sustulerunt: & multum in posterum prouiderunt: quod neruis vrbis omnibus[4] excisis, vrbem ipsam solutam, ac debilitatam reliquerunt.[5] Hæc consilia maiorum M. Brute, vt an

vt antea dixi, reprehendenda, & P. Rulle vita sunt: neque te P. Rulle omnia illa M. Brutis, atque auspicia à simili furore deterrent. nam & ipse qui deduxit. & qui magistratum Capuæ,[6] & Interreanti ceperunt: & qui aliquam partem illius deductionis, honoris, muneris attigerunt, omnes acerbissimas impiorum pœnas pertulerunt.[7] Et quoniam Brutj, atque illius temporis fecimentionem, commemorabo id quod egomet vidi: cùm venissem Capuam, coloniam deductam L. Considio, & Sex. Saltio (quemadmodum ipsi loquebantur) Prætoribus: vt intelligatis, quantam locus ipse afferat superbiam: qua paucis diebus, quibus illa colonia deducta fuit perspici atque intelligi potuit. Nam primùm id quod dixi, cùm exercitui in coloniis Duumuiri appellentur, hi se Prætores appellari volebant.[2] Quibus primus annus hanc cupiditatem attulisset, nonne arbitramini paucis annis fuisse Consulum nomen appetitum? Deinde anteibant lictores, non cum bacillis sed, vt hic[3] Prætoribus antecunt, cum fascibus duobus, erant hostiæ maiores in foro constitutæ, quia ab his Prætoribus de tribunali, sicut à nobis Consulibus de consilij sententia probatis, ad præconem, & ad tibicinem immolabantur. deinde patres conscripti vocabantur.[4] Iam verò vultum Considij videre, ferendum vix erat. quem hominem vt grandi macie torridum, Romæ contemptum, abiectum videbamus, hunc Capuæ Campanæ superbiæ, ac regio spiritu cùm videremus, Magios, Blosios mihi videbar illos videre, ac Iubellios.[5] Iam verò qui metus erat tunicatorum illorum & in Albana, & Seplasia, quæ concursatio percontantium, quid Prætor edixisset? vbi cænaret? quid enuntiasset? Nos autem, hinc Roma

qui

1 Disputatur ex adiunctis loci capta Capuæ superbos efficiisse quæ primum probatur testimonijs illius de deductis Romanis protinus superba & nomina, & insignia sumpserint.

2 Collatio pariès est. Primo anno Prætores appellati sunt, paucis post annis igitur Consules esse appellati.

3 Ex hoc loco attende Prætoribus in vrbe agentibus binos fasces tantum præferri solitos.

4 Continuatur arrogantia propositæ ex adiunctis personæ & collatione singulorum.

5 Argumentum est ex adiunctis, quod coloni de tan

Pectore tam fœcundi ebiti, vt illis etiam Romanis peregrini viderentur. Tunicatos autem vocat inopes, egentes. quo modo loquitur Horatius. Villa venden tem tunicato seruus popello.

1 Explicatio generalis propositionis & tres species, in quibus ex hac causa eum eluditur esse suæ morum.

qui veneramus, tam non hospites, sed peregrinis atque aduenæ nominabamur. Hæc qui præfecerint, maiores nostros dico Quirites, non est in deorum immortalium numero, venerandos à nobis, & colendos putatis? Quid enim viderunt? hæc quod nunc vos quæso perficite, atque cognoscite. non ingenerantur hominibus mores tam à stirpe generis, ac seminis, quam ex ijsdem, quæ ab ipsa naturæ loci, & à vitæ consuetudine suppeditantur, quibus alimur, & viuimus.[1] Carthaginienses fraudulenti, & mendaces, non genere, sed natura loci, quòd propter portus sint multis & variis mercatorum & aduenarum sermonibus ad studium fallendi, studio quæstus vocabantur. Ligures montani, duri, atque agrestes: docuit ager ipse nihil serendo, nisi multa cultura, & magno labore quæsitum. Campani semper superbi bonitate agrorum, & fœcunditate magnitudine, urbis salubritate, descriptione, pulchritudine. Ex hac copia, atque omnium rerum affluentia, primum illa nata sunt: arrogantia, quæ à maioribus nostris alterum Capua Consulem postulauit: deinde ea luxuries, quæ ipsum Annibalem armis etiam tum inuictum, voluptate vicit. Huc tibi Decemuiri, cùm numerum eorum ex lege Rulli deduxerint, centum Decurriones, decem Augures, sex Pontifices constituerint: quos illorum animos, quos impetus, quam feroces fore putatis? Roma in montibus posita, & conuallibus, cauernis subiectam atque suspensam, non optimis viis, angustissimis semitis, præsum Capua planissimo in loco explicata, ac prælatis fossitijs irridebunt, atque contemnent. Agros vero Vaticanum & Pupiniam, quam sunt optimis atque vberrimis campis conferendos? silicet non

2 Prosequitur arrogantiã Campanã & hi coloni Romam & Romanos agros oppidaq; despecturi sint.

putabunt, oppidorum autem finitimorum illam copiam cum hac per risum, ac per iocum contemnent: Labicos, Fidenas, Collatiam, ipsum hercle Lanuuium, Aricinum, Tusculum, cum Calibus, Teano, Neapoli, Puteolis, Cumis, Pompeijs, Nuceria comparabunt.[1] Quibus illi rebus elati, & inflati fortasse non continuò, sed certè, si paulùm assumpserint vetustatis, ac roboris, non continebuntur, progredientur longius, efferentur. Singularis homo primum, nisi magna sapientia præditus, vix facilè sese regionibus offert, magnis in fortunis, & copijs continet: nedum illi ab Rullo, & Rulli similibus conquisiti, atque electi coloni, Capuæ, in domicilijs superbis, atque in sedibus luxuriæ collocati, non statim conquisituri sint aliquid sceleris, & flagitij.[2] imò verò etiam hoc magis, quàm illi veteres, germanitij Campani, quòd in vetere fortuna illos natos & educatos, mimic tamen rerum omnium copia depranabãt[3] hi ex summa egestate, in eandem rerum abundantiam traducti, non solùm copia, verùm etiam insolentia commouebuntur.[4] Hæc tu P. Rulle M. Brute sceleris vestigia, quàm monimenta maiorum sapientiæ sequi malueritne tu cum istis tuis alterubus excogitastis, vt vetera vectigalia venderetis, & ex pleretis noua.[5] Vrbs Capuam ad certamen dignitatis opponere vis: vt sub vestrum imperium iurisdictionem, potestatem, vrbes, nationes, prouincias, liberos populos, Reges, terrarum denique orbem subiungeretis?[6] vt cum omnem pecuniam ex ærario exhaustam, ex vectigalibus redactam, ab omnibus Regibus, tantibus, imperatoribus nostris exegissitis, tamen omnes vobis pecuniæ ad naturam vestram penderent:[7] vt isdem partim inuitis sit agros à Syllanis possessoribus, partim desertos ac pestiles

1 Conclusitur ex superioribus causis fortuna superbia, & duplici maiorũ collatione tertia amplificatur.

2 Secunda collatio est eiusdẽ generis.

3 Redditio collationis secundæ.

4 Complexio est longissimæ dissimilitudinis de dissimili facto maiorum & Rulli, vbi peroratio incipit: primũ confuse quodam aliquot capitã epilogo eodem de amplificatione tyrannorum contẽta.

5 Secundum epilogi caput de Campana colonia, cui finis legis annectitur de potestate tyrannica.

6 Tertium caput.

7 Quartum caput.

1 Quinam caput.

2 Sexcim ea jur de Pompelo exaggeratum perfona adiunctis, de quibus antea.

3 Octauum caput de facultatibus tyrannicæ potestatis, quæ variarum rerũ congerie amplificantur.

4 Epilogus adhortatiõ amplificatio sequitur: quanquam & antea amplificatio fuit, sed rhetorea per orationis

hãc alteram partem fit appellant: Amplificatio igitur sequitur partim ad terrorem Tribuni, partim ad gratiam Consulis. Argumẽtum fere de proœmio repetitur ex adiunctis. Syllogismus primꝰ ita concluditur: Consules virtutis commendatione facti, Rempestilentes, à vestris necessariis, à vobismetipse emptos, quanti velletis Pop. Roman. inducueretis: [1] vt omnia municipia, colonias q; Italiæ nouis colonis occuparetis: vt quibuscunque in locis vobis videretur, ac quam multis videretur, colonias collocaretis: vt omnem Rempu. vestris militibus, vestris vrbibus, vestris præsidiis cingeretis, atque oppressam teneretis: [2] vt ipsum Cn. Pompeium, cuius præsidio sapissimè Pop. Ro. contra acerrimos hostes, & contra improbissimos ciues vestros extitit, proscribere, atque horum consilio priuare possetis: [3] vt nihil auro & argento vinlari, nihil numero, & suffragiis declarari, nihil elata manu perfringi posset, quod non vos oppressum, atque eruptum teneretis: vt volitaretis interea per gentes, per regna omnia cum imperio summo, cum iudicio infinito, cum omni pecunia: vt veniretis in castra Cn. Pompeij, atque ipsa castra, si commodum vobis esset, venderetis: vt interea magistratus reliquos legibus omnibus soluti, sine metu iudiciorum, sine periculo petere possetis: vt nemo ad Pu. Rom. vos adducere, nemo producere, non Senatus cogere, non consul cœrcere, non Trib pleb. retinere posset. [4] Hæc ego vos concupisse pro vestra stultitia, atque intemperantia non mirer: sperasse me Consule assequi posse, demirer. Nam cum omnium Consulum grauis in Rep. custodienda cura, ac diligentia debet esse tum eorum maximè, qui non in cunabulis, sed in campo sunt Consules facti nulli Pop. Roman. præ me maiores mei spopondernnt: mihi creditum est: à me petere, quod debeo, me ipsum appellare debetis. Quid admodum, cùm petebam, nulli me vobis autores generis mei commendarunt: sic, si quid deliquero, nulla sunt imagines, quæ me à vobis deprecentur. Quare, modò

modò vt vita suppetat, quanquam ego sum is, qui eam possim ab istorum scelere, audiisque defendere: pollicear hæc vobis Quirites bona fide, Rempu. vigilanti homini, non timido: diligenti, non ignauo commissistis. Ego is Consul, qui concionem metuam? qui Trib. pleb. perhorrescam? qui sæpe, & sine causa tumultuer? qui timeam ne mihi in carcere habitandum sit, si Trib. pleb. duri inssisset? ego vndam vestris armis armatus, insignibusque amplissimis ornatus, imperio, auctoritate, non horrui in hunc locum progredi posse, vobisq; autoribus improbitati hominis resistere: nunc verear, ne Reipublicæ tantis munita præsidiis ab istis vinci, aut opprimi possit? Si antea timuissem, hac concione, hac populo certè non vererer. Quis enim vnquam tam secunda concione legem Agrariam suasit, quam ego dissuasissi hoc dissuadere est, ac non disturbare, ac peruertere. [1] Ex quo intelligi potest, nihil esse tam populare, quam id, quod ego vobis in hunc annum Consul popularis affero, pacem, tranquillitatem, otium, quæ nobis designatis timebatis, ea ne accidere possint consilio meo, ac ratione prouisa sunt. non modò vos eritis in otio, qui semper esse voluistis, verum etiam istos, quibus otiosi negotium faciebamus, otiosissimos reddam. [2] Etenim illis hoc neuet, potestates, diuitiæ, ex tumultu, atque ex dissensionibus ciuium comparari solent: vos quorũ gratia in suffragiis consistit, libertas in legibus, honos in iudiciis & æquitate, magistratus & res familiares in pace, omni ratione otium tenere debetis. Nam etsi ij, qui propter desidiam in otium vsi sunt, tamen in sua turpi inertia capiunt voluptatem: * sub ipso otio, quæ vos fortunam regitis, si hæc statum, quem habetis, esse meliorem non ignoratis, non vt quæsitum, sed vita partum otium tenue-

maximè rueri debent. Cicero talis est maximè itaque tueri debet.

1 Syllogismꝰ alter amplificationis. Quæ pacẽ tuetur, popularis est: Cicero pacẽ tuetur: popularis igitur. Sententia propositionis & assumptionis primo loco confunditur. Assumptio deinde factis Ciceronis approbatur. & maiorum collatione.

2 Adhortatio interposita ad otium per dissimilitudinem agrariorum & bonorum ciuiũ. vtraque pars facis a diuersis exponitur.

*

vitis.[1] Quid ego de concordia, quam mihi constitutis cum collega, inuitissimis in hominibus, quos in Consulatu inimicos esse & animis, & [2] corporis actibus prouidi: omnibus prospexi sanè, & renouauit eadem Tribunis plebi denuntiauit, quid turbulentissimo Consule conflarent.[3] Summum, & firmissimum est illud communibus fortunis præsidium Quirites, ut quales vos hodierna die maxima concione mihi præstabitis vestra præbuistis, tales reliquis temporibus Pop. Romanum præbeatis. pro certo vobiscum hæc vobis, atque confirmo, me esse perfecturum, ut iam tandem illi, qui inimici mihi erunt meo, tamen vos universos in Consule delegendo plurimum vidisse fateantur.

1 Præmissa lenius reprehenditur Rullus, & abstinetur Cæsarem laniandum.

2 Ratio propositionis ex actionibus, quæ hæc disceptatio æqua, vti tali, congrua fuisset.

3 Sententia assumptionis hic concludi tur.

DE LEGE AGRARIA CONTRA RVLLVM TRIB. PLEB. AD POPVLVM.

ORATIO. XVII.

[1] OMMODIVS fecisset Trib. pleb. Quirites si, quæ apud vos de me detulerant, ea coram potius me præsente dixissent.[2] nam & æquitatem vestræ disceptationis, & consuetudinem superiorum, & ius suæ potestatis retinuissent.[3] Sed quoniam adhuc præsens certamen, contentionémque fugerunt, nunc, si videtur ei, in meam concionem prodeant, & quòd prouocati à me, venire noluerunt, reuocati saltem reuertantur. Video quosdã Quir

Quirites strepitu significare nescio quid, & non eosdem vultus, quos proxima mea concione prædixerunt in hanc cauernam mihi retulisse. Quæro à vobis, qui nihil de me credidistis, vt eam voluntatem, quam semper habuistis erga me, retineatis: à vobis autem, quos leuiter commutatos esse sentio paruam excipio temporis vsuram bonæ de me opinionis postulo,[1] vt eam, si quæ dixero, vobis vrnabo, perpetuo retinendi: sin aliter, hoc ipso in loco deponam, atque abiiciam reiiciamque.[2] Completi sunt animi, auresque vestræ Quirites, me gratias autem septem tyrannis, cæteris que Syllanorum assignationum possessoribus, Agraria lege, & commodis vestris existere hæc si quæ crediderint, vinci prius crediderint necesse est, hac lege Agraria, quæ promulgata sit, adimi Syllanos agros, vsque dumdè, aut denique nullas primarum possessiones, vt in eas vos deducamini.[3] Sic fendo, non modo non adimis cuiquam glebam de Syllanis agris, sed etiã agrorum certo vacuæ legis imprudentissimè confirmari atque sanciri si docco agris his, qui à Sylla sunt dati, sic diligenter Rullum sua lege consulere, vt facile appareat eum legi, non à vestrorum commodorum patrono, sed à [4] Valgij genere esse conscriptam: nam quo est causa Quirites, quam ista comminatione, quam me absentem vsus est, non solum meam, sed etiam vestram de lege tua, pudentissimique detexerunt? Caput est legis x l. de qua ego consulto Quirites neque apud vos antè feci mentionem, ne aut refricare videar illam iam Reipubli cicatricem videre, aut aliquid alienissimo tempore nouæ dissensionis commouere.[5] neque verò nunc ideo disputabo, quid hunc statum Reipubl. non magnopere

1 Dilemma ex factis contrariorum, qualis æquitatis postulatio tum illa secunda actione agenda. Quæ cum expedire, si falsa &c.

2 Quæstio est rationis quæ dicitur, quod Cicero Syllanæ tyrannidi fundos & populum opponat. Argumentum ex comparatione contrariorum Syll. comes. cæteri Patres tui & naturalis in eo potius sunt.

3 Assumptionis summa & hypothesis propositionis hoc loco & quæ eadem hypothesis explicationem, vbi agit de quadragesimo capite legis.

4 Hic erat locus reprehendendi Rullum, & Dolabellam, cum quo proximè reprehendendis alium cur-

defendendum putem: præsertim qui etiã, & contra dia patronum me in hunc annum Reipubli. profitlus sim: sed ut doceam Rullum postnac in his saltem tacere rebus, in quibus de se, & de suis factis tacere velit.[1] Omnium legum iniquissimam, dissimillimámque legis esse arbitror eam, quam L. Flaccus Interrex de Sylla tulit, ut omnia quæcunque ille fecisset, essent rata.[2] Nam cùm cæteris in ciuitatibus, tyrannis institutis, leges omnes extinguantur, atque tollantur, hic Reipubl. tyrannum lege constituit. Est inaudita lex, sicut dixi: verumtamen habet excusationem, non enim videtur hominis lex esse, sed temporis.[3] Quid si est hac multò impudentior? Nam Valeria lege, Corneliúsque legibus eripitur, cum datur: coniungitur impudens gratificatio, cum acerba iniuria. sed tamen habet in illis legibus spem nonnullam ille, cui ademptus est: alquem scrupulum, cui datus est. Rulli cautio est hæc,[4] QVAE POST C. MARIVM, CN. PAPIRIVM CONSVLES, quàm procul à suspicione fugit, quod eos Consules, qui aduersarij Syllæ maximè fuerunt, petissimum nominauit. Si enim Syllam Dictatorem nominasset, perspicuũ fore, & inuidiosum arbitratus est. Sed quem vestrum tam tardo ingenio fore putauit, cui post eos Consules Syllam Dictatorem fuisse in mentem venire non posset?[5] Quid ergo sit Marianus Tribunus pleb. qui nos Syllanos in inuidiam rapit? QVAE POST MARIVM ET CARBONEM COSS. agros, ædificia, lacus, stagna, loca, possessiones, cultum, & mare prætermisit, cætera complexus est, PVBLICE DATA, ASSIGNATA, VENDITA, CONCESSA SVNT, æquo Rul

1 Collatio contrariorum est ad exaggerandũ id propositi capitis inuidiam.

2 προτάσεως amplificatio ex dissimilibus.

3 ἀνάθεσις collationis, cuius ὑποτάσεως enumeratio rursus adiungitur ex variis adiunctis.

4 Principiũ propositi capitis, in quo insidias Rulli manifesto detegit Syllanæ proscriptionis donationes definito illo tempore contineri indicans: Arg. ex subiectis.

5 Accusationis causa. Locus è dissentaneis inducitur.

6 Ironia duplex.

Rulle? post Marium & Carbonem COSS. quis assignauit? quis dedit? quis concessit, præter Syllam? EA OMNIA EO IVRE SINT. quo iure? labefactat videlicet nescio quid nimium acer, nimium vehemens Tribunus pleb. Syllana rescindit,[1] VTQVE OPTIMO IVRE PRIVATA SINT, etiámne meliore, quàm paterna, & auita? meliore. At hoc Valeria lex non dicit: Cornelia leges non sanciunt. Sylla ipse non postulat. Sæpti agri partem aliquam iuris, aliquam similitudinem propriæ possessionis, aliquam spem diuturnitatis attingunt: nemo est tam impudens istorum, quin agi secum præclarè arbitretur.[2] Tu verò Rulle, quid quæris? quod habent, vt habeant? quis vetat? vt priuatum. sed ita latum est, vt melior tui fœderis fundus Irpinus sit, siue ager Irpinus (totum enim possidet) quàm meus paternus, auitúsque fundus Arpinas. ad enim cautes.[3] optimo enim iure ea sunt prædia, quæ optima conditione sunt. libera meliore iure sunt, quàm serua. Capite hoc, omnia quæ seruiebant, non seruient. soluta meliore in causa sunt, quàm obligata. Eadem capite obligata omnia, si modò Syllana sunt, liberantur, immunia commodiore conditione sunt, quam illa, quæ pensitant.[4] ego Tusculanis pro aqua * Crebra vectigal pendam, qui à municipio fundum accepi: si à Sylla mihi datus esset, Rulli lege non penderem.[5] Video vos Quir. sicuti res ipsa cogat, commoneri, vel legis, vel orationis impudentiæ: legis, quæ ius melius Syllanis prædiis constituat, quàm paternis: orationis, qua eius modi causa insimulare quenquam audeat, rationes Syllæ nimium vehementer defendere.[6] At si illa solum sanci-

1 Hic capitis sententia adhuc suffentatione suspensa cõcluditur, & duplici collatione exaggeratur minorum & dissimilium.

2 ἀνάθεσις per apostrophẽ & dialogismum, vbi repetitur eiusdem latio minorũ paulòante posita.

3 Verbi definitio quædã est ad instituram amplificationem.

4 Dissimilitudine continuatur amplificatio.

*Crebra

5 Hic attende vim eloquentiæ quæ paucis verbis Ciceroni reconciliauit plebẽ antè infestam.

6 Comparatio maiorum, quòd Rullus hoc capite plura lanciat quàm Syllas. Syllog propositio præcedit.

Universidad de Deusto
biblioteca

1 Attentionis locus ad assumptionis approbationē, ad quam repetitur verba legis antecedentia, & eorum sensus breviter exponitur & concluditur.

ciret, quæ à Sylla essent data, tacerem, modò ipse se Syllanum esse confiteretur: sed non uno illis cauet, verùm etiam aliud quoddam genus donationis inuenit: & is qui à me Syllanas possessiones defendi criminatur, non eas solum sanciit, verùm ipse nouas assignationes scribit, & repentinus Sylla nobis exoritur. [1] Nam attendite, quantas confessiones agrorū hic noster obiurgator uno verbo facere conetur. QVAE DATA, DONATA, CONCESSA, VENDITA. patior. audio. Quid deinde? POSSESSA. hæc Triboleti promulgare ausus est? at quod quisque post Marium & Carbonem COSS. possideret, id eo iure teneret, quo optimo priuatum: etiamne si vi eiecit? etiamne si clàm si precario venit in possessionem? Ergo hac lege ius ciuile, causa possessionum. Præterea interdicta tollentur. Non uacuo res, neque parum sub hoc uerbo furtum Furiis latet. Sunt enim multi agri lege Cornelia publicati, nec cuiquam assignati, neque uenditi, qui à paucis hominibus imprudentissimè possidentur: his caueo, his desidit, his priuatos facit: his inquam agros, quos Sylla nemini dedit, Rullus non uerbis assignare uult, sed in condonare, qui possident. [2] Causam quæro, cur ea, quæ maiores uobis in Italia, duabus Hispaniis, Macedonia, Asia quæsierunt, uenire patiamini, cum ea quæ uestra sunt, condonari possessoribus eadem lege uideatis? [3] Iam totam legem intellexeris, cum ad pascuorum dominationem scripta sit, ad Syllanæ assignationis rationes esse accommodatissimam. Nam socer huius uir multum bonus est: neque ego, nunc de illius bonitate, sed de genere impudentiæ disputo. Ille enim, quodlibet, retinere uult: neque se Syllanum esse dissimulat. Hic ut ipse habeat, quod non habet,

2 Digressiuncula est in eo tam legē. Hoc capite vestra vobis Rullus eripit, cætera igitur eripi vobis ne patiamini.

3 Aggreditur peculiaria non minora & assumit à Valerio pluribus iniquè defensa. Vel igitur assumptio prohibitæ vel iuste notam inuenuste pertringit.

habet, quæ dubia sunt, per uos sancire uult: & cum plus appetat quàm ipse Sylla, quibus ego rebus resisto, Syllanas res defendere criminor.

[1] habet agros nonnullos, inquit, sacer meus desertos atque langueuntes: uendet eos mea lege, quanti uiles. habet incertos ac nullo iure possessos: confirmabantur optimo iure habet publicos: reddam priuatis. [2] denique eos fundos, quos in agro Casinati optimos, fundissimum contineant, cum usque eo uicinus possideret, quo ad oculos continuando, ex multis prædus unam fundi regionem, formāque perfecerit: quos nunc cum alieno metu tenet, sine ulla cura possidebit. [3] Et quentam, quæ de causa, & quorum causa ille hoc promulgauit, ostendi: docebat ipse, num ego quem possessorem defendam, cum Agraria lege resisto. Syllam Scantiam uendidisse possidet: desidio Campanum agrum diuidis: uos istis in possessione: non cedo. Deinde Italia, ex terrarumque prouinciarum possessionibus uenalis ac proscriptas hac lege uideo: uestra sunt prædia, uestræ possessiones: resistam atque repugnabo: neque patior à quoquam populum Romanum de suis possessionibus me Consule deiuncti: præsertim cum uobis nihil quæratur. hoc enim uos in errore uersari diutius non aperiet. Num quis uestrum ad uim, ad facinus, ad eadem accommodatus est? nemo. Atqui ei genere hominum, mihi credite, Campanus ager, & prætoria illa Capua seruatur: exercitus contra uos, contra libertatem uestram, uenit a Cn. Pompeium constituitur: contra hanc urbem Capua, contra uos manus hominum audacissimorum, contra Cneum Pompeium decem duces comparātur.

1 Prosopopœia est, qua tacitas Rulli cogitationes per oculis subiicitur.

2 Conclusio est prosopopœiæ, vbi crimenatis & impotentiæ hominis possessionum rapina declaratur.

3 Confirmata adhuc prima assumptio est, quod Rullus tuto lege Syllanas assignationes defendat. Concluditur igitur deinceps prima quæstio (Quare Cicero non est Syllanæ tyrannidis patronus) & illustratur breui superioris concionis epilogo, vbi dialogismus

2 orbis concludatur est

Veniant curàm, & quoniam me in vestram conciunem vobis flagitantibus connecauerunt, disserant.

PRO C. RABIRIO PERDVELLIONIS REO, AD QVIRITES.

ORATIO XVIII.

[1] *TSI Quirites non est mea consuetudinis, initio dicendi rationem reddere, qua de causa quenque defendã, propterea quid cum omnibus ciuibus in eorũ periculis semper satis iustam mihi causam necessitudinis esse duxi: tamen in hac defensione capitis, fama, fortunarum omnium C. Rabirij, proponẽda ratio videtur esse efficiẽs mihi* [2] *propterea quid quæ iustissima mihi causa ad hunc defendendum esse visa est, eadẽ vobis ad absoluendum debet videri.* [3] *Nam me cum amicitia vetustas, tum dignitas hominis, tũ ratio humanitatis, tum mea vite perpetua consuetudo, ad C. Rabirium defendendum est adhortata: tum verò vt id studiosissimè facerem, salus Reipub. Consulare essicium, Consulatus denique ipse mihi una vobiscum cum salute Reipubli. commendatus, cẽgit.* [4] *Non enim C. Rabirium culpa delicti, non inuidia, vitæ, turpitudo, non denique veteres, iniqua, grauisque inimicitiæ ciuium, in discrimen capitis vocauerunt: sed vt illud summum auxilium maiestatis*

1 Exordium eũ re ipsa cõtinuũ statim proponit summam quæstionẽ huius orationis causarum cum effectis comparatione confirmatam. Syll. est primæ figuræ omnib' partibus constans.

2 Propositio augetur præpositæ dissimilitudine.

3 Assumptio est ancta minorum causarum collatione.

4 Accusatio nis in Rabiriũ intentæ causas ostendit per dissimilitudinem. Quod quidẽ pertinet ad illustrandam assumptionẽ.

statis, atque imperij, quod nobis à maioribus est traditum, de Reipubli. tolleretur: vt nihil posthac auctoritas Senatus, nihil Consulare imperium, nihil consensio bonorum contra [1] *pestem, ac perniciem ciuitatis valeret: ideirco in his rebus exercendis vnius hominis* [2] *senectus, infirmitas, solitudoque tentata est.* [3] *Quamobrẽ si est bonꝰ Consulis, cum cuncta auxilia Reip. labefactari, conuellique videat, ferre opem patriæ, succurrere saluti, fortunisque communibus, implorare ciuium fidẽ, suam salutem posterioré salute communi ducere: est etiam bonorum & fortiũ ciuiũ, quales vos omnibus Reipub. temporibus extitistis, intercludere omneis seditionum vias, munire præsidia Reipu. summum in Consulibus imperium, summum in Senatu consilium, putare: ea qui secuti sit, laude potius & honore, quàm pœna & supplicio dignum iudicari.* [4] *Quamobrem labor in hoc defendendo præcipuè meus est. studium verò conseruandi hominis commune mihi vobiscum esse debebit.* [5] *Sic enim existimare debetis Quirites, posthominum memoriam rem nullam maiorem, magis perniculosam, magis ab omnibus vobis prouidẽdam, neque à Trib. pleb. susceptam, neque à Consule defensam, neque ad Popul. Rom. esse delatam. Agitur enim nihil aliud in hac causa Quirites, quàm vt nullum sit posthac in Reipubli. publicum consilium, nulla bonorum consensio contra improborum furorem & audaciam, nullum extremis Reipubli. temporibus perfugium, & præsidium, salutis.* [6] *Quæ cum ita sint, primum, quid in tanta dimicatione capitis, famæ, fortunarumque omnium fieri necesse est, ab Ioue Optimo Max. saturisq; dijs, deabúsque immortalibus, quorum ope & auxilio multo magis hæc Respubli. quàm ratione hominum & consilio*

1 Metonymia dua 2. modi.
2 Metonymia tres quarti modi.
3 Complexio syll. aucta repetitione argumenti & principalis defensionis sententiam in genere continens.
4 Complexio (peculiarim & definitè iterativi notabis synecdochen secundi generis in vocabulo (hominis)
5 Confirmat studij adhibẽdi magnitudinem ex rerũ huic iudicio subiectarum magnitudine.
6 Complexio nis sententiæ tertiũm iterata altijs verbis paulũ immutata rhetorico schemate deprecationis exornatur.

gubernatur, pacem ac veniam peto: precórq; ab ijs, vt hodiernum diem, & ad hunc salutem conseruandam, & ad Rempub. constituendam, tlu vesse patiantur. Deinde vos Quirites, quorum potestas proximè ad deorum immortalium numen accedit, oro, atque obsecro, quoniam tempore vita C. Rabirij hominis miserrimi, atque innocentissimi, salus Reipub. vestra manibus, suffragijsque permittitur adhibeatis in humanis fortunis misericordiam, an Reipub. salute sapientiam, quam soletis. [1] Nunc quoniam T. Labiene, diligentiæ meæ, temporis angustus obstitit, neque ex comparato & constituto spatio defensionis in seminera curriculum cœpisti, parabitur, & quod iniquissimum est, accusatoris conditione: & quod miserrimum, inimici potestati, quæquam in hac prescriptione seruitera, patroni mihi partes reliquisti. Consulis ademisti: propterea quòd ad defendendum properandum fuit: non hoc tempore vti, verum ad conquerendum parum. [2] Nisi forte de locis religionis, ac de locis, quos ab hoc violatos esse dixisti, plurimis verbis tibi respondendum putas: quo in crimine nihil est vnquam abte dictum, nisi a C. Macro obiectum esse crimen id C. Rabirio in quo ego demiror, memoriæ te quid obiecerit C. Rabirio Macer inimicus: oblitum esse, quid aqui, & iurati iudices iudicarint. [3] An de proiulatu facto, an de tabularij incensa longa oratio est exprimenda? quo in crimine propinquus C. Rabirij iudicio clarissimo C. Curtius pro virtute sua est innocentissimè liberatus: ipse verò Rabirius non modò in iudicium horum criminum, sed ne in tenuissimam quidem suspicionem verbo est vnquam vocatus. [4] An de seruorum filio diligentius respondendum est? quem ab hoc

neca

1 Aduersis personam ad accusatorē cui ex indignitate factorum & atrocitate indignidem confluere conatur, & Rabirio misericordiam quærere.

2 Hoc loco leuiora crimina quasi appendens principalis criminis refellere incipit. Primum autem eludit apophasi rhetorica, deinde iudicium sententia refundit.

3 Secundum & tertiū collationē malorū refellitur.

4 Quartum crimen refellitur ex repugnantibus adiunctis propositi finis. Repugnat enim indigniorem esse finem ei quod ad finē assequendum adhibetur.

necatum esse dixisti, cum adiudicij morum familiaris funeris excusatio quæreretur. Quid enim est tam verisimile, quam chariorem huic sororis maritum, quàm sororis filium fuisse? atque ita chariorem, vt alter vita crudelissimè priuaretur, cum alteri ad probationem iudicij biduum quæreretur. An de seruis alienis contra legem Fabiam retentis, aut de ciuibus Romanis contra legem Porciam [1] verberatis, aut necatis, plura dicenda sunt, cum tanto studio C. Rabirius totius Apuliæ, singulari voluntate Campania vicinitatis ornatus, cunque ad eius periculū propulsandum non modò homines, sed propè regiones ipsæ conuenerint: aliquanto etiā latius excitata, quā ipsius vicinitatis nomen ac termini postulabant? [2] Nam quid ego ad id longam orationem comparē, quod est in eadem multa irrogatione præscriptū, huncne sua, nec alienæ pudicitiæ peperciss? Quin etiā suspicor eò mihi seruitera à Labiene præstitutam esse vt ne plura de pudicitia dicerē. [3] Ergo ad hæc crimina, quæ patroni diligentiā desiderant, me lege vobis seruiturum illam nimis longam fuisse. Illam alteram partē de nece Saturnini, nimis exiguam atq; angustā esse voluisti: quæ non oratoris ingenium, sed Consulis auxiliū implorat, & flagitat. [4] Nam de perduellionis iudicio, quod à me sublatum esse criminari soles, meū crimen est, nō Rabirij, quod vtinā Quirites, ego id aut primus, aut solus ex hac Reip. sustulissem: vtinā quod ille crimen esse vult, proprīū testimoniū meæ laudis esset. Quid enim optari potest, quod ego malle, quàm me in Consulatu meo carnificē de foro, crucē de cāpo sustulisse? sed illa laus primum est maiorū nostrorum Quiritēs, qui expulsis regibus, nullū in libero populo vestigium crudelitatis regia reliquerunt: deinde

1 Quintum crimen eliuitur contraria testimonio.

2 Sextum crimen per dirimentia eluditur.

3 Cunctis delationum criminum refutationem per dissimilitudinem.

4 Digressio est interpositio ad amolēdam inuidiā quam excitare in Ciceronem Labiēs conabatur, criminādo in diem perduellionis ab illo sublatā. Cicero autē id sibi laudi tribuit ac defendit simili facto maiorum.

1 Orbis conclamatio.

2 Instituit collationem sui cū Labieno, ut ex illius magis populare esse dici ex effectis utriusque inter se comparatis.

*civibus

3 Exclamatio ne ironica insectatur Labienū vt hominem alienum prorsus à populi commodis, idque amplificat collatione dissimilium.

4 Concludit ex cōmemoratis Labieni factis ipsum populare nō esse, vbi dissimilitudinis *figura* astringitur.

5 Ex adiunctis Labieni crudelitatem amplificat ad alia etiā collationem minorum.

6 Carmina pro certis & conceptis verbis & pro formula quadā.

deinde multorum virorum fortium, qui vestrum libertatem non [1] acerbitate suppliciorum infestā, sed lenitate legum munitā esse voluerunt.[2] Quāobrem vter vestrum tandem, Labiene, popularis est? vine, qui [*] civibus Romanis in concione ipsa carnificem, qui vincla adhiberi putas oportere: qui in campo Martio comitiis Centuriatis auspicato in loco crucem ad civium supplicium defigi & constitui iubes: an ego, qui funestari concionem contagione carnificis vetem: qui expiandum forum populi Rom. ab aliis nefery sceleris vestigijs esse dicam: qui castam concionem, sanctum campum, inviolatum corpus omnium civium Rom. integrum iuris libertatis defendo seruari oportere?[3] Popularis verò Tribunus pl. castos, defensores iuris, & libertatis? Porcia lex virgas ab omnium civium Ro. corpore amouit? hic misericors flagella retulit. Porcia lex libertatem civium latam eripuit: Labienus homo popularis carnifici tradidit. C. Gracchus legem tulit, ne de capite civium Rom. iussu vestro iudicaretur: hic popularis à Duumuiris iussu vestro non iudicaris de eius Ro. sed in dicta causa eum Ro. capitis condemnari coegit.

[4] Tu mihi etiam legis Porciæ, tu C. Gracchi, tu horum libertatis, tu cuiusquam denique hominis popularis mentionē facis, qui non modo supplicii inusitatis, sed etiā verborum inaudita crudelitate violare libertatem huius populi, tentare mansuetudinem, commutare disciplinam conatus est? [5] Nemo hac tua, qua te hominē elementem, popularemq; delectant, I lictor, colliga manus: quæ non modo huius libertatis, mansuetudinis, non sunt, sed ne Romuli quidem, aut Numa Pompilij, sed Tarquinij superbissimi atq; crudelissimi Regis ista sunt cruciatus.[6] carmina, quæ tu homo lenis, de popula

PRO C. RABIRIO. 112

popularis libentissimè commemorat. Caput obnubito, arbori infelici suspendito. quæ verba Quirites iam pridem in hac Rep. nō solum tenebris vetustatis, verùm etiam lace libertatis oppressa sunt. [1] An verò si actio ista popularis esset, & si ullam partē æquitatis haberet, aut iuris, C. Gracchus eam reliquisset?[2] Scilicet tibi grauiorem dolorem patrui tui mors attulit, quàm C. Graccho fratris? & tibi acerbior eius patrui mors est, quē nunquā vidisti, quàm illi eius fratris, qui cum concordissimè vixerat?[3] & similis viri tu vleiscēris patrui mortem, atq; ille persequeretur fratris sui, si ista ratione agere voluisset? & par desiderium sui reliquit apud pop. Rom. Labienus ista patruus vester, quisquis fuit, ac Tib. Gracchus reliquerat? an pietas tua maior, quàm Gracchi? an animus? an consilium? an spes? an autoritas? an eloquētia? [4] qua si in illo minima fuissent, tamen præ tuis facultatibus maxima putarentur.[5] Cū verò his rebus omnibus C. Gracchus omneis vicerit, quantū interest illum inter te, atq; illū interfectū putas? [6] Sed meretur prius acerbissima morte mille Gracchus, quàm in eius concione carnifex consistere: quē non modo foro, sed etiā cœlo hoc, ac spiritu Censoriæ leges, atq; urbis domicilia carere voluerūt.[7] Hic se popularem dicere audet,[8] nec alienum à commodis vestris cum isse omneis & supplicium, & verborum acerbitatē, non ex memoria vestra, ac patrum vestrorum, sed ex annalium monumentis, atque ex Regum commentariis conquisierit: ego omnibus meis opibus, omnibus consilijs, omnibus dictis, atq; factis repugnarim, & resti-

1 Ex remotione adiunctorum argumentatur ad remouendū attributum à rebus subiectis.

2 *Ipsum* est qua significet maiorē Gracchi fuisse causam illo modo agēdi quàm Labienus.

3 Eandem *similitudinem*, & enumerationē causarū continuat.

4 Maiorum collatione excitat Labieni facultates.

5 Reddit minorum.

6 Assumptio est syllogismi quo adiunctorum remotio concluditur.

7 Cæpleio, itaque hæc actio popularis non est, (quasi nota) omittitur: & eius loco hæc sententia ponitur, Labienus igitur nō

est popularis, qui rem non popularem susceperit.

8 Redit per dissimilitudinem ad instituram refutationem obiecti criminis, ac repetit eandem dissimilitudinem effectorum.

erim

terim crudelitati. Nisi fortè hanc conditionem vobis esse vultis, quam seruis, si libertatis spem proposuerunt, habuerint, ferre nullo modo possent. Misera est ignominia inuitorum publicorum, miserum exilium, sed tamen in omni calamitate retinetur aliquod vestigium libertatis. Mori denique, si propositum, in libertate non vitiamur: carnificem vero & abditum capitis, & nomen ipsum crudelis abest, non modo à corpore ciuium Romanorum, sed etiam a cogitatione, oculis, auribus. Harum enim omnium rerum non solum euentus, atque perpessio, sed etiã conditio, expectatio, mentio ipsa deniq; indigna ciue Romano, atq; homine libero est. An verò seruos nostros horum suppliciorum omnium metu, dominorum benignitas una vindicta liberauit: nos à verberibus, ab vnco, à cruce denique terreret, neque res gesta, neque ulla ætas, neq; nostri honores vindicabit? Quam obrem fateor, atque etiam T. Labiene profiteor, & pro me fero, te in illa crudelitate importuna, non tribunitia astitisse, sed regia mea consilio, virtute, auctoritate esse depulsum. Quæ tu in actione, quam quam omnia exempla maiorum, omnes leges, omnem auctoritatem Senatus, omnes religiones, atque auspicia rei publicæ tuæ neglexisti: tamen à me hac in hoc tam exiguo meo tempore non audies. Liberam tempus nobis dabitur ad ipsum discertationem, nunc de Saturnini crimine, ac de clarissimi patrui tui morte dicemus. Arguis occisum esse à C. Rabirio L. Saturninum: & id C. Rabirius multorum testimonio. Q. Hortensia copiosissimè defendente, antea falsum esse docuit. Ego autem si mihi esset integrum, susciperem hoc crimen, agnoscerem, confiterer. Vtinam hanc mihi fortunatam causa concederet, vt possem hoc præclarum, C. Rabirij

1 Argumentatio a minore ad maius, sed ἀπόδοσις specie habet repugnantis.

2 Conclusio est digressionis relectione in aliud tempus commodius delinita.

3 Transitio ad principale crimen ciuius euincendi primũ dissimulat, ad facti qualitatẽ postea delapsurus. Interea negationem confirmat testimonio, eamque repetit communibus verbis & oppositione rhetoti da exorna tio.

manu, L. Saturninum hostem populi Romani interfectum. 1 nihil me clamor iste commouet, sed consolatur, cùm iudicat esse quosdam ciuis inimicos, sed non tantos, nunquam, nihil credite, Pop. Rom. hic, qui silet. Consulem me fecisset, si vestro clamore perturbatum vti arbitraretur. Quanto iam leuior est acclamatio! iam continuit voces iudicem stultitia vestra, tetrum pauciatis? 2 Libenter, in quam, confiterer, si verè possem, aut etiam si mihi esse integrum, C. Rabirij manu L. Saturninum esse occisum, & id fortissimum fuisse arbitrarer: sed quoniam id facere non possum, confitebor id quod ad laudem minus valebit, ad crimen non minus. Confiteor interfectum esse Saturnini Caput, C. Rabirium arma cepisse, quid est? La bienne quam a me grauiorem confessionẽ, aut quod in hunc maius crimẽ expectas? 3 nisi vero interesse aliquid putas, inter eũ qui hominẽ occidit, & eum qui eũ telo occidẽdi hominis causa fuit. 4 Statuerit ciuis Saturninũ nefarium fuisse, arma iure sumpta esse contra Saturninũ sine scelere nõ possunt: si arma iure sumpta cõcedis, interfectũ iure concedi necesse est.

Paucula quædam deesse videntur.

Fit S.C. ut Marius, L. Valerius Consules adhiberent Tribunos pleb. & Prætores, quos ius videretur, operamque darent vt imperium Popul. Romani salusque conseruaretur. Adhibent. Omnes Tribunos plebis præter Saturninum, præter Glauciam: qui Rempublicam saluam esse vellent, arma capere, & se sequi iubẽt. parent omnes ex ædificiis, arma

1 Aduersa oratio Ciceronis hoc loco accidit, quã repetita tũ auctoritate confutatur, tũ etiam rationibus, quarũ prima petitur ex absurditate.

2 Tertiam repetitionem negationum facit per comparationem facti delabi ad confessionẽ qualitatis.

3 Ironia est qua significat per esse crimen eius qui occiderit & eius qui occidendi causa arma sumpserit.

4 Argumentatur ex dematis ad hoc. Syllogismus conclusionis secundi, mundi. Partes breuiter assumptæ sunt. Assumptio per hypothesin exposita annexam habet complexionem.

5 Narratio est de Saturnini factionibus initiatus, quorum indignitate permotus Senatus P. Q. Romanus aduersus Saturninum commune consilio arma sumpserit. Fide possumus intelligere multo maiorem variationis partem deesse.

manu

Universidad de Deusto
Biblioteca

mentariis, publicit arma pop. Ro. C. Mario Consule dell tribunante dantur. Hic iam, vt omittam cætera, de te ipse Labiene, quæro: cui Saturninus Capitolium teneret, armatus esset vnà C. Glaucia, C. Saufeius, etiam ille ex compedibus, atque ergastulo Gracchus, addam (quoniam ita vis) eodem Q. Labienum patruum tuum: in foro autem C. Marius, & L. Valerius Flaccus CONSS. posset cunctus Senatus, atque ille Senatus, quem etiam vos ipsi, qui hoc Patres conscriptos qui nunc sunt, in inuidiam vocatis, quò facilius de hoc Senatu detrahere possitis, laudare consueuistis: cum Equester ordo, at quorum Equitum Rom. dij immortales [2] patrum nostrorum, atq; eius ætatis, qua tum magnam partem Reip. atque omnem dignitatem iudiciorum tenebat: cum omnes omnium ordinum homines, qui in salute Reip. salutem suam repositã esse arbitrabantur, arma cepissent: [1] quid tandem C. Rabirio faciendum fuit? de te ipso, inquam, Labiene, quæro: cum ad arma Consules ex S. C. vocauissent: [3] cum armatus M. Aemilius princeps Senatus in comitio constitisset, qui, cùm ingredi vix posset, non ad insequendum sibi tarditatem pedum, sed ad fugiendum impedimento fore putabat: cùm denique Q. Scaeuola consilium senectute, præditus morbo, mancus, & membris omnibus captus ac debilis, hostili nixus & animi vim, & infirmitatem corporis ostenderet: cum L. Metellus, Ser. Galba, C. Serranus, P. Rutilius, C. Fimbria, Q. Catulus, omnesque qui tum erant Consulares, pro salute communi arma cepissent: cum omnes Prætorei, cuncta [3] nobilitas, ac iuuentus accurreret, C. & L. Domitius, L. Crassus, Q. Mutius, C. Claudius, M. Durso: cùm omnes Octauij, Metelli, Iulij, Cassij, Catones, Pompeij, cum L. Philippus, L. Scipio, cum M.

1 Communicatione rem suam confirmat, defendique ex consensu necessario cogitibus.

2 Longa est enumeratio eorum Senatorum quorum nomen erat in primis celebre apud Romanos vt ex eiusque authoritate singuli quibusque illi clari fuerant Rabirij factum probarent.

3 Metonymia duplex.

cum M. Lepidus cum D. Brutus, cùm hic ipse P. Seruilius, quo tu Imperatore Labiene, meruisti, cum hoc Q. Catulus admodũ tum adolescens, cum hoc C. Curio, cui denique omnes clarissimi viri cum Consulibus essent: quid tandem C. Rabirium facere conuenit? vtrum inclusum, atque abditum latere in occulto, atque ignauum suam tenebrarum, ac parietum custodiis tegere? an in Capitolium pergere, atque ibi se cum tuo patruo, & cæteris ad mortem propter vitæ turpitudinem confugientibus congregare? an cum Mario Scauro, Catulo, Metello, Scaeuola, cum bonis denique omnibus coire non modò salutis, verùm etiam periculi societatem? [1] Tu denique Labiene, quid faceres tali in re, ac tempore? cum ignauiæ ratio te in fugam, atq; in latebras impelleret improbitas, & furor L. Saturnini in Capitolium arcesseret, Consules ad patriæ salutem, ac libertatem vocarent: quam tandem auctoritatem, quam vocem, cuius fidem sequi, cuius imperio parere potissimũ vellet? [2] Patrum, inquit, meus cũ Saturnino fuit. Quid pater? qui cum? quid propinqui vestri Equites Romani? quid omnis [3] præfectura, regio, vicinitas vestra? quid ager Picenus vniuersus, vtrum Tribunitium furorem, an Consularem auctoritatem secutus est? Equidem hoc affirmo, quod tu nunc de tuo patruo prædicas, neminẽ vnquam adhuc de sese esse confessum. nemo est vnquam inuentus tam profligatus, tam perditus, tã ab omni non modò honestate, sed etiam simulatione honestatis relictus, qui se in Capitolio fuisse cum Saturnino fateretur. [4] At fuit vester patruus. [5] fuerit, & fuerit nulla desperatione rerum suarum, nullis domesticis vulneribus coactus: induxerit cum L. Saturnini familiaritas, vt amicitiam patriæ præponer

1 Eandem cõmunicationem iam quartum repetit, vtique enumeratione contrariorum & repugnantium effectorum additis etiã eorum causis.

2 Occupatio est qua obiurgationi facti anhelitum soluit.

3 Metonymia frequentes.

4 Repetitione ciusdẽ occupationis Labienum inuidiam conflare conatur & propter ipsũ patruum qui Saturnini partes secutus fuisset.

5 ἐπιζευξις cum concessione.

nn

1 Repetit eadem distinctionem contrariorum & repugnantium mechanorum, e quib⁹ alia re mouet vt vsui retineat.

2 Assumptio, cuius prior pars remouetur per collationem partiū alterā ex repugnantibus caulis.

3 Cōplexio diuuncti syll. ex causis consentaneis quarum effecta retinent.

4 Concludit ex repugnantibus non fuisse id crimen loco obiiciendum & contrariorum cumparatione commat. addita etiam indutione.

5 Tacet aduersarij metu supplicij quod fuisset simili factoris fortunā, de inde ad exempla ex causis similibus.

6 Allegoria de naufragijs.

poneret: Idcircó euertit C. Rabirium defecisse à Reipub. non comparere in illa armata multitudine bonorum? Consulum voci, atque imperio non obedire? [1] Atqui videmus hæc in rerū natura tria fuisse, vt aut ea Saturninus esset, aut cum bonis, aut lateret. [2] Latere, mortis erat instar turpissimæ: Saturninum esse, furoris, & sceleris: [3] virtus, & honestas, & pudor cū Consulibus esse cogebat. [4] Hoc tu igitur in crimen vocas, quod cum iis fuerit C. Rabirius, quos amentissimos fuisse, si oppugnasset, turpissimus, si reliquisset, At C. Decianus, de qua tu sæpe commemoras, quia cum hominē innocentissimis insignatis notis turpitudinis P. Furium accusaret summo studio bonorum omnium, quæri est ausus in concione de morte Saturnini, condemnatus est: & Sex. Titius, quod habuit imaginem L. Saturnini domi suæ, condemnatus est. Statuerunt Equites Rom. illis iudicare improbam eorum esse, & non retinendam in ciuitate, qui hominis hostilem in modum seditiosi imagine aut mortem eius honestaret, aut desiderio imperitorū misericordiam commoueret, aut suam significaret inuitandæ improbitatis voluntatem. Itaque nobis mirum videtur, vnde hanc tu, Labiene, imaginem, quam habui, inueneris nam Sex Titio damnato, qui [5] istam habere auderet, inuentus est nemo. Quod tu si audisses, aut si per ætatem esse potuisses? nūquam profecto istam imaginem, quæ domi posita fuisset, atque exilium Sex. Titio attulisset, in vestra, atq; in concionem attulisses, nec tuas vnquam rationes ad eas [6] sepulcro appulisset, ad quas Sex Titij assiclam nauem, & in quibus C. Deciani naufragium fortunarum videres. sed in his rebus eximi-

bus imprudentia Labieni. causam enim suscepisti antiquiorem memoria tua? [1] quæ causa ante mortua est, quā tu natus esses. quæ in causa tute præsēs fuisses, si per ætatem esse potuisses, eam causam in iudicium vocas. [2] An non intelligis, primum quos homines, & quales viros mortuos? summi sceleris arguasti deinde quot ex iis, qui viuunt, eodem crimine in summum capitis periculum arcessas? Nam si C. Rabirius fraudem capitalem admisit, quòd arma contra L. Saturninum tulit, huic quidem offerret aliquam deprecationem periculi ætas illa, qua tum fuit: [3] Q. verò Catulum patrem huius, in quo summa sapientia, eximia virtus, singularis humanitas fuit? M. Scaurum, illa grauitate, illo consilio, illa prudentia, duos Mutios, L. Crassum, M. Antonium, qui tum extra urbem cum præsidio fuit: quorum in hac ciuitate longe maxima consilia, atque ingentia fuerunt: cæteros pari dignitate præditos, custodes, gubernatoresq; Reip. quemadmodum mortuos defendamus? Quid de illis honestissimis viris, atque optimis ciuibus, Equitibus Rom. dicemus, qui tum una cum Senatu salutem Reip. defenderunt? quid de tribunis ærarijs, cæterorumque ordinū omnium hominibus, qui tum arma pro cōmuni libertate ceperunt? [4] Sed quid ego de iis omnibus, qui Consulari imperio paruerunt, loquor? de ipsis C. Iulio. summa, quid futurum est? L. Flaccum hunc ciuem fuisse in Reipub. tum in magistratibus gerendis, in sacerdotijs, carissimumq; quibus præerat, diligentissimum, nefarij sceleris, ac parricidij mortuum condemnabimus? adiungemus ad hanc labē, ignominiamq; mortis, etiam C. Marij nomen? C. Marium, quem verē patrē patriæ, parentē inquā vestræ libertatis, aliq; huius Reip. pōssumus dicere,

1 Veget ex repugnantib⁹ iam antè positis, id Rabirio non esse dandum crimini.

2 Aliorum sceleratæ factū Rabirij defendit augētque minuēdi cullatione

3 Recitatio nominum ex remotione causarū quæ exceptationi aliquid habere possent.

4 Per reuocationem sui ipsius communi cum Rabirij cum facto. Obiiciū qui tum fuerunt.

1 Accommodatum virisq; partis ad collationem mino rum.

2 Principalis criminis appendicem remouet, primũ à Rabirio per dissimilitudinem: deinde etiam refellit ex remotione causarum & Labieni ipsius testimonijs confirmat.

3 Occupatio obiectarum ex remotione subiectorum. Ipsa autẽ obiectio soluit per contradictionem quæ probatur ex effectis.

4 Obiter de animorũ immortalitate differit, eámque probat ex aduersis.

5 Vide nũ potius ita legendũ lit. Quapropter mihi, quidem &c. videtur ex hominum vita &c. alioqui erit anacolúthon.

6 Ex repugnãtibus auctis partium collatione virorum illustrium famam nõ esse violandam ostendit & suo iudicio confirmat.

sceleris, ac parricidij nefary mortuum condemnabimus? Etenim si C. Rabirio, quòd ut ad arma, crucẽ T. Labienus in campo Martio defigendam putauit: quod tandẽ excogitabitur in eum supplicij, qui vocauit? Ac si fides Saturnino data est, quod abs te sæpissimè dicitur nõ eam C. Rabirius, sed C. Marius dedit: idemq; violauit, si in fide non stetit. Qua fides Labiene qui potuit sine Senatusconsulto dari? adeónè hospes huiusce vrbis, adeóne ignarus es disciplinæ cõsuetudinisq; nostræ, vt hac nescias? vt peregrinari in aliena ciuitate, non in tua magistratum gerere videare? Quid iam ista C. Mario, inquit, nocere possunt? quoniam sensu, & vita caret. Itáne verò tantis in Laberibus C. Marius, periculis, vixisset, si nihil longius, quàm vita termini pertulabant. spe atque animo de se, & gloria sua cogitasset? At, credo, cùm innumerabiles hostium copias in Italia fudisset, atque obsidione Rmp. liberasset, omnia sua secũ vnà mortuma arbitrabatur. nõ est ita Quirites neque quisquã nostrum in Reip. periculis cũ laude, ac virtute versatur, quin spe posteritatis, fructúque ducatur.

4 Itaq; cũ multis aliis de causis virorũ bonorum mentes diuinæ mihi, atque æterna videtur esse, tũ maximè quòd optimi, & sapientissimi cuiusq; animus ita præsentit in posterũ, vt nihil, nisi sempiternum spectare videatur. 5 Quapropter equidem, & C. Mary & cæterorũ virorũ sapientissimorum, ac fortissimorum ciuiũ mentem, quæ mihi videntur ex hominum vita ad deorum religionẽ, & sanctimoniam demigrasse, teñor. 6 me pro illorum fama, gloria memoria, non secus ac pro patrijs sanis,

atque delubris propugnandum putare: ac si pro illorum laude mihi arma capienda essent, non minus strenuè caperem, quàm illi pro communi salute ceperunt. Etenim Quirites exiguum nobis vitæ curriculũ natura circumscripsit, immensum gloriæ: 1 Quare si ei, qui iam de vita decesserunt arnabimus, inuidiosum nobis mortis conditionem relinquemus. 2 Sed illas Labiene, quas iam videre non possumus, negligis: ne his quidem, quos videt, consuli putas oportere? 3 Neminem esse dico ex iis omnibus, qui illo die Romæ fuerunt, quem tu diem in iudicium vocas, puberq; tum fuerit, quin arma ceperit, quin Consules secutus sit omnes ij, quorũ tu ex ætate conietturam facere potes, quid tum fecerint, ubi te rei capitis C. Rabirij nomine citantur. 4 At occidit Saturninum Rabirius, vtinam fecisset: non supplicium deprecarer, sed præmium postularem. Etenim si Seruæ seruo Q. Crotonis, qui occidit L. Saturnium libertas data est: quod Equiti Rom. præmium dari par fuisset & si C. Marius, quòd fistulas, quibus aqua suppeditabatur Iouis Optimi Maximi templo ac sedibus, præcidi imperarat, quod in clivo Capitolino imprudentibus eius

Desunt, vt videre est, non pauca.

1 Tollerent ad communẽ periculum existimationem mortuorum.

2 Redit ad propositum per apostrophem eũ quadã parte collatione.

3 Communicat Rabirij causam cũ eorũ omnium periculo qui iũ per ætatẽ arma ferre potuerunt vt vnusquisque in Rabirij capite seruãdo sibi prospiciat.

4 Per occupationem repetit facti cõiecturam quã soluit negatione y optationem figuram, ac deinde si ita esset se præmium postulare merito posse cõfirmat malorum collatione.

IN L. CATILINAM IN SENATV.

ORATIO XIX.

QVOUSQUE [1] tandem abutere Catilina patientia nostra? quandiu nos etiã furor iste tuus eludet? quem ad finem sese effrenata iactabit audacia? nihilne te nocturnum præsidium palatij? nihil urbis vigiliæ? nihil timor populi? nihil consensus bonorum omnium? nihil hic munitissimus habendi Senatus locus? nihil horum ora, vultusq; moverunt? patère tua consilia non sentis? constrictam iam omnium horum conscientia teneri coniurationem tuam non vides? quid proximè, quid superiore nocte egeris, vbi fueris, quos convocaueris, quid consilij ceperis, quem nostrum ignorare arbitraris? [2] O tempora, ô mores! Senatus hoc intelligit, Consul videt: hic tamen vivit. vivit? imò verò etiam in Senatum venit: fit publici consilij particeps: notat, & designat oculis ad cædem vnumquemque nostrum. nos autem viri fortes satisfacere Reipub. videmur, si istius furorem ac tela vitemus. [3] Ad mortem te, Catilina, ducijussu Consulis iampridem oportebat: in te conferri pestem istam, quam tu in nos omnes iamdiu machinaris. An verò vir amplissimus P. Scipio Pontifex maximus Tiberium Gracchum mediocriter labefactantem priuatus interfecit: Catilinam verò orbem terræ cæde, atque incendijs vastare cupientem nos Consules perferemus? nam illa nimis antiqua prætereo, quòd Q. Seruilius Hala Sp. Melium nouis rebus studentem manu sua occidit. Fuit, fuit ista quondã in hac Rep. virtus, vt viri fortes acrioribus supplicijs ciuem perniciosum, quàm acerbissimum hostem coercerent. [4] Habemus enim Senatusconsultum in te, Catilina, vehemens, & grauem in hac Republ. consilium, neque auctoritas huius ordinis [5] nos, nos dico apertè, Consules desumus. [6] Decreuit quondam Senatus vt L. Opimius COS. videret, ne quid Respub. detrimenti caperet: vnox nulla intercessit: interfectus est propter quosdam sedition sus suspiciones C. Gracchus clarissimo patre natus, auis, maioribus: necatus est cũ liberis M. Fulvius Consularis. Simile Senatusconsultum C. Mario & L. Valerio COSS. permissa est Reipub. num vnum diem postea L. Saturninum Tribunum plebis, & C. Seruilium moras Reipub. passa reperata est? [7] At nos vicesimum iam diem patremur labescere autem horum auctoritatis habemus enim huiusmodi Senatusconsultum, verum tamen inclusum in tabulis, tanquam gladium in vagina reconditum, quo ex Senatusconsulto confestim interfectum te esse, Catilina, conuenit. [8] Viuis, & viuis non ad deponendam, sed ad confirmandam audaciam. [9] Cupio P. C. me esse clementem, cupio in tantis Reipub. periculis non dissolutum videri: sed iam me ipsum inertiæ nequitiæque condemno. castra sunt in Italia contra Rempub. in Hetruriæ faucibus collocata, crescit in dies singulos hostium numer-

1 Proponit initio summã quæstionem orationis, Catilinæ abeundum esse. Ita enim tota hæc spectat oratio. Sed quia videbatur potius occidere quàm eiicere Catilinam: idcirco posita quærione obsidij sibi ius esse Catilinam interficiendi, sed certa de causa id non ab se fieri debere. Arg. autem abeundi ex remotione finis & repugnantium cõtentione ducitur.

2 Exclamatio qua conqueritur culpã suæ lenitatis in conditionem temporum.

3 Protasis dissimilitudinis quæ confirmatur duplici collatione minorum primũ. deinde etiam sententia generali per exclamationem exposita quæ syllogismi propositionem continet in hunc modum: Licet more maiorum cuique pernicioso morte multari,

chinaris.

1 Initio ꝙ.

2 Assumptionis pars quædam. Atqui more maiorum habemus graue Senatusconsultum.

3 Complexionis loco subiicit quædam increpationem sui ipsius per dissimilitudinem.

4 Dissimilitudinis confirmatio nullo grauiorem amplificat ex similibus eiusdem vbi duo excepta ex historia Romana proferuntur.

5 Reddita ratio illius dissimilitudinis ex reprehensione increpationis.

6 Initio ꝙ.

Obiungat Catilinã ex dissimilibus, quæ ipso agente tamen ad senatũ non reuocarentur.

7 Proposita quadam dissimilitudine repetit eandem increpationem.

numerus: eorum autem Imperatorem castrorum, ducémque hostium intra mœnia, [1] atque adeo in Senatu videmus, intestinam aliquam quotidie perniciem Reipub. molientem. Si te iam, Catilina, comprehendi, si interfici iusserò [2] credo, erit verendum mihi, ne nũ hoc potius omnes boni serius à me, quàm quisquam crudelius factum esse dicãt. Verùm ego hoc, quod iampridem facium esse oportuit, certa de causa nondum adducor vt faciam: tum denique interficiam te, cùm iam nemo tam improbus, tam perditus, tam tui similis inuentri poterit, qui id non iure factum esse fateatur. Quandiu quisquam erit, qui te defendere audeat, viuet, & viues ita, vt nunc viuis, multis meis & firmis præsidiis obsessus, ne commouere te contra Remp. possis: multorum te etiam oculi, & aures non sentientem, sicut adhuc fecerunt: speculabuntur, atq; custodient. [3] Etenim quid est Catilina, quod iam amplius expectes? si neque nox tenebris obscurare cœtus nefarios, nec priuata domus parietibus continere vocem coniurationis tuæ potest? si illustrantur, si erumpunt omnia? muta iam istam mentem, mihi crede, obliuiscere cædis, atque incendiorum: teneris undique, luce sunt clariora nobis tua consilia omnia: [4] quæ etiam mecum licet recognoscas. Meministine me ante diem XII. Calen. Nouemb. dicere in Senatu, certo die fore in armis, qui dies futurus esset, ante diem VIII. Cal. Nouembris, C. Manlium audaciæ satellitem, atque administrum tuæ? num me fefellit Catilina non modò res tanta, tam atrox, tam incredibilis, verùm id quod multo magis est admirandum, dies? [5] Dixi ego idem in Senatu, eædem te optimatum contulisse in ante diem V. Calen. Nouembris, tum cum multi principes ciuitatis Roma non tam sui conser-

1 Correctio vt per collationem maiorum.

2 Ironia est cootionis priorem dissimilitudinis partem quasi dicat: Nõ erit mihi verendum ne &c. Redditio sequitur in proxima clausula. Verum.

3 Redit ad primam quæstionem initio positã, & eadem argumenta prope repetit.

4 Inductio est factorum & consiliorũ Catilinæ quæ omnia ibi nota esse Cicero probat.

5 Secundum membrum inductionis.

uandi, quàm tutorum consiliorum reprimendorum causa profuerunt? num inficiari potes, te illo ipso die meis præsidiis, mea diligentia circumclusum, commouere te contra Rempub. non potuisse? cùm tu discessu cæterorum, nostra tamen, qui remansissemus, cæde contentum te esse dicebas? [1] Quid cum te Præneste Cal. ipsis Nouembris occupaturum nocturno impetu esse cognouisti, sensistine illam coloniam meo iussu, meis præsidiis, custodiis, vigilisque esse munitam? [2] nihil agis, nihil moliris, nihil cogitas, quod ego non modò audiam, sed etiam videam, planéque sentiam. Recognosce tandem mecum illam superiorem noctem: iam intelliges multò me vigilare acrius ad salutem, quàm te ad perniciem Reipublicæ. [3] Dico te priori nocte venisse inter falcarios (non agam obscurè) in M. Leccæ domum: conuenisse eodem complures eiusdem amentiæ, scelerisque socios: [4] num negare audes? quid taces? conuincam, si negas: video enim esse hic in Senatu quosdam qui tecum vnà fuere. [5] O dij immortales, vbinam gentium sumus? quam Reipub. habemus? in qua vrbe viuimus? hic, hic sunt, in nostro numero, P. C. in hoc orbis terræ sanctissimo grauissimoque consilio, [6] qui de nece, nostrumque omnium interitu, qui de huius vrbis, atq; adeo orbis terrarum exitio cogitent: hosce ego video Consul, & de Rep. sententiam rogo: & quos ferro trucidari oportebat, eos nondũ voce vulnero. [7] Fuisti igitur apud Leccam ea nocte Catilina, distribuisti partes Italiæ: statuisti quò quemque proficisci placeret, delegisti quos Roma relinqueres, quos tecum educeres: descripsisti vrbis partes ad incendia: confirmasti te ipsum iam esse exiturum. dixisti paululum tibi esse etiam tum moræ, quòd ego viuerem. Reperti sunt duo Equites

1 Tertium membrum inductionis.

2 Complexio inductionis interiectã nondum absoluta enumeratione.

3 Quartũ membrũ inductionis.

4 Vrget confessionẽ Catilinæ silentio, & præsentiã quasi testimonio.

5 Digressio per exclamationem ad exaggerandã præsentis status indignitatem ex loci circunstãtia.

6 Qui de nostro omnium interitu.

7 Regressio ad narrationem, qua singillatim partes exponuntur.

Romani, qui te ista cura liberarent, & sescilla ipsa nolte pante ante lucem me in tuto lectulo interfectorem pollicerentur. Hæc ego omnia, vix dum etiam ætate vestra dimissa, expergi: domū meam maioribus præsidiis munivi, atque firmaui: excludi eos, quos tu mane ad me salutatum miseras, cum illi ipsi venissent, quos ego iam multis viris ad mortem venturos tempori esse, prædixeram. [2] *Quæ cum ita sint Catilina, perge quo cœpisti: egredere aliquando ex urbe: patent portæ, proficiscere: nimium diu te Imperatorem illa tua Manliana castra desiderant: educ tecum etiam omnes tuos: si minus, quam plurimos: purga urbem: magno me metu liberabis, dummodo inter me, atque te murus intersit: nobiscum versari iam diutius non potes: non feram, non patiar, non sinam. magna dijs immortalibus habenda est gratia, atque huic ipsi Ioui Statori antiquissimo custodi huius urbis, quod hanc tã tetram, tam horribilẽ, tãque infestam Reipub. pestem toties iam effugimus.* [3] *non est sapiens in uno homine salus summa periclitãda Reipublicæ.* [4] *Quandiu mihi Consuli designato, Catilina, insidiatus es, non publico me præsidio, sed priuata diligentia defendi: cum proximis comitijs Consularibus me Consulem in campo, & competitores tuos interficere voluisti, compressi tuos nefarios conatus amicorum præsidio, & copijs, nullo tumultu publicè concitato: denique quotiescunque me petisti, per me tibi obstiti: quanquam videbam, perniciem meam cum magna calamitate Reipub. esse coniunctam, nunc iam aperte Rempub. uniuersam petis: templa deorum immortalium, tecta urbis, vitam omnium ciuium, Italiam denique totam, ad exitium, & vastitatem vocas. quare quoniã id quod primũ, ad*

1 Quæstionis primariæ circuitio ex antecedentibus quæ augeat cæsilis adiuuantibus deinde eximatur e pagina nullus.

2 Sententia est propositionis Qui Rem publ. perdere voluerit diuitus seruandus non est.

3 Dissimilitudo periculi priuati & publici: ut ad sumpturus illud innotauimus.

4 Præmunit priuatum cõsilis periculum explicat in duobus tẽporibus, vbi & dissimili geminatur.

ius Imperij, disciplina, & maiorum proprium est, facere non audeo, faciam id quod est ad seueritatem lenius. ad communem salutem vtilius: nam si te interfici iussero, residebit in Reipub. reliqua coniuratorum manus: sin tu (quod te admodum hortor) exieris, exhaurietur ex vrbe tuorum comitum magna. & pernitiosa sentina Reipublicæ. [1] *quid est Catilina? nũ dubitas id me imperare facere, quod iam tua sponte facturus esses? exire ex vrbe Consul hostem iubet: interrogas me, num in exilium? non iubeo: sed si me consulis, suadeo. Quid enim, Catilina, est, quod te iam in hac vrbe delectare possit, in qua nemo ex extrema illa coniuratione perditorum hominum, qui te non metuat, nemo qui te nõ oderit? Quæ nota domesticæ turpitudinis non inusta vitæ tuæ est? quod priuatarum rerum dedecus non hæret infamiæ?* [2] *quæ libido ab oculis, quod facinus a manibus vnquam tuis, quod flagitium à toto corpore abfuit? cui tu adolescentulo, quem corruptelarum illecebris irretiisses, non aut ad audaciam ferrum: aut ad libidinem facem prætulisti? quid verò nuperrimè, cum morte superioris vxoris nouis nuptijs domum vacuam fecisses, nonne etiam alio incredibili scelere hoc scelus cumulasti? quod ego præmitto, & facilè patior sileri, ne in hac ciuitate tanti facinoris immanitas aut extitisse, aut non vindicata esse videatur.* [3] *Prætermitto ruinas fortunarum tuarum, quas omnes impendere tibi proximis Idib. senties. ad illa venio, quæ non ad priuatam ignominiam vitiorum tuorum, non ad domesticam tuam dissipationem ac turpitudinem sed ad summam Reipub. atque ad omnium nostrũ vitam salutemque pertinent. patène tibi inimi te hac lux Catilina, aut huius cœli spiritus esse tam diu tecum sciat horum esse neminẽ, qui nesciat te pri-*

1 Continuat exhortatio ad lenitatis partes, sed ad duriss circumstantia ex lij (abi in exilium) Attamen rei turnidiã, seueritatis imperij inflexione declinauit. Se verius enim videbatur indicta causa ciuem præsertim tam præclarum exilio damnare.

2 Probat nil ill esse ignominiæ eorum quæ non ipsi Catilinæ turpe fuerit propter infinita illius scelera & flagitia.

3 Perstringit atrocitatem adiunctã aris alicui magni momẽti, & tam sit à primatis crimibus ad publica.

te pridie Calen. Ianu. Lepido & Tullo COSS. stetisse in comitio cum telo manum Consulum & principum ciuitatis interficiendorum causa parauisse? celeri, ac furori tuo non mentem aliquam, aut timorem tuum, sed furtunam Reipub. obstitisse? [1] Ac iam illa omitto: neque enim sunt aut obscura, aut non multò post commissa, quoties tu me dies natum, quoties me Consulem interficere voluisti? quot ego tuas [2] petitiones ita conlectas, vt vitari posse non viderentur, parua quadam declinatione, & (vt aiunt) corpore effugi? [3] nihil agis, nihil assequeris, nihil moliris, quod mihi latere valeat in tempore: neque tamen conari, ac velle desistis. Quoties iam, quoties iam tibi exorta est fica ista de manibus? quoties verò excidit casu aliquo, & elapsa est? tamen ea carere diutius non potes: quæ quidem quibus ebs te instituta sacris ac deuota sit nescio, quòd eam necesse putas Consulis in corpore defigere. [4] Nunc verò, quæ tua est ista vita? sic enim iam tecum loquar, non vt odio permotus esse videar, quo debeo, sed vt misericordia, quæ tibi nulla debetur, veneris paulò ante in Senatum: quis te ex hac tanta frequentia, ex tot tuis amicis, ac necessariis salutauit? si hoc post hominum memoriã contigit nemini, vocis expectas contumeliam, cùm sit grauissimo iudicio taciturnitatis oppressus? quid quod aduentu tuo ista subsellia vacua facta sunt? quid, quòd omnes Consulares, qui tibi persæpe ad eadem constituti fuerunt, simulatque assedisti, partem istam subsellium nudam, atque inanem reliquerunt? [5] Quo tandem animo hoc tibi ferendũ putas? serui mehercle mei si me isto pacto metuerent, vt te metuunt omnes ciues tui, domũ meam relinquendam putarem: tu tibi vrbem non arbitraris? [6] & si me meis ciuibus iniuria suspellum

tam

1 Repetuntur per ἀνάφορὰν instituta Ciceronis de signato & constituta statua.

2 Allegoria à gladiatoribus.

3 Repetit superioris inductionis conclusionem cum quadam indignitate pertinacie quæ in Catilina emi nebat.

4 Repetit superius illud argumentum ex remotione propositi finis. Nempe nihil esse cur Catilina in vrbe remaneat, quia nihil sit illi relictum quod ipsum delectare possit. Inducitur ea rerum delectationi contrariarum.

5 Concludit nõ esse Catilinæ remanẽdũ & confirmat minorum collatione.

6 Geminat collationẽ minorum.

tam grauiter, atque offensum viderem, carere me aspectu ciuium, quàm infestis oculis omnium conspici mallem? [1] tu cùm conscientia scelerum tuarum agnoscas odium omnium iustum, & iam tibi diu debitum, dubitas, quorum mentes, sensusq; vultus, voces, cornm aspectum, præsentiamq; vitare? [2] Si te parentes timerent, atque odissent tui, neque eos vlla ratione placare posses: vt opinor, ab eorum oculis aliquò concederes: [3] nunc te patria, quæ communis est omnium nostrum parens, odit ac metuit, & tandiu te, nihil iudicat nisi de parricidio tuo, cogitare: [4] huius tu neque autoritatem verebere? neque iudicium sequere? neque vim pertimesces? quæ tecum Catilina sic agit, & quodammodo tacita loquitur? Nullum iam tot annis facinus extitit, nisi per te, nullum flagitium sine te: tibi vni multorum ciuium neces, tibi vexatio, direptio, sociorum impunita fuit ac libera: tu non solum ad negligendas leges ac quæstiones, verum etiam ad euertendas, perfringendásque valuisti. Superiora illa quanquam ferenda non fuerunt, tamen vt potui, tuli: nunc verò me totam esse in metu propter te vnum: quicquid increpuerit, Catilinam timeri: nullam videri contra me consilium iniri posse, quòd à tuo scelere abhorreat, non est ferendum. [5] Quamobrem discede, atque hunc mihi timorem eripe: si verus, ne opprimar: si falsus, vt tandem aliquando timere desinam. [6] Hæc si tecum, vt dixi, patria loquatur, nonne impetrare debeat, etiã si vim adhibere non possit? Quid, quòd tu te ipse in custodiam dedisti? quid, quòd vitandæ suspicionis causa, apud M. Lepidum te habitare velle dixisti? à quo non receptus etiam ad me venire ausus es, atq; vt domi meæ te asservarem rogasti? Cùm à me quoque id responsum tulisses, me nullo

made

1 ἀνάδειξις iniuriorum.

2 Amplificatio proximi argumẽti ex collatione minorum. Syllogismꝰ integer est.

3 Assumptio vbi ἀνάδειξις est maiorũ & ratiõis meæ ex facto Catilinæ.

4 Cõplexio syllog. cuius sententia per prosopopœiã amplificatur addita etiam repetitione argumenti.

5 Cõplexionis iteratio & dilemma.

6 Conclusio προσωποποιίας

7 Continuat quæstio ex Catilinæ ipsius quodam indicio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

modo posse iisdem paritibus tutò esse tecum, qui magno in periculo essem, quod iisdem manibus continerentur: ad Q. Metellum Pium Scipionem venisti, à quo repudiatus, ad sodalem tuum, virum optimum M. Marcellum demigrasti, quem tu videlicet & ad custodiendum te diligentissimum, & ad suspicandum sagacissimum, & ad vindicandum fortissimum fore putasti. sed quam longe videtur à carcere atque vinculis abesse debere, qui seipsum iam dignum custodia iudicauerit? Quæ cum ita sint Catilina, dubitas, si hic esse aperte aque animo non potes, abire in aliquas terras? & vitam iustam multis supplicijs iniusti debiti & crepatam fuga solitudini mandare? Refer, inquis, ad Senatum. id enim postulas: & si hoc ardore tibi placere decreuerit te ire in exilium, obtemperaturum te esse dicis. Nō postulabam id, quod abhorret à meis moribus: & tamen faciam, vt intelligas quid hi de te sentiant. Egredere ex vrbe Catilina: libera Rempublicam metu, in exilium, si hanc vocē expectas, proficiscere. quid est Catilina? ecquid attendis? ecquid animaduertis horum silentium? patiuntur, tacent: quid expectas, auctoritatem eloquentium, quorum voluntatem tacitorum perspicis? At si hos idem hanc adolescentē optimo P. Sestio, si fortissimo viro M. Marcello dixissem, nam vtinam Consuli vocipse in templo iure optimo Senatus vim, & manus intulisset: de te autē Catilina cum quiescunt, probantur: cum patiuntur, decernunt: cum tacent, clamant: neq; his solū quorum tibi auctoritas est videlicet cara, vita vilissima, sed etiam illi Equites Rom. honestissimi, atq; optimi viri, ceteriq; fortissimi cives qui circumstant Senatum, quorum tu & frequentiam videre, & studia perspicere, & voces paulo antè exaudire potuisti, quorum ego vix abs te iandiu manus, ac tela cotidi

1 Conclusio sessionis tam sæpe iteratæ (Quare abi in exilium.)

2 Occupatio quam soluit ad litteram patrium.

3 Comparationis accommodatio huic ἀντιθέσει aucta dissimilium collatione.

4 Ἀποστροφὴ ad ex collatione malorum.

antinos: eosdem facilè adducam: vt te hac, quæ tam pridem vastare studes, relinquentem vsque ad portas prosequantur. quamquam quid loquor? te vt vlla res frangat? tu vt vllam fugam meditere? vt vllum in exilium consilium capere? Quam vtinam tibi Dij immortales donarent! tamen si videres, si mea voce perterritus ire in exilium animum induxeris, quanta tempestas invidiæ nobis, si nimus in præsentem temporis recenti memoria scelerum tuorum, at in posteritate impendeat. Sed nam est nullis tantis, diuinomodo ista tua priuata fuit calamitas, & à Reipu. periculis sic iungatur. Sed tu vt vitiis tuis commoueare, vt legum pœnas pertimescas, vt temporibus Reipu. concedas, non est postulandum, neque enim Catilina is es, vt te aut pudor à turpitudine, aut metus à periculo, aut ratio à furore reuocarit. Quamobrem vt sæpe iam dixi, profiscere ac, si mihi inimico, vt prædicas, tuo conflare vis inuidiam, recta à porta in exilium cursum fremens hominum, si id feceris: vix molem istius inuidiæ, si in exilium ieris ipse Consules, sustinebo: si sin autem seruire meæ laudi & gloriæ mauis, egredere cum impetu nefariorum tuorum: confer te ad Manlium, concita perditos cives, secerne te à bonis, infer patriæ bellum, exulta impio latrocinio, vt à me non ciectus ad alienos, sed inuitatus ad tuos isse videaris. quamquam quid ego te inuitem, à quo iam sciam esse præmissos, qui tibi ad forum Aurelium præstolarentur armati? sciam pactam & constitutam cum illis aetatem. Manlio diem? à quo etiam Aquilam illam argenteam, quam illi ad tuas omnium pernicies sanctam esse confido & sanctam futuram, cui domi tuæ sacrarium scelerum tuorum constitutum fuit, sciam esse præsidium?

Tu vi

1 Reuocatio ex dolijs ex remotione huius.

2 Correctio ex adiunctis inuidiæ.

3 Complexio principis iam ter pius iteratæ dilemmatis ex adiunctis inter se vtrisque tamen amplitudinis.

4 Secunda pars dilemmatis de laude Ciceronis, si Catilina secum suos eduxerit.

5 Correctio posteriores ad hortationis de abeundo ex repugnari obstinatione proponi finis. Nihil enim se iam ei dicturo nihil opus est dicit Manilius. Illud autem addit Cicero vt effugiat inuidiā ejecti Catilinæ.

Tu vt illa diutius carere possis, quam venerari ad eadem proficiscens subeas? à cuius altaribus sæpe istam dextram impiam ad necem ciuiū tuā stulisti?

1 Concludit ex dictis finem ipsum hinc & efficientem accusationis cōfirmat.

Ibis tandem aliquando quò te iampridē tua ista cupidus effrenata ac furiosa rapiebat: neque enim tibi hæc res offert dolorem, sed quandā incredibilem voluptatem: ad hanc te amentiam natura peperit, voluntas exercuit, fortuna seruauit. nunquam tu non modò etium, sed ne bellum quidem, nisi nefarium concupisti nactus es ex perditis, atq; ab omni non modò fortuna, verū etiam spe derelictis conflatam improborum manum. hîc tu qua lætitia perfruere? quibus gaudiis exultabis? quanta in voluptate bacchabere, cum in tanto numero tuorum neque audies virum bonum quemquam, neque videbis? At huius vitæ studium meditatio illi sunt, qui feruntur, labores tui accere bumi non modò ad obsidendum stuprum, verùm etiam ad facinus obeundum: vigilare non solum ad insidiandum somno maritorum, verùm etiam bonis occisorum. Habes ubi ostentes illam præclaram tuam patientiam famis, frigoris, inopiæ rerum omnium, quibus te breui tempore confectum esse senties.

2 Ex consequentibus effectis augetur vim cohortationis ad essendum.

3 Addit etiā subiecta exercendi ipsius Catilinæ.

4 Epiphoce ma est, quo ex antecedentibus colligit se plurimum profecisse cū à Consulatu Catilinam repulerit.

Tantum profecto tum, cum te à Consulatu repuli, vt exul potius tentare, quam Consul vexare Rempos. posses: atque vt id quod esset à te scelerate susceptum, latrocinium potius, quàm bellum nominaretur. Nunc vt à me P. C. quandam prope iustam patriæ querimoniam detexerim ac deprecer, percipite quæso diligenter quæ dicam, & ea penitus animis vestris mentibusq; mandate. Etenim si mecum patria, quæ mihi vita mea multo est chior, si cuncta Italia, si omnis Respub. loquatur: M. Tulli quid agis? tune eum, quem esse hostem comperisti, quem ducem belli futuri videsi, quem expetita

petitari Imperatorem in castra hostium sentis, autorem sceleris, principem coniurationis, exercitumē seruorum & ciuium perditorum, exire patieris, ut ab te nō emissus ex vrbe, sed immissus in vrbem esse videatur? nonne hunc in vincula duci, non ad mortem rapi, non summo supplicio mactari imperabis?

1 Argumentatur ex remotione repugnantiū causarum, ad constituendū leuem aliquod Catilinæ supplicium. Per prolepsin autem proponitur. Prima quidem per contradictionem repellitur: Secunda per negationem assumptionis quæ in genere significat legem illas nihil ad Catilinā pertinere, quia non fit ciuis: Tertia per collationem malorum.

Quid tandem impedit te? mósne maiorum? at persæpe etiam priuati in hac Republ. perniciosos ciues morte multarunt. an leges, quæ de ciuium Romanorum supplicio rogatæ sunt? at nunquam in hac vrbe ij, qui à Republ. defecerunt, ciuium iura tenuerunt. an inuidiam posteritatis times? præclaram verò Populo Romano refers gratiam, qui te hominem per te cognitum, nulla commendatione maiorum, tam maturè ad summum imperium per omnes honorum gradus extulit, si propter inuidiam, aut alicuius periculi metum, salutem ciuiū tuorum neglexit. Sed si quis est inuidiæ metus, num est vehementius seueritatis ac fortitudinis inuidia, quam inertiæ, ac nequitiæ pertimescendat? An, cum bello vastabitur Italia, vexabuntur vrbes, tecta ardebunt, tum te non existimas inuidiæ incendio conflagraturum? His ego sanctissimi Reipu. vocibus, & eorum hominum, qui idem sentiunt, mentibus pauca respondebo. Ego si hoc optimum factu iudicarem P. C. Catilinam morte multari ciuius vsuram hora gladiatori isti ad vtendum non dedissem. etenim si summi viri, & clarissimi ciues, Saturnini, & Gracchorum, & Flacci, & superiorum complurium sanguine non modò se non contaminarunt, sed etiam honestarunt:

2 Altera inuidiæ refutatio per collationem pariū quod lenitatis nō minor inuidia futura sit, quàm seueritatis.

3 Conclusio προσωποποιίας

4 Diluit obiectiones illas (quæ in prosopopœia propositę sunt) ex remotione consequentiū euentorū, quæ Reipub. optanda erat. Syll. est connexus tertij modi. Propositio præcedit confirmata similium factorum inductione.

runt: certè verendum mihi non erat, ne quid, hoc parricida civium interfecto, invidiæ mihi in posteritatem redundaret. [1] Quod si ea mihi maximè impenderet, tamen hoc animo semper fui, ut invidiam virtute partam, gloriam, non invidiam putarem. [2] Quamquam nonnulli sunt in hoc ordine, qui aut ea, quæ eminent, non videant, aut ea quæ vident, dissimulent: quæ spem Catilinæ mollibus sententiis aluerunt, conjurationémque nascentem non credendo corroborarunt: quorum autoritatem secuti multi, non solùm improbi, verùm etiam imperiti, si in hunc animadvertissem, crudeliter & regiè factum esse dicerent. Nunc intelligo, si iste, quò intendit, in Mallianam castra pervenerit, neminem tam stolidum fore, qui non videat conjurationem esse factam: neminem tam improbum, qui non fateatur. [3] Hoc autem uno interfecto, intelligo hanc Reipub. pestem paulisper reprimi, non in perpetuum comprimi posse. Quod si se ejecerit, seque suos eduxerit, & eodem cæteros undique collectos naufragos aggregaverit, extinguetur, atque delebitur non modò hæc tam adulta Reipub. pestis, verùm etiam stirps, ac semen malorum omnium. Etenim jamdiu P. C. in his periculis conjurationis insidiisque versamur: sed nescio quo pacto omnium scelerum, ac virtutis furores, & audacia maturitas in nostro Consulatu tempus erupit. [4] Quod si ex tanto latrocinio iste unus tollatur, videbimur fortasse ad breve quoddam tempus cura, & metu esse relevati: periculum autem residebit, & erit insitum penitus in venis, atque in visceribus Reipublicæ. Ut sæpe homines ægri morbo gravi, cùm æstu, sitique jactantur, si aquâ gelidam biberint, primo relevari videntur: deindè multis gravius vehementiúsque afflictantur: sic hic

1 Refutatio objectæ invidiæ ex dissimilimo simili. Invidia erat, sed gloria.

2 Assumptio sententia specie correctionis hic insinuat ex causa ipse interfecit di Catilinam.

3 Secunda assumptionis ratio ex adiunctis inommodis interficiendi commodis emissi Catilinæ. Quod antea fuit in eo loco. Nihil se interfici iussero &c.

4 Repetit sententiam assumptionis de incommodis interficiendi Catilinæ per dissimilitudinem quæ potest ex similitudine illustrari.

hic morbus, qui est in Reipub. relevatus illius pœna vehementius vires reliquas in gravescet? Quare P. C. secedant improbi, secernant se à bonis, unum in locum congregentur, mœnu denique, id quod sæpe iam dixi, secernantur à nobis: desinant insidiari domi suæ Consuli, circumstare tribunal Prætoris urbani, obsidere cum gladiis curiam, malleolos ad incendendam urbem, facesque comparare: sit denique inscriptum in fronte unius cujusque civis, quid de Republ. sentiat. Polliceor vobis hoc P. C. tantam in nobis Consulibus fore diligentiam, tantam in vobis autoritatem, tantam in Equitibus Rom. virtutem, tantam in omnibus bonis consensionem, ut Catilinæ profectione omnia patefacta, illustrata, oppressa, vindicata esse videantur. Hisce omnibus Catilina cum summa Reipubl. salute, & cum tua pestis, ac pernicies, quemque eorum existit, qui sese mecum omnes scelere parricidioque immanissimo cinxerunt, ejecto, aut emisso, cum suis omnibus sceleribus ac furiis ad unum bellum ac nefarium. [5] Tum tu Jupiter qui isdem, quibus hæc urbs, auspiciis à Romulo es constitutus, quem Statorem hujus urbis, atque imperij vere nominamus, hunc, & hujus [6] socios à tuis aris, cæterisque templis, à tectis urbis, ac mœnibus, à vita, fortunisque civium omnium arcebis, & omnes inimicos bonorum, hostes patriæ, latrones Italiæ, scelerum fœdere inter se, ac societate conjunctos, æternis suppliciis vivos, mortuosque mactabis.

1 Syllogismi propositio & assumptio ad hæc fuit: Si commodè ejici esset, non emittendus: sed non est commodè: igitur emittendus.

2 Apostrophe ad Catilinam cum vehemente indignatione.

3 Precatio apostrophæ adiuncta.

4 Periphrasis est commutatio ex eorum variis adiunctis.

IN L. CATILINAM AD QVIRITES.

ORATIO XX.

1 Gratulatur populo de ejecto Catilina & eius rei commoda cõsequentia ostendit. Argumentum est ab effectu.

2 Metaphore videntur esse à canibus rabidis, qui rabie agitati & perpetuo currendo fatigati rabiem anhelant.

3 Ex remotione perniciosorum cauarum malorum & perniciosorũ effectorum remotione elicit.

4 Pars altera gratulationis ad mœrorem Catilinariorum ironice adiunctis, quod saluis ciuibus Catilina abierit.

5 Synecdoche.

TANDEM alienando Quirites L. Catilinam furentem audacia, scelus anhelantem, pestem patriæ nefarie molientem, vobis atque huic vrbi ferrum flammámque minantem, ex vrbe vel eiecimus, vel emisimus, vel ipsum egredientem vrbe prosecuti sumus. abiit, excessit, evasit, erupit. nulla iam pernicies à monstro illo, atque prodigio mœnibus ipsis intra mœnia comparabitur. Atque hûc quidem vnum huius belli domestici ducem sine controuersia vicimus. non enim iam inter latera nostra sica illa versabitur: nec in campo, nec in foro, non in curia, nec denique intra domesticos parietes pertimescemus. loco ille motus est, cum est ex vrbe depulsus: palàm iam cum hoste, nullo impediente, bellum iustum geremus. Sine dubio perdidimus hominem, magnificè, vicimus, cum illum ex occultis insidiis in apertum latrocinium coegimus. Quod verò non cruentum mucronem, vt voluit, extulit, quàd vinis nobis egressus est, quòd ei ferrum de manibus extorsimus, quod incolumes ciues, quòd stantem vrbem reliquit, quanto tandem illum mœrore afflictum esse, & prostigatũ

putatis? Iacet ille nunc prostratus Quirites, & se perculsum atque abiectum esse sentit, & retorquet oculos profecto sæpe ad hanc vrbem, quam ex suis faucibus ereptam esse luget: Quæ quidem lætari mihi videtur, quòd tantam pestem euomuerit foràsque proiecerit. At si quis est talis, quales esse omnes oportebat, qui in hoc ipso, in quo exultat, & triumphat animo meo, me vehementer accuset, quòd tam capitalem hostem non comprehenderim potius, quàm emiserim: non est ista mea culpa Quirites, sed temporum interemptum esse L. Catilinam, & grauissimo supplicio affectũ iampridem aperiebat: idq; à me & mei maiorum, & huius imperij seueritas, & Resp. postulabat. Sed quàm multos fuisse putatis, qui, quia ego de ferrem, non viderent? quàm multos, qui propter stultitiam non putarent? quam multos, qui etiam defenderent? quàm multos, qui propter improbitatem fauerent? Ac si sublato ille, depelli à vobis omne periculum iudicarem, iampridem ego L. Catilinam non modo inuidiæ meæ, verum etiam vitæ periculo sustulissem. sed cum viderem ne vobis quidem omnibus re etiam tum probata, si illum vt erat meritus, morte multassem, fore, vt eius socios inuidia oppressa persequi non possemus, hunc deduxi, vt tum palam pugnare possetis, cum hostem aperte videretis. Quem quidem ego hostem Quirites, quam vehementer foris esse timendum putem, licet hinc intelligatis, quòd illud etiam molestè ferebam, quod ex vrbe parum comitatus exierit. vtinam ille omnes secum suas copias eduxisset. Tongilium mihi eduxit, quem amare in prætexta calumnia caperat. Publicium & Munatium, quorum æs alienum contractum in popina nullum Reip. motum

1 Ἐπιτίμησις ex similitudine è feris petita.

2 Prolepsis propononit alterũ superioris deliberationis caput, cur Catilina non potius interemptus, quàm emissus.

3 Solutio prolepseos ex dissimilib. cauſſis.

4 Refutatio prolepseos ex remotione finis propositi. Syll. est conex. 3. modi, cuius partes hoc & naturali ordine disponũtur, quòd assumptionis confirmatio propositionẽ antecedit.

5 A maiore ad minus. Catilinam foris non esse timendum significat.

6 In vetustissimo exẽplari ita scriptum inuenimus, quẽ amare in prætexta eum pretẽ calumnia caperã. motum

Universidad de Sevilla Biblioteca

Atque hæ pestes omnes ab uno exemplari vitio imperioque manarunt.

1 Hoc loco corruptos eiusdem temporis animos aperte ostendit. Exercitum Catilinæ à Ciceronis cohortem prætoriam Metelli legionibus atque his proximas (ex legionibus enim præsidiarias hæc parte fuisse. Sed tamen mutilatus erat nunc vide lib. hor. Desunt enim nonnulla verba de exercitu Catilinæ exercitu.

2 ΔΙΑΤΑΣΙΣ. Partes de communibus vrbanis, amplificatu rursus alijs adiunctis.

3 Indubitato rei Ciceroni patefactarum quas cõiurati machinabantur.

4 Per distributionem. ministerium cõiuratis vrbanis & spem futuræ lenitatis adimit ex requisiti conflictionis finis.

4 Argumentum ex aduerbi.

alienos esse, quàm valentes, quàm nobiles. * Quæ videlicet. 1 Itaque ego illum exercitum, ex Gallicanis & his delectis, quæ in agro Piceno, & Gallico Q. Metellus habuit, & his copiis, quæ à nobis quotidie comparantur, me quotquot contemno, collectum ex sicariis desperatis, ex agrestibus luxuriosis, ex rusticis mediocribus, ex decoctoribus, exiisque qui vadimonia deserere, quàm illum exercitum malunt: quibus ego non modò non exercitus nostri, verùm etiam si cum illorum Prætoris ipsorum dolor, concidere. 2 Hos quos video volutare in foro, quos stare ad Curiam, quos etiam in Senatu venire, qui nitent unguentis, qui fulgent purpura, malleni secũ suos mutilos elumbissimosque si hic permanent, memento non tam exercitum illum esse vobis, quàm his, qui exercitũ desiderabunt, pertimescendum. Atque etiam hoc magis sunt timendi, quòd quid cogitent, ore fere fatentur, neque tamen permouentur. 3 Video, cui Apulia sit attributa, qui habeat Hetruriam, qui agrum Picenum, qui Gallicum, qui sibi hanc ortam à me insidiarum cædem, atque incendiorum depoposcerit: omnia superioris noctis consilia ad me perlata esse sentiunt: patefeci in Senatu hesterno die Catilinæ ipse meditata, profugit. 4 hi quid expectant? Illi vehementer erant, si illam meam priorem lenitatem perpetuam fore arbitrabantur. Quod expectant, iam sum assecutus, ut vos omnes factam esse apertam conjurationem contra Rempub. videretis, nisi verò si quis est, qui Catilinæ similes cum Catilina sentire non putet. 1 Non est iam lenitati locus, severitatem res ipsa flagitat. Unum etiam nũc concedam,

exeant

exeant, proficiscantur, ne patiantur desideris sui Catilinæ miserum tabescere. demonstrabo iter. Aperta via proficiscitur. Si fortè accelerare volet, ad vesperam consequetur. 1 O fortunatã Rẽp. si quidẽ hãc sententiã huius urbis exierit, non mehercule Catilina exitio relevata mihi & recreata Respondebitur. 2 Quid enim mali aut sceleris fingi, aut excogitari potest, quod non ille conceperit? quis tota Italia vestitus, quis gladiator, quis latro, quis sicarius, quis parricida, quis testamentorum subiector, quis circumscriptor, quis cantor, quis nepos, quis adulter, quæ mulier infamis, quis corruptor iuventutis, quis corruptus, quis perditus inuenietur, qui se cum Catilina non familiarissimè vixisse fateatur? quæ caedes per hosce annos sine illo facta est? quod nefarium stuprum non per illum? tam verò quæ tanta in ullo vnquam homine iuventutis illecebra fuit, quanta in illo? qui alios ipse amabat turpissimè, aliorum amori flagitiosissimè seruiebat: alijs fructum libidinum, alijs mortem parentum non modò impellendo, verùm etiã adiuuando pollicebatur. 3 Nunc verò quam subitò non solùm ex vrbe, verùm etiam ex agris ingentem numerum perditorum hominum collegerat? 4 nemo non modò Romæ, sed ne vllum in angulo totius Italiæ oppressus aere alieno fuit, quem non ad hanc incredibilem sceleris fasciam asciuerit. Atque vt eius diuersa studia in dissimili ratione perspicere possitis: nemo est in ludo gladiatorio paulo ad facinus audacior, qui se non intimum Catilinæ esse fateatur: nemo in scena leuior & nequior, qui se non eiusdem prope sodalem fuisse commemoret. Atque idem tamen stuprorum, & sceleris exercitatione assuefactus, frigore, & fame, & siti, ac vigiliis perferendis, fortis ab his istis suis

exeant, proficiscantur, ne patiantur desideris sui Catilinæ miserum tabescere demonstrabo iter. Aperta via proficiscitur si fortè accelerare volet, ad vesperam consequetur. O fortunatã Rẽp. si quidẽ hãc sententiã huius urbis exierit, non mehercule Catilina exitio relevata mihi & recreata Respondebitur. Quid enim mali aut sceleris fingi, aut excogitari potest, quod non ille conceperit? quis tota Italia vestitus, quis gladiator, quis latro, quis sicarius, quis parricida, quis testamentorum subiector, quis circumscriptor, quis cantor, quis nepos, quis adulter, quæ mulier infamis, quis corruptor iuventutis, quis corruptus, quis perditus inuenietur, qui se cum Catilina non familiarissimè vixisse fateatur? quæ caedes per hosce annos sine illo facta est? quod nefarium stuprum non per illum? tam verò quæ tanta in ullo vnquam homine iuventutis illecebra fuit, quanta in illo? qui alios ipse amabat turpissimè, aliorum amori flagitiosissimè seruiebat: alijs fructum libidinum, alijs mortem parentum non modò impellendo, verùm etiã adiuuando pollicebatur. Nunc verò quam subitò non solùm ex vrbe, verùm etiam ex agris ingentem numerum perditorum hominum collegerat? nemo non modò Romæ, sed ne vllum in angulo totius Italiæ oppressus aere alieno fuit, quem non ad hanc incredibilem sceleris fasciam asciuerit. Atque vt eius diuersa studia in dissimili ratione perspicere possitis: nemo est in ludo gladiatorio paulo ad facinus audacior, qui se non intimum Catilinæ esse fateatur: nemo in scena leuior & nequior, qui se non eiusdem prope sodalem fuisse commemoret. Atque idem tamen stuprorum, & sceleris exercitatione assuefactus, frigore, & fame, & siti, ac vigiliis perferendis, fortis ab his istis suis

1 Exclamatio cum optatione, vt reliqui coniurati ex vrbe exeant, quia id è republica maximè futurũ sit, quod probat minorum collatione.

2 Confirmat prætatim collationis ex effectis Catilinæ, quibus liberatam esse demonstrat. significat ex Catilina exitio ex vrbe. Effecta autem illa per inductionem percensentur.

3 Concludit è superioribus factis tantam subitorum cõiuratorũ manum conuenisse.

4 A minore ad maius.

sociis prædicabatur, cùm industriæ subsidia, atque instrumenta virtutis in libidinem, audaciámque consumerentur. [1] Hunc verò si sui fuerint comites secuti, si ex urbe exierint desperatorum hominum flagitiosi greges, ô nos beatos, ô Respub. fortunatam, ô præclaram laudem Consulatus mei. Non enim iam sunt mediocres hominum libidines, non humanæ audaciæ ac tolerãdæ mihi cogitant, nisi cades, nisi incendia, nisi rapinas: patrimonia sua profuderunt, fortunas suas obligurierunt: res est tamprídem, fides deficere nuper cœpit: cadẽ tamen illa, quæ erat in abundantia, libido permanet. Quòd si in vino, & alea comessationes solum, & scorta quærerent, essent illi quidẽ desperandi, sed tamen essent ferendi: hoc verò quis ferre possit, [2] inertes homines fortissimis viris insidiari, stultissimos prudentissimis, ebriosos sobriis, dormientes vigilantibus? [3] qui mihi accubantes in cœnáculis, complexi mulieres impudicas, vino languidi, coniferti cibo, sertis redimiti, unguentis obliti, debilitati stupris, ernctant sermonibus suis eadem bonorũ, atque urbis incendia quibus ego confido impendere fatum aliquod: & pœnas iamdiu improbitati, nequitiæ, scelerí libidini debitas, aut iam præsentes, aut certè iam appropinquare. [4] Quos si meus Consulatus, quoniam sanare non potest, sustulerit: non breue nescio quod tempus, sed multa sæcula propagarit Respub. nulla est enim natio, quam pertimescamus: nullus Rex, qui bellum Populi Romani inferre possit: omnia sunt externa, omnia virtute terra marique pacata: domestícum bellum manet: intus insidiæ sunt: intus includimur periculum est: intus est hostis: cum luxuria nobis, cũ amẽtia, cum scelere certandũ est. Huc ego me bello ducem profiteor Quirites: suscipio inimicitias hominum perd

1 Contra illam πρόληψιν, exhausto Catilinæ civitas videtur relicta.

ἀντακόλουθος eadem sequitur, quæ amplificatur magnitudine periculorũ quibus liberabit respub. cõiuratorũ ex urbe discessu. Argumẽtum ex subiectis.

2 ἀντίθετα.

3 ὑποτύπωσις intemperantiam ex adiũctis morbicè depictæ illustratione

ἀντακόλουθος proximæ.

4 Disputatur utilitas fœnestati coniunctæ, quæ dein de dissimilibus latius amplificatur.

perditorum: quæ sanari poterunt, quacunque ratione sanabo: [1] quæ resecanda erunt, non patiar ad perniciem ciuitatis manare. [2] Proinde aut quiescant: aut si & in urbe, & in eadem mœnia permanent, ea quæ merentur, expectent. [3] At etiam sunt Quirites, qui dicant à me in exilium ejectum esse Catilinam. quod ego si verbo assequi possem, istos ipsos eiicerem, qui hæc loquuntur. homo enim videlicet timidus, & permodestus vocem Consulis ferre non potuit: simul atque ire in exilium iussus est, paruit. Quid, quòd hesterno die cùm domi meæ penè interfectus essem, Senatum in ædem Iouis Statoris * vocaui: rem omnem ad Patres conscriptos detuli: quo cùm Catilina venisset, quis eum Senator appellauit? quis salutauit? quis denique ita aspexit vt perditum ciuem, ac non potius vt importunissimum hostem? quin etiam principes eius ordinis partem illam subsellíorum, ad quam ille accesserat, nudam, atque inanem reliquerunt. [4] Hic ego vehemens ille Consul, [5] qui verbo ciues in exilia eiicio, quæsiui à Catilina, an nocturno conuentu apud M. Leccam fuisset, nè dicam. [6] cùm ille homo audacissimus, conscientia conuictus, primò reticuisset, patefeci cætera: quid ea nocte egisset, vbi fuisset, quid in proximam cõstituisset, quæ admodũ esset ei ratio totius belli descripta, docui, cõperi, cùm conuictum arguerem, [7] quæsiui quid dubitaret proficisci eò, quò tamprídem pararat: cùm arma, cùm secures, cùm fasces, cùm tubas, cùm signa militaria, cùm Aquilam illam argenteam, cui ille etiam sacrarium scelerũ domi suæ fecerat, scirem

1 Allegoria ex morbis

2 Concluditur fœneratis cõminatio & tamen rursus conceditur.

3 Ad vitandã inuidiam refellit crimen eiectã Catilinæ in exilium. Arg. primum est ex remotione patrum de inde ex ĩ effectionis causarum per

ἐπιτροπίαν.

* conuocaui

4 Catilinæ facinora primum commemorat, vt ostendat sibi causam iustã fuisse Catilinam eiiciẽdi, si id facere ausus esset. Verò negat id à se factum & dissimilitudine illustrat

5 ἰρωνία.

6 Ex adiunctis tacitam obiecturum criminum cõ

sessionem elicit.

7 Vis dissimilitudinis hoc loco maximè est, vbi eiiam argumentum ex destinatis ad finem superiore oratione allatum hìc repetitur.

esse permissum.[1] In exilium eiciebam, quem iam ingressum in bellum esse videbam? Etenim, credo, Manlius iste Centurio, qui in agro Fesulano castra posuit, bellum Populo Romano suo nomine indixit: & illa castra nunc nomen Catilinam ducem expectant, & ille eiectus in exilium, se Massiliam, ut aiunt, non in hæc castra conferet.[2] O conditionem miseram, non modo administrandæ, verum etiam conseruandæ Reipublicæ consilijs laboribus periculis meis circumclusus, ac debilitatus subito perterritus sententiam mutauerit, desinere sua, consilium belli faciendi abiecerit, ex hoc cursu sceleris, & belli iter ad fugam atque in exilium conuerterit: non esse a me spoliatus armis audacia, non gladius e manibus, non denique spes, oratiuncula depulsus, sed indemnatus, innocens in exilium eiectus a Consule, vi, & minis esse dicetur: & erunt, qui illum, si hoc fecerit, non improbum, sed timidum: me non diligentissimum Consulem, sed crudelissimum tyrannum existimari velint.[4] Est mihi tanti Quirites huius inuidiæ falsæ, atq; iniquæ tempestate subire, dummodo a vobis huius horribilis belli, ac nefandi periculum depellatur.[5] Dicatur sane eiectus esse a me, dum modo eat in exilium: sed mihi credite, non est futurum. Nunquam ego a diis immortalibus optabo Quirites inuidiæ meæ leuandæ causa, vt L. Catilinam ducere exercitum hostium, atque in armis volitare audiatis: sed triduo tamen audietis: multoque magis illud timeo, ne mihi sit inuidiosum aliquando, quod illum emiserim potius, quam quod eiecerim:[6] sed cum sint homines, qui illum cum proiectus sit, eiectum esse dicant, idem si interfectus esset, quid dicerent? Quanquam isti, qui Catilinam Massiliam ire dicitant, non tam hoc

querun-

1 Alterum argumentum ex reipublicæ incommodis.

2 Disparatum syllogismi. Ille superioris orationis.

3 Amplificatio propositionis ex dissimilibus.

4 Propositio adhuc tacita. Assumptio ista quæ & Cicero nō recusat inuidiam. Finis autem subeundæ inuidiæ miratur. Complexio syllogismi.

5 Argumentū à minoribus.

quemittur, quam verentur. Nemo est istorum tam misericors, qui illum nouum Manlium, quam ad Massiliensem ire malit. Ille autem si, mehercules hoc quod agit, numquam ante cogitasset, tam se latrocinandi causa interfici mallet, quam exulem viuere. nunc vero, cum ei nihil adhuc præter ipsius voluntatem, consilium, mentem, acciderit, nisi quid vobis Roma præsidium est, optemus petitas, vt eat in exilium, quam quæramus.[1] Sed cur tam diu de vno hoste loquimur? & de ea hostis, qui iam fatetur se esse hostem? & quem, quia, quod semper voluit, munus interest, non timemus? de his qui dissimulant, qui Romæ remanent, qui nobiscum sunt, nihil dicimus? quos quidem ego, si ullo modo fieri possit, non tam vllo ciere, quam sanare, & ipsos placare Reipublicæ, id quare fieri non possit, si me audire voluerint, intelligo.[2] Exponam enim vobis Quirites, ex quibus generibus hominum istæ copiæ comparentur: deinde singulis medicinam consilij, atque orationis meæ, si quam potero, afferam.[3] Primum est eorum, qui magno in ære alieno maiores etiam possessiones habent, quarum amore adducti discedere nullo modo possunt. Horum hominum species est honestissima: sunt enim locupletes: voluntas vero, & causa impudentissima.[4] Tu agro, tu ædificiis, tu argento, tu familia, tu reliquis omnibus ornatus, & copiosus sis: & dubites aliquid de possessione detrahere, ac fidem acquirere? Quid enim expectas? bellum? quid ergo in vastatione omnium tuas possessiones sacrosanctas futuras putas? an tabulas nouas? errant, qui ista a Catilina expectant: meus beneficio tabellæ nouæ proferentur, verum auctionaria. Neque enim isti, qui possessiones habent, alia ratione vlla salui esse possunt. Quod si maturius facere voluissent, neq; id quod facillimum est, & cer-

1 Reuocatur oratio à Catilina ad vrbanos coniuratos, tanquam magis timendos & in vrbe esse dissertur, omnes cōcitatos despiciendos, quæ pars reiicitur in vltimo loco.

2 Integratur eadem propositio ad eandē gratiam. Sed autem genera describentis omnis ferme ex adiunctorum loco.

3 Definitio primi generis ex adiunctis. Obseruandum est hanc speciē honestissimi, ac impudentissimi.

4 Argumentatur ex materia dissolutionis alieni. 5 Occupatur spes coniurationis, & repugnantibus eripitur.

tare cum vberis fructibus prædiorum: locupletiori-
bus hîs & melioribus ciuibus vtcremur.[1] Sed hoſ-
ce homines minimè puto perimeſcendos, quòd aut
deduci de ſententia poſſunt, aut ſi permanebunt,
magis mihi videtur [2] vota facturi cõtra Rẽp. quã
arma laturi.[3] Alterũ genus eſt eorum, qui quan-
quam premũtur are alieno, dominationem tamen
* expectant: rerũ potiri volunt, honores, quos quie-
ta Reſpub. deſperant, perturbata conſequi ſe poſſe
arbitrantur. Quibus hoc præſpiendum videtur,
vnum ſcilicet & idem, quod cæteris omnibus, vt
deſperent ſeſe, quod cupiantur, conſequi poſſe: pri-
mum omnium me ipſum vigilare, adeſſe, prouidere
Reip, deinde magnos animos eſſe in bonis viris, ma-
gnã concordiã, maximã multitudine, magnas præ-
terea copias militũ: deos denique immortales huic
inuicto populo, clariſſimo imperio, pulcherrimæ Vr-
bi, contra tantam vim ſceleris præſentis auxilium eſſe
laturos. Quòd ſi iam ſint id, quod cũ ſummo furore
cupiunt, adepti, nõne illis in cinere vrbis, & ſanguine
ciuium, quæ mente conſcelerata, ac nefaria concepe-
runt, ſe Conſules, ac Dictatores, aut etiã Reges
ſperant futuros? nõ videt ſe eapere id, quod ſi ade-
pti fuerint, ſtatim alicui, aut gladiatori concedi
ſit neceſſe? [4] Tertium genus eſt ætate iam ad fellum
exercitatione robuſtum: quo ex genere eſt ipſe Man-
lius, cuius nunc Catilina ſucceſſit. His ſunt homines
ex his colonijs, quas Feſulas Sylla conſtituit: quas
ego vniuerſas ciuium eſſe optimorum, & fortiſſimo-
rum virorũ ſentio: ſed tamen in his ſunt colons, quiſ
inſperatis repentinisq; pecuniis ſumptuoſius inſo-
lentiuſq; iactarũt: in dum ædificant tanquã beati,
dum prædijs, lecticis, familijs magnis, * conuiuijs,
apparatibus delectantur, in tantum æs alienum
incidertunt, vt ſi ſalui eſſe velint, [5] Sylla ſit vl ab
inferis

1 Concludi-
tur refutatio
primi gene-
ris.

2 Orbis con
iunctio.

3 Secundũ ge
nus ex adiun
ctis item de-
ſcribitur. Id
autem ad fe-
nitatem reuo
catur argumẽ
to ex remo-
tione hoſti,
quæ confir-
matur repu-
gnantiũ cauſ
ſarum cumu
latione.

* expetunt

4 Addit alte
rum argumẽ
tum ex remo
tione ſubiẽ-
torum.

* conuiuijs

apparatis

5 Tertij gene
ris definitio
ex adiunctis
& ſubiectis,
effectis etiam
nonnullis
quorum cauſ
as exponunt.

inferis excitandus, qui etiam nonnullos agreſtes
homines tenues, atque egentes in eandem illam
ſpem rapinarum veterum impulerit.[1] Quos ego
vtroſque Quirites in eodem genere, prædatorum,
direptorumque pono. Sed eos hoc moneo, deſinant
furere, & proſcriptiones, & Dictaturas cogitare.
Tantus enim illorum temporum dolor inuſtus eſt
ciuitati, vt iam ita non modo homines, ſed ne pe-
cudes quidem mihi paſſuræ eſſe videantur.[2] Quar
tum genus eſt ſane varium, & miſtum, & turbu-
lentum, qui iamprídem premuntur: quique nunquam
emergent: quique partim inertia, partim male gerẽ-
do negotio, partim etiam ſumptibus in vetere are
alieno vacillant: qui in vadimoniis, in iudicijs, pro-
ſcriptionibus bonorum defatigati, permulti & ex
vrbe, & ex agris ſe in illa caſtra conferre dicuntur.[3] Hoſce ego non tã milites acres quã inſidiatores lentos eſſe arbitror. qui homines primũ ſi ſtare non poſſunt, corruant, ſed ita, vt non modo ciui-
tas, ſed ne vicini quidẽ proximi ſentiãt. nam illud
non intelligo, quamobrem, ſi viuere honeſtè non
poſſunt, perire turpiter velint: aut cur minore do-
lore perituros ſecum multis, quàm ſi ſoli pereant,
arbitretur.[4] Quintum genus eſt parricidarum,
ſicariorum, denique omnium facinoroſorum: quos
ego à Catilina non removeo: nam neque diuelli ab
eo poſſunt: & pereant ſane in latrocinio, quo-
niam ſunt ita multi, vt eos capere carcer non
poſſit.[5] Poſtremum autem genus eſt, non ſuũ
numero, verùm etiam genere ipſo, atque vita,
quod proprium eſt Catilinæ, de cuius delectu, imo
verò de complexu eius, ac ſinu, quos pexo capillo

1 Obliquã
notat finem
cõiurationis,
nempe vt pro
ſcriptionibus
(quæ bella ci
uilia ſecutæ
erãt) locupleti
tarentur.

2 Ex remo
tione propoſi
ti huius remo
cat tertiũ ge
nus a coniu-
ratione addit
que ad illam
remotionem
confirmandã
repugnantia
quædam ex
collatione ma
iorum.

3 Refutatio
4ti quarti ge
neris ex col-
latione maio
rum, deinde
ex adiunctis,
quod eorum
motus obeſſe
non poſſit. Eorum au
tem rationes
cõclusionis
negatione
eludit.

4 Quintum
genus ex ad-
iunctis & effe
ctis definitur
audaces, faci-
noroſi quos
eosquam per
ditos & exipa

ratos omittit, & breui cum Catilina perituros.

5 Poſtremi generis refutatio ex variis adiunctis, ſubiectis & effectis.

matidos,

[1] plere

[2] Potremú hoc genus eluvies quodam tempore inundauit, cunctis partis orbis remotione abiectis, altera constitutione reipublicæ opus fuit.

[3] Conclusit prætor vniuersa de copiis Catilinæ: ἀπαράσκευος

[4] Addit aliam collationem minorum facultatum cum maioribus, inter primisque victoriam cum victoribus.

nitidos, aut imberbes, aut bene barbatos videtis, manicatis, & talaribus, ac tectis tunicis, vrbis amictus non togæ: quorum omnis industria vita, & vigilandi labor in antelucana cœna non exprimitur, in his gregibus omnes aleatores, omnes adulteri, omnes impuri, impudicique versantur. In pueri tam lepidi, ac delicati, non solum amare, & amari, nec cantare, & [1] saltare sed etiam sicas vibrare, & spargere venena didicerunt, quæ nisi exeunt nisi perierunt, etiam si Catilina perierit scitote hoc in Republ. seminarium Catalinarij futurum. [2] Verumtamen quid sibi isti miseri volunt? numquas fecum mulierculas suas in castra ducturi? quæ admodum autem illis carere poterunt, his præsertim tam vallibus? quo autem pacto illas pernoctabunt, atque illas pruinas, ac nives perferent? nisi vero, se fluminis tremen toleraturos putant, quod in communis nudi saltare didicerunt. [3] O bellum magnopere vertimesecendum, cuniculo fit habituros Catilina scortatorum cohortem? Prætoriam. Instruite nunc Quirites contra hos tam præclaras Catilinæ copias vestra præsidia, vestrosque exercitus: & primum gladiatori illi confecto, & saucio Consules Imperatoresque vestros opponite: deinde contra illa naufragia exitiam ac debilitatam manum florem totius Italiæ, ac robur educite. Nam verò vrbes coloniarum, ac municipiorum vestrorum debent Catilinæ tumulis, non muris. Neg; verò cæteras copias ornamenta, prædia vestra, tam illius latronis impia, atq; egestate vlcheo conferre. Sed se omissis his rebus omnibus quibus nos suppeditamur, [4] agere ille, Senatus, Equitibus Romanis, populo, vrbe, ærario, vectigalibus cuncta Italia, provinciis omnibus, exteris nationibus, si inquam his rebus omissis, ipsas curas, quæ inter se confligant, contendere velimus; ex eo ipso, quam valde illi laceant, intelligere possumus. Ex hac enim parte pudor pugnat, illinc petulantia, hinc pudicitia, illinc stuprum, hinc fides, illinc fraus, illinc pietas, illinc scelus, hinc constantia, illinc furor, hinc honestas, illinc turpitudo, hinc continentia, illinc libido: denique æquitas, temperantia, fortitudo, prudentia, virtutes omnes certant cum iniquitate, cum luxuria, cum ignauia, cum temeritate, cum vitiis omnibus: postremo copiæ cum egestate, bona ratio cum perdita, mens sana cum amentia, bona denique spes cum omnium rerum desperatione confligit. [5] In hoc inquam bello certamine ac prælio nonne, etiam si hominum studia deficiant, dij ipsi immortales cogent eb his præclarissimis virtutibus pat, & tanta vitia superari? Quæ quoniam ita sunt Quirites quemadmodum iam antea dixi, vestra tecta custodite, vrbemque de fendite mihi, ut vrbi fine vestro, [6] mihi ac fine vllo tumultu, satis esse præsidij, consultum ac prouisum est. [7] Coloni omnes municipesque vestri certiores à me facti de hac nostra excursione Catilinæ, scelere vrbem suam, finesque defendent: gladiatores, quam fortissimè manum, & certissimam fore putamus, quamquam meliore animo sunt, quam pars patriciorum, potestate tamen in vestra cœtinebuntur. [8] Q. Metellus, quem ego prospiciens hoc, in agrum Gallicanum, Picenumq; præmisi, aut opprimet hominem, aut omnes eius motus, conatusq; prohibebit. reliqui autem de rebus constituendis, maturandis, agendis, iam ad Senatum referemus, quem vocari videtis. Nunc illos, qui in vrbe remanserunt, atque adeò qui contra vrbis salutem

[1] Reuocatur inductione superioris confusio ad quatuor genera vitiorum & virtutum.

[2] Complexio comparationis iuncta memoriæ collationi Catilinam melioré etiam fuisse inferiorem, dij adiuuant.

[3] Repetitus è superiore collocutione prædita eulenarum & municipiorum & noua gladiatoria præsidia adduntur.

[4] Postremò ex aduersis Catilina refellit de exercitu. Metellus, de quo nunc dictum est. Is autem erat Prætor & Cohor. cognamine designatus. Vide Sallustium.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

emetiámque vestrũ in vrbe à Catilina relicti sunt, quanquam sunt hostes, tamen quia nati sunt ciues, mittos etiam atque etiam volo.[1] mea lenitas adhuc si cui salutior visa est, hoc expectauit, vt id, quod latebat, erumperet: quod reliquum est, iam non possum obliuisci, meam hanc esse patriam, me horum esse Consulem: mihi aut cum his viuendam, aut pro his esse morie[n]dum. nullus est portæ custos, nullus insidiator viæ: si qui exire volunt, consulere sibi possunt:[2] qui verò in vrbe se commouerit, cuius ego non modo factum, sed inceptum vllum, conatúmve contra patriam deprehendero, sentiet in hac vrbe esse Consules vigilantes, esse egregios magistratus, esse fortem Senatum, esse arma, esse carcerem, quem vindicem nefariorum ac manifestorum scelerum maiores nostri esse voluerunt.[3] Atque hæc omnia sic agentur Quirites, vt res maxima minimo motu, pericula summa nullo tumultu, bellũ intestinum ac domesticum, post hominum memoriam crudelissimum ac maximum, me vno tegato duce & Imperatore sedatur. quod ego sic administrabo Quirites, vt si vllo modo fieri poterit, ne improbus quidem quisquam in hac vrbe pœnam sui sceleris sufferat: sed si vis manifestæ audaciæ, si impendens patriæ periculum me necessariò de hac animi lenitate deduxerint: illud profectò perficiam, quod in tanto, & tam insidioso bello vix optandum videtur, vt nequis bonus intereat, paucorumque pœna vos omnes iam salui esse possitis.[4] Quæ quidem ego neque mea prudentia, neque humanis consiliis fretus polliceor vobis Quirites, sed multis, & non dubiis deorum immortalium significationibus: quibus ego ducibus in hanc spem, sententiámque sum ingressus

1 Prolepsis primæ sum̃æ repetitur & præteritæ lenitatis & futuræ ferocitatis causa. Argẽt ex repugnanti consuetudine nostra.

2 Ming initio iactatæ repetuntur & appositis causis augentur.

3 Repetitur lenitas & collectione difficillimum amplificat. quæ uis res sit grauissima, tamẽ moderatè coercebitur.

4 Confirmat fidem diuino quodam testimonio, idque ad maiorem populi confirmationẽ: de quo latissimè certis Catilinariis.

gressus: qui iam non procul, vt quondam solebant, ab exteris hostibus atque longinquo, sed hic præsentes sua numine, atque auxilio sua templa, atque vrbis tecta defendunt:[1] quos vos Quirites precari, venerari, atque implorare debetis, vt quam vrbem pulcherrimam, florentissimam, potentissimámque esse voluerunt, hanc omnibus hostium copiis terra, marique superatis, à perditissimorum ciuium nefario scelere defendant.

1 Concluditur oratio ad hortationẽ ad precandos deos: precationis argumẽtum ex patribus.

IN L. CATILINAM, AD QVIRITES.

ORATIO XXI.

REMPVBLICAM[2] Quirites, vitámque omnium vestrum, bona, fortunas, coniuges, liberosq; vestros, atque hoc domicilium clarissimi imperij, fortunatissimam pulcherrimámque vrbem, hodierno die deorum immortalium summo erga vos amore, laboribus, consiliis, periculisque meis, ex flamma atque ferro, ac pene ex faucibus fati ereptam, & vobis conseruatam, ac restitutam videtis. & si non minus nobis iucundi, atque illustres sunt ij dies, quibus conseruamur, quàm illi, quibus nascimur, quòd salutis certa lætitia est, nascendi incerta conditio: & quòd sine sensu nascimur, cum voluptate conseruamur: profectò quoniam illum, qui hanc vrbem condidit Romulum ad deos immortales benevolẽtia, famáque

2 Ponitur initio orationis summa Ciuitas decurũ immortalium gratia, & Ciceronis diligentia cõseruata esse. Quare supplicatio nomine Ciceronis celebranda esset complexio nondum ponitur. Argẽ. ex materia supplicationis. Absque proœmio. Propositio sequitur ex duabus mirorum collatione.

 sustulim

*aliàs, debebat.

1 Repetit argumentis positis, cùm est liberata.

2 Locus de ciuilitatis & attentionis ex adiunctis, comparationem conciliatam in Senatu, breuiter vobis exponam.

*aliàs, qui & ignoratis & expectatis scire possit.

3 Narratio longissima sequitur de coniuratorum coprehẽsione, iudicijs, confessione, secutaque coniuratione in quibus omnibus indicerii Rom. formula consideranda est. Comprehensio suis causis diligenter explicatur, quorum prima & princeps

*restitissent

4 Diligentiæ

sustalimus: esse apud vos, patresque vestros in honore* debebit dies ille, qui eundem hunc urbem condidam amplificatúmque seruauit.[1] nam tetum urbis templis, delubris, tectis omnibus subiectus propè iam ignes, exercandáque ferrum sanguis civium videbatur. quæ quoniam in senatu illustrata, patefacta, compertáque sunt per me, vobis iam exponã breuiter Quirites: vt & quanta, & quàm manifesta & quàm recens inuestigata, & comprehensa sint, vos* qui ignoratis, ex aliis scire possitis.[2] Principio, vt Catilina paucis ante diebus erupit ex urbe, cum sceleris sui socios, & huiusce nefarij belli acerrimos duces Roma reliquisset: semper vigilaui, & prouidi Quirites quemadmodum in tanto, & tam abscondito insidiarum periculo salui esse possemus. Nam tum, cum ex urbe Catilinam eiiciebam (non enim iam verebar huius verbi inuidiam, cum illa magis sit timenda, quòd vnus egressus est) sed tum, cum illum exterminari volebam, aut reliquam coniurationis manum simul exiturum, aut eos, qui* remansissent, infirmos sine illo ac debiles fore putabam.[3] Atque ego, vt vidi, quos maximo furore, & scelere esse inflammatos sciebam, eos esse mecum, & Romæ remansisse: in eis omnes dies, noctésque consumpsi, vt quid agerent, quid moliremur sentirem, ac viderem: vt quoniam auribus vestris propter incredibilem magnitudinem sceleris minorem fidem facerem oratio

est Ciceronis diligentis.

sux subiectum fusius explicat ex fine qui augetur dissimilitudine.

mea,

meta, rem ita comprehenderem, vt tum demum animo, salutique vestræ prouiderentur, cùm occulti maleficium ipsum videretis.[1] Itaque vt comperi Legatos Allobrogum belli Transalpini, & tumultus Gallici excitandi causa à P. Lentulo esse solicitatos, eósque in Galliam ad suos ciues, eodem itinere cum literis, mandatísque ad Catilinam esse missos, comitémque his adiunctum Vulturcium, atque hunc datas esse ad Catilinam literas: facultatem mihi oblatam putaui, vt quod erat difficillimum, quáque ego semper optabam à diis immortalibus, tota res non solùm à me, sed etiam à Senatu, & à vobis manifestè deprehenderetur.[2] Itaque hesterno die L. Flaccum, & C. Pomptinum Prætores fortissimos, atque amantissimos Reipub. viros ad me vocaui: rem omnem exposui: quid fieri placeret, ostendi. Illi autem, qui omnia de Reipub. præclara atque egregia sentirent, sine recusatione, ac sine vlla vllius negotij suscepturi,[3] & cum aduesperascaret, occulte ad pontem Miluium peruenerunt: atque ibi in proximis villis ita bipartiti fuerunt, vt Tiberis inter eos & pons interesset, eodem autem & ipsi sine cuiusquam suspicione multos fortes viros eduxerunt. & ego de præfectura Reatina complures delectos adolescentes, quorum opera vtor assiduè in Reipub. præsidio, cum gladiis miseram.[4] Interim tertia ferè vigilia exacta, cum iam pontem cum magno comitatu Legati Allobrogum ingredi inciperent, vnáque Vulturcius: si in eos impetus: educuntur & ab illis gladij, & à nostris: res erat Prætoribus nota solis, ignorabatur à cæteris. Tum intercursu Pontini, atque Flacci, magna quæ erat commissa, sedatur:[5] literæ, quæcunque erant in eo comitatu, integris signis Prætoribus traduntur

1 Addit famulatores diligentiæ suæ obligationes. Arg. ab ex caulis adiunctis, quibus etiã subtilia instrumenta quæ sunt eiusdem generis.

2 Adiungit deliberatio ad consequendum finem propositum idoneas

3 Circumstantiæ temporis & loci ad perpetuam narrationis fidẽ interponitur.

4 Præcedentia causarũ euentũ exponit ad iudicis tempus, loci, item facti.

5 Hæc prima pars est comprehensionis de literis & indicibus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur: ipsi comprehensi ad me, cum iam dilucesceret, deducuntur. [1] Atq; horum omnium scelerum improbissimum machinatorem Cimbrum Gabinium, statim ad me nihil dum suspicantem vocari. Deinde item accersitur P. Statilius, & post eum Cethegus: tardissimè autem [2] Lentulus venit, credo quòd literis dandis prater consuetudinem proxima nocte vigilarat. Cùm verò summis ac clarissimis huius ciuitatis viris, qui audita re frequentes ad me manè conuenerant, literas à me prius aperiri, quàm ad Senatum referri placeret: ne, si nihil esset inuentum, temerè à me tantus tumultus iniectus ciuitati videretur: negaui me esse facturum, vt de periculo publico, non ad consilium publicũ rem integram deferrem. [3] Etenim Quir. si ea, quæ erant ad me delata, reperta non essent: tamen ego non arbitrabar in tantis R. pericu-lis esse mihi nimiam diligẽtiam pertimescendam. Senatum frequentem celeriter, vt vidistis, coegi. Atque interea statim admonitu Allobrogum C. Sulpitium prætorem fortẽ virum misi, qui ex aedibus Cethegi, si quid telorum esset, efferret ex quibus ille maximam sicarum numerum, & gladiorum extulit. [4] Introduxi Volturcium sine Gallis: fidem ei publicam iussa Senatus dedi: hortatus sum, vt ea quæ sciret, sine timore indicaret: tũ ille dixit, cùm vix sẽ ex magno timore recreasset, à P. Lentulo sẽ habere ad Catilinam mandata, & literas, vt seruorum præsidio vteretur, & ad vrbem quàm primùm cum exercitu accederet: id autem eo consilio, vt cùm vrbem undique ex partibus, quemadmodum descriptum, distributumque erat incendisset, cædemque infinitã ciuium fecisset, præsto esset ille, qui & fugientes excideret, & sẽ cũ his vrbanis ducibus ciuibus coniungeret. [5] Introductus autem

1 Secunda pars narrationis de quatuor coniuratis, suis adiunctis illustrata.

2 Lucatur obiter in Lentuli somnũ.

3 Confirmatio ex dissimili. In publici periculi, quãuis falsa ha-spicione, ratio-nem diligẽtiæ non accusandã.

4 Prima pars narrationis ad hanc facit, quo modo comprehensi coniurati: indicia & quæ sequũtur primum Vulturcij. Res illustratur adiũctis indicium verò ipsũ hanc explicationem declinationem ex fine.

5 Secundum indicium à Gallorum legatis editum.

autem Galli iusiurandum sibi, & literas à P. Lentulo, Cethego, Statilio ad suam gentem datas esse dixerunt: atque ita sibi ab his & à L. Cassio esse præscriptum, vt equitatum in Italiam quàm primùm mitterent, pedestres sibi copias non defuturas: [1] Lentulũ autem sibi confirmasse ex fatis Sibillinis, Aruspicumque responsis se esse tertium illum Cornelium, ad quem regnum huius vrbis, atque imperium peruenire esset necesse: Cinnam ante se, & Syllam fuisse: eandémque dixisse, fatalem hunc esse annum ad interitum huius vrbis, atque imperij, qui esset decimus annus post virginum absolutionẽ, post Capitolij autem incensionem vigesimus: hunc autem Cethego cum cæteris controuersiam fuisse dixerunt, quòd cum Lentulo, & cæteris Saturnalibus eadem fieri, atque vrbem incendi placeret, Cethego nimium id longum videretur. Ac, ne longum sit Quirites, tabellas proferri iussimus, quas à quoque dicebantur data: primùm ostendimus Cethego: signum cognouit, nos linum incidimus, legimus: [2] erat scriptum ipsius manu, & Allebrogũ Senatui, & populo, sese, quæ eorum Legati confirmassent, esse facturũ: orare, vt item illi facerent, quæ sibi Legati eorum præcepissent. Tum Cethegus, qui paulò antè aliquid de gladiis, ac sicis, quæ apud illum isidem erant deprehensa, respondisset, dixisseq; se semper * eorum ferramentorum studiosum fuisse: recitatis literis dubitatus, atque abiectus, conscientia conuictus repentè conticuit. [3] Introductus Statilius, cognouit [4] manũ & signum suum, recitata sunt tabellæ in eandem ferè sententiã: confessus est. [5] tum ostendi tabellas

1 Separatim iudicatur Lentuli dicta, qui & sibi regnũ, & vrbi exitiũ futurum confirmabat. Paralogismus vero sophistus ex illis fatis, Lentulo eiusmodi fuit: Tertius Cornelius Roma regnabit: cum ires Cornelius regnaturus fata prædixerint, dubiumque sum regnarint, Cinna & Syllan: Lentulus est ille tertius Cornelius: Regnabit igitur.

2 Literis Cethegi & silentio quod quasi confessionis instar erat sẽ suam confirmat

* honorum

3 Quæstio & confessio Statilij propter similitudinẽ superioris breuius expressa.

4 Metonymia primi modi. Causa enim pro effectu sumitur, Manus pro scriptura.

5 Quæstio & cõfessio Lentuli: primum de signo ex cuius adiuncta linea commissuratio quædam ubiurgationi per multa interponitur.

Lentulo, & quasi cognoscerêne signum annuit. est verò, inquam, signum quidem notum, imago ani tui clarissimi viri, qui amauit unicè patriam, & ciues suos: quæ quidem te à tanto scelere etiam muta reuocare debuit. Legantur eadem ratione ad Senatum Allobrogum, populumque litera. si quid de his rebus dicere vellet, fieri potestatem. Atque ille quidem primò negauit: pòst autem aliquanto toto indicio exposito, atque edito, surrexit quæsiit à Gallis, quid sibi esset cũ iis quamobrem domum suam uenissent: itémque à Vulturcio, qui cum illi breuiter constantérque respondissent, perquem ad eum, quotiésque uenissent, quæsissentq, ab eo, nihilne secum esset de fatis Sibyllinis locutus? tum subitò ille scelere demens, quanta vis conscientia esset, ostendit. nam cùm id posset inficiari, repentè præter opinionem omnium confessus est: ita cum non modo ingenium illud, & dicendi exercitatio, qua semper valuit, sed etiam propter vim sceleris manifesti atque deprehensi, impudentia, qua superabat omnes, improbitasq; defecit. Vulturcius verò subito proferri literas, atque aperiri iussit, quas sibi à Lẽtulo ad Catilinam datas esse dicebat. Atq; ibi vehemẽtissimè perturbatus Lentulus, tamen signum & manum suam cognouit. erant autem scriptæ sine nomine, sed ita: QVI SIM, EX EO, QVEM AD TE MISI, COGNOSCES, CVRA VT VIR SIS, ET COGITA, QVEM IN LOCVM SIS PROGRESSVS: ET VIDE, QVID IAM TIBI SIT NECESSE. CVRA VT OMNIVM TIBI AVXILIA ADIVNGAS, ETIAM INFIMORVM. Gabinius deinde introductus, cùm primò impudenter respondere cœpisset, ad extremum nihil ex iis quæ

1 Conuincitur confessio Lentuli, & adiunctis exaggeratur.

2 Conuincitur literis Lẽtulus alio testimonio, literarum scilicet ad Catilinam, quarum exemplũ recitatur hic ad maiorem fidem, cum suorum sententia causa posita sit.

3 Alterum vinculum, modi.

4 Exemplum literarum Lẽtuli ad Catilinam.

5 Postremò quæstio Gabinij & confessio propter similitudinem huius crimẽ comprehensi.

quæ Galli insimulabant, negauit. Ac mihi quidem Quirites, cùm illa certissima sunt visa argumenta, atq; indicia sceleris, tabellæ, signa, manus, denique uniuscuiusque confessio: tum multò illa certiora, color, oculi, vultus, taciturnitas: sic enim obstupuerant, sic terram intuebantur, sic sæpe non nonnunquam inter se aspiciebant, vt non tam ab aliis indicari, sed ipsi à se viderentur. Indicijs expositis, atque editis, Quirites, Senatum cõsului de summa Reip. quid fieri placeret: dicta sunt à principibus acerrimè, ac fortissimè sententia, quæ Senatus sua nulla varietate est consecutus. Et quoniam nondum est perscriptum S.C. ex memoria vobis Quirites quid Senatus censuerit, expenam. Primùm mihi gratia verbis amplissimis agũtur, quod virtute, consilio, prouidentia mea Respublica sit maximis liberata: deinde L. Flaccus & C. Pontinus Prætores, quod eorum opera fortis fidelisque visa essem, merito ac iure laudantur: atque etiã uiro forti Collegæ meo C. Antonio iam impertitur, quod eo, qui intimi coniuratorũ partes fuissent, à suis & Reipublica consilijs remouisset. atque ita censuerunt, vt P. Lentulus, cum se Prætura abdicasset, tum in custodiam traderetur: itémque vti C. Cethegus, L. Statilius, P. Gabinius, qui omnes præsentes erant, in custodiam traderentur. atque idem hoc decretum est in L. Cassium, qui sibi procurationem incendendæ urbis depoposcerat: in M. Ceparium, cui

1 Perorantur summa quæstionis vniuersæ, repetito conscientiæ loco qui potest in hunc fyll. includit Conscientia certissimum sceleris est argumentũ: Coniurati sunt ea coniuratione: Certissimo igitur argumento.

Propositio collatione mirorum exaggeratur, cuius ἀπόδοσις peripbrasim conscientiæ continet ex adiunctis.

2 Assumptionis sententia subtilis mirificè picta & expressa.

3 Prima pars S.C. de gratijs Ciceronis pro ceteris Auctoribus habitis in quibus singulis adscribuntur suæ causæ.

4 Duæ partes narrationis adhuc fuerunt, comprehensio & inquisitio rerti à superiore de S. C. quod primum fuit dictum, quia seuerum & summo consensu factum.

5 Secunda pars S.C. de supplicio comprehensorum.

6 Reliquorum quinq; comprehensorum crimen attingitur, quia de his adhuc nil erat dictum.

2 Collaudatur ad extenuandum narrationis, Senatus lenitas, ne cæteri eum furati cõmoueantur, qua si pœna ad hos nouè solos sit peruenturа, in plerosque tamen posset seuere animaduersum est.

3 Digressio quædam de moderata Lentuli pœna.

3 Continuatur idem dissimile exemplo Marij de quo initio primæ Catilinariæ dictũ est amplissimè, pro Rabirio perduellionis reo.

4 Deprecatur iterũ. Est autem argumentum ex remotione principũ causarũ.

5 Laudat suã prudentiã in eiicièdo Catilina, & ei[5] vel utilitatẽ demõstrat ex cõsequẽtib[5] euẽtis quæ illum aiunt diffi dentiæ multitudine.

ad solicitandos pastores Apuliam esse attributam erat indicatum: in P. Furium, qui est ex his colonis quos Feslas L. Sylla deduxit in Q. Manlium Chilonem, qui vnà cum hoc Furie semper erat in hac Allobrogum solicitatione versatus: in P. Vmbrenum libertinũ hominem, à quo primum Gallos ad Cabinium perductos esse constabat.

1 Atq; ea lenitate Senatus est vsus Quirites, vt ex tanta coniuratione, tantaque vi ac multitudine domesticorum hostium, nullum hominum perditissimorum pœna Reip. conseruata, reliquorũ mentes sanari posse arbitrarentur. Atque etiam supplicatio diis immortalibus pro singulari eorum merito, nouo nomine decreta est Quirites: quod nobis primum post hanc vrbem conditam togato contigit: & his decretis verbis est, quòd vrbem incendiis, cæde ciues, Italiam bello liberassem. Quæ supplicatio si cũ cæteris conferatur Quirites, hoc interest, quòd cætera bene gesta, hæc vna conseruata Reipub. constituta est. 2 Atque illud quod facturus primum fuit, facillimum atque trãsacillum est, nam P. Lentulus, quanquam patefactis indiciis, & confessionibus suis, iudicio Senatus, non modò Prætoris iure, verùm etiam ciuis amiserat: tamen magistratu se abdicauit 3 vt qua religio C. Mario clarissimo viro nõ fuerat, quo minus C. Glauciam, de quo nihil nominatim erat decretũ, Prætorem occideret, ea nos religione in Primato P. Lentulo puniendo liberaremur. 4 Nunc, quoniam Quirites sceleratissimi, pernitiosissimique belli nefarios duces captos tam, & comprehensos tenetis, existimare debetis, omnes Catilinæ copias, omnes spes, atque opes his depulsis vrbis periculis concidisse. 5 Quam quidem ego cum ex vrbe pellebam, hoc præsidij animo Quirites, remoto Catilinæ,

nec mihi esse P. Lentuli somnum, nec L. Cassij adipem, nec C. Cethegi furiosam temeritatem pertimescendam. 1 Ille erat vnus timendus ex his omnibus, sed tandiu, dum mœnibus vrbis continebatur: omnia norat, omnium aditus tenebat: appellare, tentare, solicitare poterat, audebat: erat ei consilium ad facinus aptum: consilio autem neque lingua, neque manus deerat. iam ad cæteras res conficiendas certos homines delectos ac descriptos habebat: neque verò cum aliquid mãdarat, confectum putabat, nihil erat, quod non ipse obiret, occurreret, vigilaret, laboraret, frigui, sitim, famem ferre poterat. 2 Hunc ego hominem tam acrem, tam paratum, tam audacem, tam callidum, tam in scelere vigilantem, tam in perditis rebus diligentem, nisi ex domesticis insidiis in castrense latrocinium coniecissem, dicam id, quod sentio Quirites: non facilè hanc tantã molem mali à ceruicibus vestris depulissem. 3 non ille vobis Saturnalia constituisset, neque tantò ante exitium, ac fatis diem Reip. denuntiasset, neque commississet, vt signum, vt litera sua, vestes denique manifesto scelere deprehenderentur. 4 quæ nunc illo absente sic gesta sunt, vt nullum in priuata domo furtum vnquam sit tam palàm inuentũ, quàm hæc tanta in Rem. coniuratio manifesto inuenta, atque deprehensa est. 5 Quod si Catilina in vrbe ad hanc diem remansisset, quanquam quoad fuit, omnibus eius consiliis occurri, atque obstiti, tamen vt leuissimè dicam, dimicandum nobis cum illo fuisset, neque nos vnquam dum ille in vrbe hostis fuisset.

1 ἀντανάκλασις varijs personæ adiunctis confirmata, quod acer, callidus, disertus, audax, multis adiutus, diligens quibꝰ etiã ad dictor effectis.

2 Sententia est huius propositionis, si Catilina eiectus non esset, non tam facile Rempublicam seruare potuissem.

3 Confirmatio propositionis ex remotione earum facultatum quibus electo Catilina Cicero ad inimicum est, cui addatur diris militudo.

4 ἀντανάκλασις At comprehẽsi illa omnia egerunt, augetur auté cõfutatione minorum.

5 Repetitur propositionis sententia, si Catilina electus non esset, non tam facile Rempublicam liberauissem tantis periculis. Argum. est ex fine ad destinata: quo indicat salutis publicæ gratia Catilinam ex urbe ejiciendum fuisse.

tantis periculis Reip. tanta pace, tanto otio, tanto silentio, liberassemus. [1] Quanquam hæc omnia Quir. ita sunt à me administrata, vt deorum immortalium nutu, atque consilio & gesta & prouisa esse videantur. Nã, cum cogitarem cui consequi possemus, quod vix videtur [2] humanis consiliis tantam molem rerum gubernatio consequi potuisset, tum verò ita præsentes isti temporibus opem & auxilium nobis tulerunt, vt eos pene oculis videre possemus. [3] Nam vt illa omittam, visas nocturno tempore ab occidente faces, arderéque cœli, fulminib. tactum, vt terramotus, cæteraque, quæ iam multa nobis Consulibus facta sunt, vt hæc quæ nunc sunt, cauere dij immortales viderẽtur: [4] hoc certè Quir. quod sum dicturus, neque prætermittendum, neque relinquendum est. Nam profectò memoria tenetis, Cotta, & Torquate COSS. cẽplures in Capitolio turres de cœlo esse percussas, cum & simulacra deorum immortalium depulsa sunt, & statua veterum hominum deiecta, & ipsum æra liquefacta, tactum est etiam illud, quo hanc vrbem condidit Romulus, quem inauratũ in Capitolio paruum, atque lactantem, vberibus inpressi inhiantem fuisse meministis. [5] Quo quidem tempore, cum Aruspices ex tota Hetruria conuenissent, cædes atque incendia, & legum interitum, & bellum ciuile ac domesticum, & cetera verbis ac temperij occasum appropinquare dixerint, nisi dij immortales omni ratione placati suo numine prope fata ipsa flexissent. [6] Itaque illorum responsis

1 Regreditur ad supplicationem ex re pulsa coniurationis cauſa, quam specie correctionis ampliat, tanquam non Cicero, ſed dij reipſ. ſeruarint.

* Reditus ſic humani conſilij tantarũ rerum gubernatio eſſe potuiſſe &c.

2 Argumentum ad exclusionem cauſarum remotione. Nã ſi vi humana id factum non eſt, neceſſe eſt vi diuina accidiſſe.

3 Vi diuina id accidiſſe ex cœleſtibus ſignis confirmat. Argumentũ ex ominoſis quæ augentur diſſimilitudine.

4 ἀντιπόδοσις qua ſeparatur hoc oſtentum de tactu fulminis.

5 Interpretatio ſuperioris oſtenti aruſpicum teſtimonio confirmata.

6 Procuratio aruſpicij proximi ad placandos deos adhibita illud oſtentum ex Aruſpicum ſcitis nonitis.

tanc

tunc & ludi decem per dies facti sunt, neque vlla, quæ ad placãdos deos pertineret, prætermissa est. [1] Quæ cùm fecerint simulacra sua fecere maiora, & in excelso collocare, & contrà atque antè fuerat, ad Orientem conuertere: ac se sperare dixerunt, si illud signum, quod videtis, solis ortum, & forum, curiamque conspicerent, fore, vt ea consilia, quæ cùm essent inita contra salutem vrbis, atque imperij, illustrarentur, vt à S. P. Q. R. perspici possent. [2] Atque illud ita collocandum Consules illi * statuerunt: sed tanta fuit operis tarditas, vt neque à superioribus Consulibus, neque à nobis ante hodiernum diem collocaretur. [3] Hic quis potest esse Quirites tam auersus à vero, tam præceps, tam mente captus, qui neget hæc omnia quæ videmus, præcipuèque hanc vrbem deorum immortalium nutu, atque potestate administrari? [4] Etenim cùm esset ita responsum, cædes, incendia, interitumque Reipub. comparari, & ex aperitis cumbus: quæ tum propter magnitudinem scelerum nonnullis incredibilia videbantur, ea non modò cogitata à nefarijs ciuibus, verum etiã suscepta esse sensistis. [5] Illud verò vbinam ita præsens est, vt nutu Iouis optimi maximi factũ esse videatur? vt, cùm hodierno die mane per forum meo iussu & cunctorũ, & eorum iudicio in eadem Concordia ducerentur, eo ipso tempore signum statueretur, quo collocato, atque ad vos, Senatumque conuerso, omnia & Senatus, & vos, quæ erant contra salutem omnium cogitata, illustrata, & patefacta vidistis. [6] Quo etiam maiore sunt ibis odio, supplicioque digni, qui non solùm vestris domiciliis atq; tectis, sed etiam deorũ templis atque delubris sunt flammam ac ferrum ignesque inferre conati: [7] quibus ego si me eripuisse dicam, minùs mihi fidam, & nõ

1 Allud Aruspicum monitum ad eandẽ placationem.

2 Procuratio Aruspicij proxima quæ cõnexi assumptio est.

* Locauerunt

3 Concludit generaliter è superioribus testimoniis, diuinitus cõlaratione esse patratã, qũ specialiter de inceps agitur

4 Repetitur summa superioris aruspicij & euentu cõprobatur.

5 Repetitur summa secundi aruspicij, itemque cum suo euentu cõparatur & cõcluditur,

6 Digrediũ breuior in hos incendiarios.

7 Reuertitur ad instituta correctionem & cõcluditur cauſa, ſouis opem cõtinuationem pateſ. factam eſſe.

sim

* Ex propriis effectis ppriã causam & ab solutas elicit.

2 Alterũ argumentũ ex eodẽ effectorum loco

3 Cõclusio est propriæ quæstionis. Quare supplicatio celebrãda tanquam pro maximis rebus gestis.

4 Amplificatur magnitudo depulsi periculi comparatione quinque bellorũ civilium tam quã minorũ.

* oppressit: C. Mariũ cum suis eadem &c.

5 Secundum civile bellũ Inter Octauiũ & Cinnã Cõs. pro revocatio ne exulũ, qui hostes iudicati fuerãt, tũ cincta gladiis concio, fuit quãplurimi ues exsi sunt, Cinnáq; pulsus est.

6 Tertiũ civile bellum.

sum ferendus: ille, ille Iupiter restitit: ille Capitolium, ille hæc templa, ille hanc urbem, ille vos omnes salvos esse voluit, duis ego immortalibus duobus hanc mentem Quir. voluntatémne suscepi, atque ad hæc tanta iudicia perueni. [1] Iam verò illa Allobrogum solicitatio sic à Lentulo, cæterisq; domesticis hostibus tanta res tam dementer credita & ignotis, & barbaris, commissáq; littera nunquam essent profecta, nisi à diis immortalibus huic tantæ audaciæ consilium esset ereptum. Quid verò, vt homines Galli ex ciuitate male parata, quæ gens una restat, quæ pop. Rom. bellum facere & posse, & non nolle videatur, spem imperij, & rerum amplissimarum vltrò sibi à patriciis hominibus oblatam neglexerint, vestrámque salutem suis opibus anteponerint: [2] idnónne diuinitus factum esse putatis? præsertim qui nos non pugnando, sed tacendo superare potuerint. [3] Quamobrem Quir. quoniam ad omnia pulvinaria supplicatio decreta est, celebratote illos dies cum coniugibus ac liberis vestris. Nam multis sæpe honores diis immortalibus iusti habiti sunt, ac debiti, sed profectò iustiores nunquam. Erepti enim ex crudelissimo ac miserrimo interitu, & erepti sine cæde, sine sanguine, sine exercitu, sine demutatione, tegeti me vno togato duce, & Imperatore vicistis. [4] Etenim recordamini Quir. omnes ciuiles dissensiones, neque solum eas quas audistis, sed & has quas vosmetipsi meministis, & vidistis. L. Sylla P. Sulpitium * oppressit: ex vrbe eiecit C. Marium custodem huius vrbis, multósque fortes viros partim eiecit ex ciuitate, partim interemit. [5] Cn. Octauius COS. armis ex vrbe collegam suum expulit. omnis hic locus aceruis corporum, & ciuium sanguine redundauit. [6] Superauit

uit postea Cinna cum Mario, tum verò clarissimis viris interfectis, lumina ciuitatis extincta sunt. [1] Victus est huius victoria crudelitatem postea Sylla, ne dici quidem opus est, quanta diminutione ciuium, & quanta calamitate Reipub. [2] Dissensit M. Lepidus à clarissimo, & fortissimo viro Q. Catulo: attulit non tam ipsius interitus Reip. luctum, quam cæterorum. [3] Atque illæ dissensiones erant huiusmodi Quirites, qua non ad delendã, sed ad commutandam Reipub. pertinerent. non illi nullam esse Reipubl. sed in ea quæ esset, se esse principes: neque hanc urbem conflagrare, sed se in hac urbe florere voluerunt. Atque illa tamen omnes dissensiones, quarum nulla exitium Reipub. quæsiit, eiusmodi fuerunt, vt non reconciliatione concordiæ, sed internecione ciuium diuisa sint. [4] In hoc autem vno post hominum memoriam maximo crudelissimoq; bello, quale bellũ nulla vnquam Barbaria cum sua gente gessit, quo in bello lex hæc fuit à Lentulo, Catilina, Cassio, Cethego constituta, vt omnes qui salua vrbe salui esse possent, in hostium numero ducerentur: tta me gessi Quir. vt omnes salui conservaremini. [5] & cum hostes vestri tantum superfuturum putassent, quantum infinita cædi reliquissent: tantũ autem vrbis, quantum flamma obire non potuisset: & vrbem, & ciues integros incolumésque seruauit. [6] Quibus pro tantis rebus Quirites, nullum ego à vobis præmium virtutis, nullum insigne honoris, nullum monimentum laudis postulo, præterquàm huius diei memoriam sempiternam. In animis ego vestris omnes triumphos meos, omnia ornamenta honoris, monimenta gloriæ, laudis insignia, condi, & collocari volo. nihil me mutum potest delectare, nihil denique huiusmodi.

quod

1 Quarum civile bellum.

2 Quintum ciuile bellũ.

3 Accommodatio & summa enumerationis præcisio minorum contionis ex leniore fine.

4 Arrangement

primæ comparationis q licet hoc bellum crudelissimũ fuerit, tamẽ oẽs incolumes sunt conseruati.

5 Beneficij magnitudo ex magnitudine rei subtractæ cõcludit.

6 Concludit tur prima quæstio (Quare supplicationem celebrandã) sed fructus & finis laborum proponitur in argumento.

quod etiam minus digni assequi possint. Memoria vestra Quirites nostra res alentur, sermonibus crescent, literarum monumentis inueterascent. & corroborabuntur: eandémque diem intelligo, quam spero aeternam fore, & ad salutem vrbis, & ad memoriam Consulatus mei propagatam: vnóque tempore in hac Reipub. duos ciues extitisse, quorum alter fines vestri imperij, non terræ, sed cœli regionibus terminaret, alter eiusdem Imperij domicilium, sedémque seruaret. Sed quoniam earum rerum, quæ ego gessi, non est eadem fortuna, atque eorum, quæ illorum, qui externa bella gesserunt: quod mihi vincendum fuit cum illis quos vici, ac subegi: illis hostes aut interfecti, aut oppressi reliquerunt. vestrum est Quir. si cæteris recta sua facta prosunt, mihi mea nequando obsint, prouidere. mentes enim hominum audacissimorum scelerata ac nefaria ne vobis nocere possint, ego prouidi: ne mihi noceant, vestrum est prouidere. quanquã Quirites mihi quidem ipsi nihil iam abiectis nocere potest. magnum enim est in vobis præsidium, quod mihi in perpetuum comparatum est, magna in Repub. dignitas, qua me semper tacita defendet: magna vis est conscientiæ, quam qui negligent cum me violare volent, se ipsi indicabunt. Est etiã in nobis ex animis Quirites, vt non modo nullius audacia cedamus, sed etiam omnes improbos vltrò semper lacessamus. Quòd si omnes impetus domesticorum hostium depulsi a vobis se in me vnum conuerterint: vobis erit prouidendum Quirites, quo

1 Amplificatio ex dissimilitudine. Quam illi tirannidem alii gloriæ & virtutis gradibus & pretijs adhibent propagandam

2 Secunda amplificatio ex dissimilitudine Pompeij & Ciceronis quæ versibus illis est celebrata: Cedant arma togæ, cedat laurea linguæ. O fortunatam natam me Cõsule Romam.

3 Commendatio est suipsius aduersus improborum conatus atque impetus iquorũ eausam per dissimilitudinẽ explicat Reipuli Romani præsidiũ implorat per collationem parium.

4 Per correctionem significat sibi magnum præsidium in populi memoria & gratitudine esse debere. Argum. est ex repugnantibus.

5 Proponit è suo periculo coniunctum & ei. periculum. Si opprimatur Cicero, nemo Reip. poscet vueri vult. Arg. est ex hoc.

conditione posthac eos esse velitis, qui se pro salute vestra obtulerint inuidiæ periculisq; omnibus. Mihi quidem ipsi quidest quod iam ad vitæ fructum possit accedere? præsertim cum neque in honore vestro, neque in gloria virtutis quicquam videam altius, quò quidem mihi liceat ascendere. Illud perfidiam profecto Quirites, vt ea, quæ gessi in consulatu, primatus tueatur. atque ego vt si qua est inuidia in conseruanda Reip. suscepta, lædat inuidet, mihi valeat ad gloriam. denique ita me in Repub. tractabo, vt meminerim semper, quæ gesserim, curémque vt ea virtute, non casu gesta esse videantur. Vos Quirites, quoniam iam nos est, veneramini illum lucem custodem huius vrbis, ac vestrum, atque in vestra tecta discedite, & ea, quanquam iam periculum est depulsum, tamen aquè, ac priori nocte fecistis, custodite, vigiliisque defendite. Id ne vobis dimittendum sit, atque vt in perpetua pace esse possitis, prouidebo.

1 Confirmat assertionem quadam confidentiam sui & inuidiæ adiuncta propositio.

2 Peroratio adhortationis ad supplicationem celebrandam. Additur admonitio ad defensionem vrbis.

IN L.

IN L. CATILINAM, IN SENATV.

ORATIO XXII.

1 In hac oratione disputat Cicero sit ne leuior an grauior delictum coniuratorū supplicio animaduertendum. Cuius vtriusque partis rationes per antithesin cōfert. Atque in primis hoc initio finem seuerioris patroni esse vult. Deinde ratis fiat. Verumtamen res illas tractat magis per dissimilitudinem quā per collationem imparium. Dissimile initio est: Cogitatis de mea salute, sed potius de publica cogitate. πρόσταξις paulo est longior.

2 Ratio προτάσεως ex adiunctis, quōd haec cogitatio grata sit.

3 ἀντιπάθεσις collationis.

4 Periculum enim sibi sub eundum docet ex destinatis ad finem syllogismi connexo concluſis in hunc modūm: si ex conditione cōsulatus mihi datus est quodlibet periculum subeundum est: Verum autem primum, igitur & postremū.

5 Assumptio confirmata ex adiunctis periculis vbiqus interatis. Res augetur enumeratione partium & earum adiunctis.

VIDEO P. C. in me omnium vestrum ora, atq; oculos esse conuersos: video vos non solum de vestro, ac Reipub. verum etiam, si id depulsum sit, de meo periculo esse solicitos. [2] Est mihi iucunda in malis, & grata in dolore vestra erga me voluntas: [1] sed eam per deos immortales quaeso deponite, atque obliti salutis meae, de vobis, ac de liberis vestris cogitate. [4] Mihi quidem si haec conditio Consulatus data est, vt omnes acerbitates, omnes dolores, cruciatusque perferrem ferram non solum fortiter, sed etiam libenter. dummodo meis laboribus vobis populoque Romano dignitas, salusq; pariatur. [1] Ego sum ille Consul P. C. cui non forum, in quo omnis aquitas continetur: non campus, Consularibus auspiciis consecratus: non curia, summum auxilium omnium gentium: non domus, communis perfugium: non lectus, ad quietem datus: non denique haec sedes honoris, sella curulis vnquam vacua mortis periculo, atque insidiis fuit. Ego multa tacui, multa pertuli, multa concessi, multa mea quodam dolore in vestro timore sanaui. [1] Nunc si hunc exitū Consulatus mei dij immortales esse voluerant vt vos P. C. populumq; Romanum ex caede miserā, coniuges, liberosq; vestros, virgines q; Vestales ex acerbissima vexatione, templa atq; delubra, hanc pulcherrimā patriam omnium nostrum ex foedissima flāma, totā Italiam ex bello, & vastitate eriperem: quaecunq; mihi vni proponetur fortuna, subeatur. Etenim si P. Lentulus suum nomē inductus à vatibus fatale ad perniciē Reip. fore putauit: cur ego nō leter meū Consulatū ad salutem Reip. propē fatalem extitisse? [3] Quare P. C. consulite vobis, prospicite patriae, conseruate vos, coniuges, liberos, fortunasq; vestras: populi Romani nomen, salutemq; defendite: mihi parcere, ac de me cogitare desinite. [1] Nam primum debeo spērare omnes deos, qui huic vrbi praesidēt, pro eo mihi ac mereor, relaturos gratiam esse: deinde si quid obtigerit, aequo animo, paratoq; moriar. [4] neq; enim turpis mors forti viro potest accidere, neq; immatura Consulari, nec misera sapienti. [1] Nec tamē ego sum ille ferreus, qui fratris charissimi atque amantissimi praesentis maerore non mouear, horumque omnium lacrymis, à quibus me circumsessum videtis. Neque meam mentem non domum saepe reuocat exanimata vxor, abiecta metu filia, & parvulus filius, * quem mihi videtur amplecti Respublica tanquam obsidem Consulatus mei: neque ille, qui expectans huius exitum diei adfuit in conspectu meo gener. moueor his rebus omnibus sed in eam partem, vt salui sint vobiscum omnes, etiam si vis aliqua me oppresserit, potius * quàm & illi & vos vnà cum Republica pereamus.

1 Complexio syllogismi aucta repetitione argumenti & confirmata comparatione contrariorum.

2 Concluditur primaq; fitio & dissimilitudo repetitur.

3 Confirmatio quaestionis ex adiunctis spe deorū & Ciceronis fortitudine.

4 Approbatur fortitudo ex cōiugatis, Moriar & Mors. vbi notabilis additio cum subiectis comparata.

5 Occupatio qua refellitur duritie in suos opinio ex contrariis, quae per singulas partes declaratur.

vnà Reipub. pestē pereamus

*aliàs, qui mihi videtur amplecti Remp.

*aliàs, quā vt illi & nos

Conclusio rarium prima quæstio, & perien lis adiunctis. & Senatus ex subiectis indicij ad severitatem acuitur.

a Argumẽtũ ex dissimilium subiectorum comparatione facilis & fine.

*Popu. Rom.

3 Repetitur approbatio facti ex illius testimonijs, quibus additur testimonium Senatus ex decreto hesterno, quod per partes explicatur. Sententia syllogismi est: Reipublicæ omnes confessi & laudatis iudicijs quæstorum in custodiam traditi videntur damnati: Tales sunt coniurati: videntur igitur iam esse damnati. Complexio ex quæstione posita intelligitur. Assumptio sequitur.

4 Assumptio.

5 Propositio syllogismi.

6 Propositur problema futuræ deliberationis,

[1] *Quare P. C. incumbite ad Reipublicæ salutem: circumspicite omnes procellas, quæ impendent, nisi prouideritis. non Tib. Gracchus, qui sterum Tribunus plebis fieri voluit: non C. Gracchus, qui agrariis concitare conatus est: non L. Saturninus, qui C. Memmium occidit, in discrimen aliquod, atque in vestræ seueritatis iudicium adducitur: [2] sed tenentur ij, qui ad urbis incendium, ad vestrum omnium cædem, ad Catilinam acciperndũ Romæ restiterunt, tenentur literæ, signa, manus, denique unius cuiusque confessio. solicitantur Allobroges: seruitia excitantur, Catilina accersitur: id est initum consilium, vt interfectis omnibus, nemo ne ad deplorandum quidem [4] Reipub. nomen atque ad lamentandam tanti imperij calamitatem relinquatur. [3] Hæc omnia indices detulerunt, res confessæ sunt, vos multis iam iudicijs iudicastis: [4] primum, quòd mihi gratias egistis singularibus verbis: & mea virtute, atque diligentia perductũ hominum patefactam esse coniurationem decreuistis: deinde quòd P. Lentulum, vt se abdicaret Prætura coegistis: tum quod eum, & ceteros, de quibus iudicauistis, in custodiam dandos censuistis: maximèque quòd mea nomine supplicationem decreuistis: quæ honos togato inhibitus ante me est nemini. Patremo hesterno die præmia Legatis Allobrogum. Titoque Vmbreno dedistis amplissima: [5] quæ sunt omnia eiusmodi, vt ij qui in custodiam nominatim dati sunt, sine vlla dubitatione à vobis damnati esse videantur. [6] Sed ego instituo referre

ad vos P. C. tanquam integrum, & de facto, quid iudicetis: & de pœna, quid censeatis, illa prædicam, quæ sunt Consulis. Ego magnum in Repub. versari furorem, & nouæ quandam miseri, & conciari mala tam pridem videbam: sed hanc tantã, tam exitiosam haberi coniurationẽ à ciuibus nunquam putaui. [1] Nunc quicquid est quocunque vestræ mentes inclinant atque sententia, statuendũ vobis ante noctem est. [2] Quantum facinus ad nos delatum sit, videtis. hanc si paucos putatis affines esse, vehementer errati. latius opinione disseminatum est hoc malum: manauit non solùm per Italiam, verum etiam transcendit Alpes, & obscure serpens multas iam prouincias occupauit. id opprimi sustentando, ac prolatando nullo pacto potest: quæcunque ratione placet, celeriter vobis vindicandum est. [3] Video duas adhuc esse sententias: vnam D. Syllani, qui censet eos, qui hæc delere conati sunt, morte esse multandos: alteram C. Cæsaris, qui mortis pœnam remouet, ceterorum supplicorum omnes acerbitates amplectitur. [4] Vterque è prosapia dignitate, & prorerum magnitudine in summa seueritate versatur. [5] Alter est, qui nos omnes, qui Po. Rom. vita priuare conati sunt, qui delere imperiũ, qui Pp. Ro. nomen extinguere puncto tẽporis suæ vitæ, & huc cõmuni spiritu non putat oportere: atque hoc genus pœnæ sæpe in improbos ciues in hac Rep. esse usurpatũ recordatur. [6] alter intelligit, mortem à diis immortalibus nõ esse supplicij causã constitutã, sed aut necessitatem naturæ, aut laboris, & miseriarũ quietẽ esse: itaq;

1 Definit tẽpus intra quod Senatui. Argumẽtum ex admissi: Dilatione opprimi nõ potest, celeri tate igitur opus est.

2 Repetitur magnitudo periculi & augetur efficientibus, quòd multi sunt tutores.

3 Proponũtur duæ inter se repugnantes sententiæ. Sed tamen quid in vtraque commodi aut incommoditatis, disputãdo excutit.

4 Laudatur vtraque sententia ex admissa seueritate.

5 Deliberatio Syllani ex factis reorum & exemplis similibus, in quibus puniendos esse: virtusque argumentum tractatio est prima.

6 Deliberatio Cæsaris qua Syllanus refellitur: inde sententia Cæsaris ponitur. Refellitur autem Syllanus ex dissimili.

eam sapientes nunquam inuiti, fortes etiam sæpe libenter oppetierunt. vincula verò, & ea sempiterna, certè ad singularem pœnam nefarij sceleris inuenta sunt. Itaque municipiis dispertiri iubet.

[1] Habere videtur ista res iniquitatem: si imperare velis: difficultatem, si rogare. decernatur tamen si placet. Ego enim suscipiam, & vt spero reperiam, qui id quod salutis omnium causa statuerit, non putet esse sua dignitati recusare. Adiungit grauem pœnam municipibus, si quis eorum vincula ruperit: horribiles custodias circundat, & diræ scelere hominum perditorum sancit, ne quis eorum pœnam, quos condemnat, aut per Senatum, aut per populum leuare possit: eripit etiam spem, quæ sola hominem in miseriis consolari solet: [2] bona præterea publicari iubet: vitam solam relinquit nefarijs hominibus: quam si eripuisset, multas vno dolore animi, ac corporis, & omnes scelerum pœnas ademisset. [3] Itaque vt alia in vita formido improbis esset posita, apud inferos eiusmodi quædam illi antiqui supplicia impijs constituta esse voluerunt: quod videlicet intelligebant his remotis non esse mortem ipsam pertimescendam. [4] Nunc P. C. ego mea video quid interfit. si eritis secuti sententiam C. Cæsaris, quoniam hanc is in Reipub. viam, qua popularis habetur, secutus est, fortasse minus erit hoc monitore, & antore huiusce sententiæ mihi populares impetus pertimescendi: sin illam alteram secuti eritis, nescio an amplius mihi negotij contrahatur: sed tamen meorum periculum rationes vtilitas Reipubli. vendicat. [4] Habemus

* Dilemma est, quo præcipuam partem sententiæ Cæsaris confirmat. Arg. est ex distributione causarum.

2 Postremũ caput sententiæ Cæsaris de publicatione, seu (vt recentiores dixerũt) cõfiscatione bonorũ.

3 Cõfirmabat Cæsar suã sententiã maiorũ testimonio, quos aiebat nõnulla de inferis cõfinxisse, qũ putaret remoto supplicio mortẽ pertimescẽdã nõ esse. Vide Sallust.

4 Disceptat ambiguè vtra que sententia ex additis periculo Catilinæ, altera minùs inuidiosa, altera nõ magis periculosa. In primaco iugata sunt, populares, populares.

5 Redit ad Cæsarẽ & collaudat ex hac sententia, tanquam de Rep. bene sentiente, quod deinde astricta fuerit vlteri potestẽ, ne Cæsar (cuius sententia non probatur) coniurationis nomine suspectus esse videretur.

animi à C. Cæsare, sicut ipsius dignitas, & maiorum eius amplitudo postulabat, sententiam tanquam obsidem perpetuæ in Rempubl. voluntatis, intellectum est, quid interesset inter leuitatem contionatorum, & animum vere popularem, saluti populi consulentem. [1] Video de istis, qui se populares haberi volunt, abesse non neminem, ne de capite videlicet ciuium Romanorum sententiam ferat. [2] is & nudiustertius in custodiam ciues Romanos Cethegum, & P. Lentulum dedit, & supplicationem mihi decreuit, & iudices hesternæ die maximis præmijs effecit. [3] Iam hoc nemini dubium est, qui res custodiam, quæsitori gratulationem, indici præmium decreuit, quid de tota re, & causa iudicarit. [4] At verò C. Cæsar intelligit legem Semproniam esse de ciuibus Romanis constitutam: qui autem Reipub. sit hostis, eum ciuem esse nullo modo posse: denique ipsum latorem legis Semproniæ iussu populi pœnas Reipubl. dependisse. idem etiam ipsum largitorem Lentulum & prodigum non putat, cùm de pernicie Reipub. & exitio huius urbis tam acerbè, tamque crudeliter cogitarit, appellari posse popularem. Itaque homo mitissimus atque lenissimus non dubitat P. Lentulum æternis tenebris, vtriculisque mandare: & sanctè in posterum ne quis huius supplicio leuanda se iactare, & in perniciem Reipubl. postilac popularis esse possit, adiungit etiam publicationem bonorum, vt omnes animi cruciatus, & corporis, etiam egestas, ac mendicitas consequatur. [5] Quamobrem sine hac statueritis, dederitis mihi comitem ad concionem Popul. Romani, atque iucundum: sine illam Syllani

vt disceptata est deliberatio duarum sententiarum.

1 Laudat Cæsarem nonnullorum Senatorum collationem.

2 Redditio maiorum ex factis & dictis Cæsaris, ex quibus hanc complexionem elicit. Conjuratos à Cæsare ipso esse damnatos. Arg. est ex partibus. Assumptio præcedit.

3 Propositio syllogismi.

4 Prolepsis qua refellit Cæsaris obiectionem propè in reliquenda ipsius Cæsaris sententia. Primum argumentum est exaduersis. Secundum ex speciali exemplo quod per contradictionem tractatur. Tertium est ex repugnantibus effectis.

5 Concluditur ambiguè

sententiam sequi malueritis, facile, me, atque vos à crudelitatis vituperatione defenderitis: [1] atque etiamsi eam multo* leniorem fuisse, quam P. C. quæ potest esse in tanti sceleris immanitate puniendæ crudelitas? Ego enim de meo sensu iudico. Nam ita mihi salua Respu. vobiscum perfrui liceat, vt ego quod in hac causa vehementior sum, non atrocitate animi moueor (quis enim est me mitior?) sed singulari quadam humanitate, & misericordia. [2] Videor enim mihi hanc vrbem videre lucem orbis terrarum, atque arcem omnium gentium, subito vno incendio concidentem: cerno animo sepultam patriam, miseros, atque insepultos aceruos ciuium: versatur mihi ante oculos aspectus Cethegi, & furor in vestra cæde bacchantis. Cum verò mihi proposui regnantem Lentulum, sicut ipse se exspectare confitetur est, puerperatum esse hanc Gabinium, cum exercitu venisse Catilinam: tum lamentationem matrumfamiliæ, tum fugam virginum atque puerorum, ac vexationem virginũ Vestalium, perhorresco. [3] & quia mihi vehementer hæc videntur misera, atque miseranda, idcirco in eos, qui ea perficere voluerunt, me seuerum, vehementémque præbeo. [4] Etenim quæro, si qui pater familiæ liberis suis à seruis interfectis, vxore occisa, incensa domo, supplicium de seruis quam acerbissimum sumpserit: vtrum ille clemens, ac mitis ciuis, an inhumanissimus & crudelissimus esse videatur? mihi verò importunus ac ferreus,* qui

1 Iam manifestius inclinat in Syllabũ & per correctionẽ disputat ex reputationibus nullam crudelitatem hic esse. Summi sceleris animaduertio nõ est crudelitas. Hic tũ misceleris est animaduertio. Nõ igitur crudelitas.

*Legendum est (si leniorem fuisse) Est enim antithesis crudelitatis & lenitatis.

2 Assumpsio est cum hypotypoſi.

3 Complexionis loco. Quare crudelitas hic non est) hæc sententia ponitur, vt idem seuerus sit & vehemens. Sed ipsam cõplexionis sententiam apertissimè exprimet in similitudine sequenti.

4 Idem disputatur ab ignobilitudine, vbi familia cum ciuitate comparatur.

*alias, qui non dolorem cruciatu leuierit.

rum dolorem suum & cruciatum dolore nocentis, & cruciatu leuierit. [1] Sic nos in his hominibus, qui nos, qui coniuges, qui liberos nostros trucidare voluerunt: qui singulas vniuscuiusque nostrum domos, & hoc vniuersum Respu. domicilium, delere conati sunt: qui id egerant, vt gente Allobrogum in vestigiis huius vrbis, atque in cinere deflagrati imperij collocarent: si vehementissimi fuerimus, misereri debebimur: sin remissiores esse voluerimus, summæ nobis crudelitatis in patria ciuium, pernicie summa seruanda est. [2] nisi verò cupiam L. Cæsar vir fortissime, & amantissime Reip. crudelior nudiustertius esse visus, cum furoris sui fœminæ lectissimæ virum præsenti, & audienti vita priuandum esse dixit: eum [3] auũ iussu CONS. interfectũ filiumq; eius impuberem, Lentulum à patre missum, in carcere necandum esse dixit. [4] Quorum quod simile fuit factum? quod initum delendæ Reipub. consilium? Largitionis voluntas tum in Rep. versata est, & partium quædam contentio. [5] Atque illo tempore huius anni [6] Lentuli, clarissimus vir, armatus Gracchum est persecutus, & grane tum vulnus accepit, ne quid de summa dignitate Reipub. mineretur. hic ad euertenda fundamenta Reipub. [7] Gallos accersiit, seruitia cõcitauit, Catilinam euocauit, attribuit nos trucidandos Cethego, cæteri ciues interficiẽdi Gabinis, vrbem inflammandam Cassio, totam Italiam vastandam, diripiendamque Catilinæ. [8] Vereamini censeo ne in hoc

1 ἀπόδοσις sim litis dionis illiberata variscominatarum consiliis vltasumptio est conexi & conclusio.

2 Cõfirmatur eadẽ quæstio L. Cæsaris testimonio ac iudicio.

3 Maternum auũ Fulcium Flaccũ intelligis qui bello Opimii Cõsulis fuit interfectus vnà cũ filio impubere quẽ paciscequerẽ pater miserat ad Senatum.

4 Comẽtio proximorum exemplorum veluti dissimilium.

5 Exaggeratur indignitas bellii ex dissimilitudine duorum Lentulorum, qui & nepotis.

6 Paternum auum intelligit.

7 ἀπαντήσεις ex factis Lentuli.

8 Concluditur superiore pagina institutus syllogismus: Quare nulla crudelitas. Argumentum repetitur, & collatione maiorum augetur.

Universidad de Deusto Biblioteca

1 Prolepsis est qua refellit obiectionē difficultatis, quę futura videbatur in his exequendis quæ Senatus Ratuliet: Cui respōdet per constitutionē contrariorum facultatum.

sulere tam immani,ac nefario,nimis aliquid seuerè statuisse videamini:cum multò magis sit verendū,ne remissione pœnæ crudeles magis in patriam,quàm ne seueritate animaduersionis nimis vehementes in acerbissimos hostes fuisse videamini. ' sed quæ exordio P.C.dissimulare non possum,iactantur enim voces,quæ peruenīūt ad aures meas, eorum,qui vereri videntur,vt habeam satis præsidij ad ea,quæ vos statueritis hodierno die,transigenda.Omnia promissa,parata,& constituta sunt P.C.cum mea summa cura,atque diligentia,tum multò etiam maiore Pop.Rom.ad summum imperium retinendum & ad communes fortunas conseruandas voluntate.[2] omnes adsunt omnium ordinum homines,omnium denique ætatum:plenum est forum,plens omnes æditus huius loci,ac templi.Causa enim est posita vrbem conditā hanc inuenta sola,in qua omnes sentirent vnā atque idem,præter eos,qui cùm sibi viderent esse perundum,cum omnibus potius,quam soli perire voluerunt.hosce ego homines excipio,& secerno libenter.neq; enim in improborum ciuium,sed in acerbissimorum hostium numero habendos puto.[3] Cæteri verò, dij immortales,qua frequētia,quo studio,qua virtute ad communem dignitatem,salutémque consentiunt? [4] Quid ego hic Equites Romanos commemorem?quos vobis ita summa ordinis,consensúque concedunt,vt vobiscum de amore Rei.certent: quos ex multorum annorum dissensione ad huius ordinis societatem,concordiámq; reuocatos,hodiernus dies nobiscum,atque hanc causā coniunxit:quam cōiunctionem si in Cōsulatu confirmata mea perpetuam in Reipub.tenuerimus,confirmo vobis,nullū posthac malum ciuile ac domesticum ad vllam Reipublicæ partem esse venturum.[5] Pari studio defendenda Reip.

2 Amplificatio per diuisionē partiū ex adiunctis.

3 Redit ad propositam tractandæ facultatem,& multarum partiū inductione confirmat.

4 Prima pars inductionis de Senatoribus & equitibus.

5 Secunda pars inductionis.

Reipub.conuenisse video Tribunos æratios fortissimos viros, [1] Scribas item vniuersos:quos cum casu hic dies ad ærarium [a] frequentes adduxisset,video ab expectatione sortis ad communem salutem esse conuersos. [2] Omnis ingenuorum adest multitudo, etiam tenuissimorum. Quis est enim, cui non hæc templa,aspectus vrbis,pulchra libertatis,lux denique hæc ipsa,& hoc cōmune patriæ solum,cùm sit charum,tum verò dulce,atque incundū? [3] Operæpretium est P.C.libertinorum hominū studia cognoscere qui* fortuna sua ciuitatis ius consecuti, hanc verè suam patriam esse iudicant:quam quidam hinc nati,& summo nati loco, non patriam suam,sed vrbem hostium esse iudicauerunt. [4] Sed virtute fortunam ciuitatis com. quid ego huiusce ordinis homines commemorem, quos priuata fortuna, quos communis Reipubli. quos denique libertas ea,quæ dulcissima est,ad salutem patriæ defendendā excitauit? [5] seruus est nemo qui modò tolerabili conditione sit seruitutis. qui nō audaciam ciuium perditōrū perhorrescat, qui non abstare cupiat,qui non tantum,quantum audet,& quantum potest,cōferat ad cōmunem salutis voluntatem. [6] Quare si quem vestrum fortè commouet hoc,quod audistis est, lenonem quendam Lentuli concursare circum tabernas,pretio sperantem solicitari posse animos egentium,atque imperitorum: est id quidem cœptum, atq; tentatum: sed nulli sunt inuenti tam aut fortuna miseri,aut voluntate perditi,qui non ipsum illū sellā, atque operis,& quæstus quotidiani locum,qui non cubile, ac lectulum suum, qui denique non cursum hunc [7] atq; usum vitæ suæ salutem esse velint. Multò verò maxima pars eorum, qui in tabernis sunt:nimò verò (id enim potius est dicendum) genus hoc vniuersum amantissimum est vtj.

1 Tertia pars.

* Victorius & Paulus Manutius in quibus frequentassent, procacernassent, vel frequentes reddidissent.

2 Quarta pars.

3 Quinta pars.

* aliàs: sua

4 Reuocatio est sui ipsius per collationē minorum, cuius apodosis sequitur.

5 Protasis minorum.

6 Concluditur ex his tā multis transigendi facultatibus dispertum illum in maiorem mutuendum nō esse.

7 Argumentum ex coniugatis.

1 Argumenta sunt ex effectis contrariorum collatione ad ea. Deinde ex ipsa cōparatione minorum.

2 Concludit propositā facultatē, & hic partim argumēto Senatū cohortatur.

3 Additur ad eandem facultatē Consulis voluntas & dissimilibus exornatur.

4 Reperiuntur summa superioris inductionis capita

5 Commiseratio est ad sternendum in hostes patriæ.

6 Reperiendorum eadem facultates.

7 Adhortatio heroïs est ex fine propositō ad fortiter agendum.

8 Cōsilio enthymemata ducta collatione minorum.

9 Correctio per cautum adhortationis cui dissimile præponitur.

10 Digressio

[1] *Etenim omne eorum instrumentum, omnis opera, ac quæstus, fenoris ac egestatis nostra sustinetur, alitur otio: quorum si quæstus occlusis tabernis nonnullis, quid tandem incensis futurum est?* [2] *Quæ cum ita sint P.C. vobis Pop. Roma, præsidia non desunt: vos ne Pop. Rom. deesse videamini, prouidete. Habetis consulem ex plurimis periculis, & insidiis, atque ex media morte, non ad vitam suam, sed ad salutem vestram reservatum:* [4] *omnes ordines ad conservandam Reipub. mentem, voluntate, studio, virtute, voce, consentiunt. obsessa facibus, & telis impiæ coniurationis, vobis supplex manus tendit patria communis: vobis se, vobis vitam omnium ciuium, vobis aram, & Capitolium, vobis aras penatium,* [5] *vobis illum ignem Vestæ perpetuum ac sempiternum, vobis omnia templa deorum, atque delubra, vobis muros, atque vrbis tecta commendat. Præterea de vestra vita, de coniugum vestrarum, ac liberorum anima, de fortunis omnium, de sedibus, de focis vestris, hodierno die vobis iudicandum est.* [6] *Habetis ducem memorem vestri, oblitum sui: qui non semper facultatem dari habetis omnes ordines, omnes homines, vniuersum Pop. Rom. ad quod in ciuili causa hodierno die primum videmur, vnum atque idem sentientem.* [7] *Cogitate quantis laboribus fundata imperia, quanta virtute stabilitam libertatē, quanta deorum benignitate auctas, exaggeratasque fortunas una nox pene delerit.* [8] *Id ne vnquam posthac non modo confici, sed ne cogitari quidem possit, vobis hodierno die prouidendum est.* [9] *Atque hæc non vt vos, qui mihi studio pene præcurritis, excitarem, locutus sum: sed vt mea vox, quæ debet esse in republ. princeps, officio simulla Consulari videretur.* [10] *Nunc antequā ad sententiam redeo,*

deo, de me pauca dicam. Ego quanta manus est ventilatorum, quam videtis esse permagnam, tantam me inimicorum multitudinem suscepisse video: sed eam esse iudico turpem, & infirmam, contēptam, & abiectam. Quòd si aliquando alicuius furore, & scelere concitata manus ista plus valuerit, quàm vestra ac Reipubli. dignitas: me tamen meorum factorum, atque consiliorum nunquā P.C. pœnitebit. [1] *Etenim mori, quam illi mihi fortasse minitantur, omnibus est parata: vitæ tantam laudem, quanta vos me vestris decretis honestastis, nemo est assecutus.* [2] *Cæteris enim semper bene gestæ, mihi vni conseruatæ Reipub. gratulationem decreuistis. Sit Scipio clarus ille, cuius consilio, atque virtute Annibal in Africam redire,* [3] *atque ex Italia decedere coactus est:* [4] *tenetur alter eximia laude Africanus, qui duas vrbes huic Imperio infestissimas Carthaginem, Numantiámque delevit: habeatur vir egregius L. Paulus ille, cuius currum Rex potentissimus quondam, & nobilissimus Perses honestauit: sit in æterna gloria Marius, qui bis Italiam ab infame, & metu seruitutis liberauit: antepona tur omnibus pompeius, cuius res gestæ, atque virtutes eisdem, quibus solis cursus, regionibus, ac terminis continentur:* [5] *erit profectò inter horum laudes aliquid loci nostræ gloriæ, nisi forte maius est parcere nobis prouincias, quò exire possimus, quàm curare, vt etiā illi qui absunt, habeant quo vestros reuerti animos.* [6] *quanquam est in vno loco conditio melior externa victoria, quàm domestica: quòd hostes alienigenæ aut oppressi seruiunt, aut*

6 Per correctionem conditionē victoriæ suæ deteriorem ostendit ex ad unctis eorum qui victi sunt explicatis collatione imparium.

est ad commē dationem fabulæ suæ, sed cōsolationis specie magis quam petitionis.

1 Confirmatur ἀντιπαράδοσει: adiuncta laude cui dissimile præponit.

2 Consolatio cūm antithesi gloriæ suæ quam amplissimi collatione maiorum: deinde etiam pariū, cuius prozasis multa membra habet.

3 ὑστερολογία quædam est: prius enim decedere, ex Italia fuisse inde redire in Africam.

4 Singula huius προσωποποιΐας permissione rhetorica exornantur.

5 Parium ἀπόδοσις.

recepti

ἀπαράδοτα dissimilitudinis.

2 Concludit è proxima collatione immines sibi periculũ, & eius contemplationem tamẽ opponit, ac præcipuam spem salutis suę ponit in memoria beneficij à se dati. Argex causis.

3 Concludit se suæ salutis gratia nihil aliud postulare, nisi memoriam illius beneficij, quæ Rẽp. seruarat.

4 Digressio adhuc fuit ac eedit eandem ad sententiã; quam præcipuam nullam dicit, sed adhortatur Senatũ ad fortiter statuendum. Syllaua tacite cõprobãs. Amplificatio ell ex partibus consuetudinis subiectis.

receptibeneficio se obligatos putant: [1] qui autem ex numero ciuium dementia aliqua depranati, hostes patriæ semel esse cœperunt, eos, cùm à pernicie Reipub. repuleris, neque vi cœrcere, neque beneficio placare possit. [2] Quare mihi cum perditis ciuibus æternum bellum susceptum esse videtur: quod ego vestro, bonorũmque omnium auxilio, memoriáque tantorum periculorum, quæ nõ modò in hoc populo, qui seruatus est, sed etiã in omnium gentium sermonibus, ac mentibus semper hærebit, à me atque à meis facilè propulsari posse confido. Neque vlla præfecto tanta vis reperietur, quæ coniunctionem vestram, equitúmq; Romanorum, & tantam conspirationem bonorum omnium perfringere, & labefactare possit. Quæ cũ ita sint Patres conscripti, pro imperio, pro exercitu, pro prouincia, quam neglexi, pro triumpho, cæteris q; laudis insignibus, quæ sunt à me propter vrbis, vestrarq; salutis custodiam repudiata, pro clientelis hospitiisque prouincialibus, quæ tamen vrbanis opibus nõ minore labore tueor, quàm comparo: [3] pro his omnibus rebus, & pro meis in vos singularibus studijs, pro hac, quam cõspicitis, ad conseruandam Reipub. diligentia, nihil aliud à vobis nisi huius temporis, totíusq; mei Consulatus memoriã postulo. Iam dum erit vestris mentibus infixa, firmissimo me muro septum esse arbitrabor. Quod si meam spem vis improborum fefellerit, atque superauerit, commendo vobis paruum meum filiũm: eius profectò satis erit præsidij, non solum ad salutem, verum etiam ad dignitatem, si eius qui hæc omnia sua salus periculo conseruauerit, illum esse filium memineritis. [4] Quapropter de summa salute vestra populique Romani, de vestris coniugibus ac liberis, de aris ac focis, de fanis ac templis, de totius vrbis

vrbis tectis ac sedibus, de Imperio, de libertate, de salute Italiæ, deque vniuersa Respub. decernite diligenter, vt instituistis, ac fortiter. [1] Habetis enim Consulem qui & parere vestris decretis non dubitet, & ea quæ statueritis, quoad viuit, defendere, & per se ipsum præstare possit.

PRO L. MVRAENA.

ORATIO XXIII.

[2] VAE precatus sum à diis immortalibus Iudices, mane isti tutoq; mauorum illo die, quo auspicato comitijs cẽturiatis L. Murænam Consulem renuntiauit: vt ea res mihi, [3] magistratuique meo, populo, plebique Romanæ bene atque feliciter eueniret: eadem precor ab iisdem dijs immortalibus ob eiusdem hominis Consulatũ vnà cum salute obtinendum, & vt vestra mẽte, atq; sententia cum Pop. Roma. voluntate, suffragijsque cõsentiant, eáque res vobis populóque Romano pacem, tranquillitatem, otium, concordiámq; afferat. [1] Quòd si illa solennis comitiorum precatio consulibus auspicijs consecrata tantam habet in se vim & religionem, quantã Reipub. dignitas postulat: idem ego sum precatus, vt ijs quoque honoribus, quibus hic Consulatus meo gerente datus esset, ea res fauste feliciter, prosperéq; eueniret. [4] Qua cum ita

1 Repetit argumentum efficientium causarum & facultatum.

2 Exordium ad benevolentiam Iudicũ cõciliandam. Murænæ species ex admodũm personæ, quæ parium collatione augentur, q. d. Consulis publicæ precatio pro Consule valet apud Deos, eadem quoque valere debet apud Iudices. Verũ autem prius, igitur & posterius. Alium prior locus est, alia inuolutæ iterationis precationis, quã sæpius inculcat, & in ea propter hospitis publicæ vescio quid religionis inesse videretur.

3 Propositionis sententia cũ iterationis præstantia.

sed quæ propius attingat Murænæ causam quàm Rempub.

4 Complexio in qua Iudicum potestatẽ Deorũ potestati parem facit: Sed præter sententiã quæstionis adõit etiã cõmẽdationẽ sui cum repetitione argumenti.

sint

Altera pars exordij ad tuendam Ciceronis exilitatem. quā accusatores crimināndo im minuere conati erāt. Hūc igitur finē refutationis Cicero etiam indicant sunt autem obiectionis contrariæ capita quæ suo ordine diffoluuntur.

2 Apostrophe ad Catonem, cui respōdet ex adiunctis personę sūę & subiectis defensionis suæ auctis collatione minorū. Enthymema est ex complexione & oppositione.

3 Altera ratio defensionis per collationem minorum.

4 ἀντέφασις maiorum.

5 Repetit sententiam propositionis sed generalius & humilitudine illustrat.

sint Iudices, & cum omnis deorum immortalium potestas, aut tractata sit ad vos, aut certè communicata vobiscum de Consul eam vestra fides cōmendat, qui ante à dijs immortalibus commendauit vt eiusdem hominis voce & declaratus Consul, & defensus, beneficium Pop. Rom. cum vestra, atque omnium ciuium salute tueatur. [1] *Et quoniam in hoc officio studium meæ defensionis ab accusatoribus, atque etiam ipsa suscepta causæ reprehensa est: antequam pro L. Murena dicere instituo, pro me ipso pauca dicam: nec quòd mihi potior hoc quidem in tempore sit officij mei, quàm inimicæ salutis defensio: sed vt meo facto vobis probato, maiore auctoritate ab huius honore, fama fortunisq; omnibus inimicorum impetus propulsare possim & primam M. Catoni vitam ad certam rationis normam dirigenti, & diligentissimè perpendenti momenta officiorum omnium, de officio meo respondebo. Negat fuisse rectum Catonem, me & consulem, & legis ambitus latorem, & tam seuerè gesto Consulatu, causam L. Murenæ attingere. cuius reprehensio me vehementer mouet, non solum vt vobis Iudices, quibus maximè debeo, verum etiam vt ipsi Catoni, grauissimo, atque integerrimo viro rationem facti reddere debeam.* [3] *A quo tandem M. Catone est aquius Consulem defendi, quam à Consule? Quis mihi in Republ. potest, aut debet esse carior, quam is, cui Resp. à me vnà tradita sustinenda, magnis meis laboribus & periculis sustentata?* [4] *Quòd si in ijs rebus repetendis, quæ mancipij sunt, si periculum iudicij præstare debet, qui se nexu obligauit: profectò etiā rectius in iudice Consulis designati, si potissimum Consul, qui Consulē declaranit, autor beneficij Pop. Ro. defensorij, periculi esse debebit.* [5] *Ac si, vt nonnullis in ciui-*

in ciuitatibus fieri solet, patronus huic causæ publicè constitueretur, is potissimè honore affecto defensor daretur, qui eadē honore præditus nō minus afferret ad dicendū auctoritatis, quam facultatis. [1] *Quòd si e portu salutaribus ijs, quibus in portum ex alto inuehuntur.* [2] *præcepere summa studio solent & tempestatum ratione, & prædoni, & locorum, quod natura affert, vt cit fanctamas. quæ eadem pericula, quibus nos perfuncti sumus, ingrediatur: quo tandē animo nos esse oportet propè iam ex* [3] *magna iactatione terrā videntem, in hac, cui video maximas Reip. tempestates esse subeundas?* [4] *Quare si est boni Consulis, nō solum videre quid agatur, verum etiam prouidere quid futurum sit: ostendam alio loco, quantū salutis cōmuni interfuit, duos Consules in Rep. Cal. Ian. esse. Quod si ita est, nō tam me officiū debuit ad huius amici fortunas, quā Resp. Consulē ad communem salutem defendendam vocare.* [5] *Nā quod legē de ambitu tuli, certè ita tuli, vt eā, quam nobismet ipsi iampridem tulerim de ciuiū periculis defendēdis, non abrogarē. Etenim si largitionem factā esse confiteer, id, recte factū esse defendē, facerē improbē, etiam si alius legē tulisset: cū vero nihil cōmissum contra legē esse defendā, quid est, quod meam defensionem latio legis impediat?* [6] *Negat esse eiusdem seueritatis. Catilinā exitium Reip. intra mœnia molientē, verbis & pen, imperio vrbe expulisse, & nunc pro L. Murena dicere. Ego autem has partes lenitatis, & misericordiæ, quas me natura ipsa docuit, semper ego libenter illum verò grauitatis, seueritatisq; personā non appetiui, sed ab Reipub. mihi impositam sustinui, sicut huius imperij dignitas in summo periculo eiusmodi postulabat.* [7] *Quòd si tum, cum Resp. vim & ciuitatē desperabat*

1 Confirmat aliena ab humilitudine affectū suæ defensionis.

2 prædicere

3 Allegoria in propositā similitudine persistens.

4 Concludit priùs argumē ti refutationē ex causis auctis collatione minorum.

5 Transit ad secundum argumentū obiectionis ex repugnantia Catoni videbatē id autē facto suo repugnare negat Cicero ex subiectis defensionis suæ syllogismi constare tres partes integras vna pertinacomplectens.

6 Augetcausas lenitatis adhibēdæ collatione minorum

derabat, vici naturâ, & tam vehemens fui, quàm cogebar, non quam volebam: nunc, cùm omnes mi caussa ad misericordiam, atque ad humanitatem vocent, quanto tandem studio debeo naturæ meæ consuetudinem seruare? Ac de officio defensionis meæ, ac de ratione accusationis tuæ fortassè etiam alia ex parte orationis dicendum nobis erit. Sed me Iudices non minus hominis sapientissimi, atq; verissimi Ser. Sulpitij conquestio, quâ Catonis accusatio commouebat: qui grauissimè, & acerbissimè ferre dixit, me familiaritatis necessitudinisque belli, caussam L. Murænæ cõtra se defendere. Huic ego Iudices satisfacere cupio, vósque adhibere arbitros. Nam cùm graue est verè accusari in amicitia, tam etiam, si falsò accuseris non est negligendum. [3] Ego Seruî Sulpitî me in petitione tua tibi omnia studia, atque officia pro nostra necessitudine & debuisse confiteor, & præstitisse arbitror. nihil tibi Consulatum petenti à me defuit. quod esset autab amico, aut à gratioso, aut à Consule postulandum. abest illud tempus: mutata ratio est: sic existimo, sic mihi persuadeo, me tibi contra honorem L. Murænæ, quantum tu à me petulare ausus es, tantum debuisse: contra salutem, nihil debere. [4] Neque enim si tibi tum, cùm peteres Consulatum, offuit, idcirco nunc, cum ad Murænam ipsum petas, adiutor eidem patto esse debeo. [5] Atque hoc non modò non laudari, sed ne concedi quidem potest, vt amicis nostris accusantibus, non etiã alienissimos defendamus. Mihi autem cũ Murena Iudices & vetus, & magna amicitia

1 Concludit primum rei tatationis partem reiectione in alium locum & peroratiunculam parium trahit ad reliqua dendum Seruio Sulpitio alteri accusatori.

2 Propositio criminis, cui satisfacere se cupere profitetur, additq; rationem ex subiectis.

3 Respondet per contradictionẽ ex effectis, quæ augentur collatione dissimilium subiectorum.

4 Confirmat positã dissimilitudinem cõsecutionis negationis quæ Cic. in Rhetoricis refert ad locum dissimilitudinis.

5 Addit alteram rationem ex subiectis amplificatis minorum col

latione cum maioribus. q. d. Licet contra amicos etiam alienissimos defendere. At Murena etiam mihi amicus est. Cur ergo eum mihi non licebit aduersus Sulpitium defendere?

est.

est, qua in * capitis diminutione à Ser. Sulpitio nõ idcirco obruetur, quod ab eodem in honoris contentione superatus est. [1] Quasi caussa nõ esse, tamen vel dignitas hominis, vel honoris eius quem adeptus est, amplitudo, summam mihi superbiæ, crudelitatisque famam inussisset, si hominis & suis, & pop. Ro. ornamentis amplissimi caussam tanti periculi repudiassem. Neque enim iam [2] mihi licet, neque est integrum, vt meũ laborem hominũ periculis subleuandis non impertiam. Nam cùm præmia mihi tanta pro hac industria sint data, quãta antea nemini, labores per quos ea cœperis, cùm adepta sis, deponere, esset insipientis & astuti, & ingrati. [3] Quid? si licet desinere, si te autore fuerunt, si nulla inertiæ, nulla superbiæ turpitudo, nulla inhumanitatis culpa suscipitur: ego verò libenter desino. Sin autem fuga laboris desidiã, repudiatio supplicum superbiam, amicorum neglectus improbitatem coarguit: nemirum hac caussa est eiusmodi, quam necinduximus, quã nec misericors, nec iniquus deserere posset. [4] Atq; huiusce rei contentionem de tua ipsius studio Seruî facillimè cœperis. Nam si tibi necesse putas etiam aduersariis amicorum tuorum de vere consulentibus respondere: & si turpe existimas te aduocatum illũ ipsum quem contra veneris, caussæ cadere: nulla tam esse inimicitias, vt cum tui fontes vel inimicis tuis pateãt, nostros riuulos etiam amicis putes clausos esse oportere. [5] Etenim si me tua familiaritas ab hac caussa remouisset, & si hoc idem Q. Hortensio, M. Crassoque clarissimis virisque item cæteris à quibus

*dimicatione. Hæc germana lectio est.

1 Repetit sententiam propositionis nouorum & adiunctis persequitur adaugetq.

2 Confirmat antapodosin ex communi peccatorum forma. Peccatum enim est quicquid nõ licet. Quam rationẽ postea accommodat ad speciem lõgi animi, & materiarum accessionem augeat.

3 Permissio ipsorum quæ idem dissimulat ex reprehensionibus exẽtis. Syllogismus est connexus ex modi partes legitimo ordine sitæ sunt.

4 Simil fãdo Seruij iuõ ipse defendit & minorum collatione auget.

5 Argumentatur ex paribus causis ad paria effecta quæ ipsa remotæ collatione maiorũ quæ quidem sententiã assumptionis continet.

re, inuitis

1 Ex cõtrario rum compara tione se bene ex officio fecisse indicat.

2 Concludit per distinctionẽ ex loco dissimilium.

3 ARTAMdoric dissimilitudinis.

4 Absoluta re fatione rerum defensarũ obiectarumq; cuiusq; ptis accedit eã distributio in tres summas partes quarũ primum eluuat ex adiunctis.

5 Primũ enim ex pring pijs auctũ ex subiectis dilutur ex adiunctis repugnantibus auctis collationedq; dissimilium.

6 Cõparatione contrariorum id Murx ne laudidocit id in criminis loco erat, ibi idq; arguet minuẽdi collatione riusq; cõsequentibus ventis.

intelligo tuam gratiã magni æstimari, accidisse: in ea ciuitate Consul designatus defensorem non haberet, in qua nemini vnquam insimo maiores nostri patronum deesse voluerant. 1 Ego verò Iudices ipse me existimarem nefarium, si amicũ crudelem, si miserũ: superbum, si Consulẽ desiissem. 2 Quare quod dandum est amicitiæ, large dabitur à me, vt rectum agam. Serui non secus, ac si meus esset frater qui mihi est charissimus: 3 ille in loco quod tribuendum est officio, fidei, religioni, id ita moderabor, vt meminerim me contra amici studium pro amico pericule dicere. 4 Intelligo Iudices tres istius accusationis partes fuisse, & earum vnam in reprehensione vitæ, alteram in contentione dignitatis, tertiam in criminibus ambitus esse versatam. Atq; horum trium partium prima illa, quæ grauissima esse debebat, ita fuit infirma, & levis, vt illis lex magis quadam accusatoria, quam vera maledicendi facultas de vita L. Murænæ dicere aliquid cogeret. 5 Obiecta est enim Asia quæ ab hac non ad voluptatem & luxuriam expetita est, sed in militari labore peregrinata. 6 quasi adolescẽs patre suo Imperatore non meruisset, aut hostem, aut patris imperiũ timuisset, aut à parente repudiatus videretur: an, cùm similitudinem deceret in equis triumphantium pratextati potissimum filij soleant, huic donis militaribus patris triumphum decorare fas iudicium sit, vt tribunus communiter gestis pene simul cum patre triumpharet? Hic vero Iudices & fuit in Asia, & fortissimo parenti suo magno adiumento in periculis, solatio in laboribus, gratulationi in victoria fuit. Et si habet Asia suspitionem luxuriæ quondam non Asiam nunquam vidisse, sed in Asia continenter vixisse, laudandum est.

Quamobrem

1 Quamobrem non Asiæ nomen obiiciendũ Murænæ fuit, ex qua laus familiæ, memoria generis, honos & gloria nomini constituta est: sed aliquod aut in Asia susceptum, aut ex Asia deportatum flagitium, ac dedecus. meruisse verò stipendia in eo bello, quod tum populus Rom. non modo maximum, sed etiam solũ gerebat, virtutis: patre Imperatore libentissimè meruisse, pietatis: finitis stipendiorum patris victoriã, ac triumphũ fuisse, felicitatis fuit. 2 Maledictio quidem idcirco nihil in hisce rebus loci est, quòd omnia laus occupauit. 3 Saltatorem appellat L. Murænam Cato, male dictum est, si vere vituperat, vehementis accusatoris: sin falsò, maledici conuicitatoris. Quare cùm vita sit auteritate, non debes M. Cato arripere maledictum ex triuio, aut ex scurrarum aliquo conuicio, neque temere Consulem pop. R. o saltatorem vocare, sed cõspicere, 4 quibus præterea vitiis affectum esse necesse sit eum, cui verè istud obiici possit. Nemo enim fere saltat sobrius, nisi forte insanit, neque in solitudine, neque in conuiuio moderato atque honesto. Intempestiui conuiuij, amentis loci, multarum deliciarũ comes est extrema saltatio. 5 Tu mihi arripis id, quod necesse est omnium vitiorũ esse postremum: relinquis illa, quibus remotis hoc vitium omnino esse non potest: nullum turpe conuiuium, non amor, non cõmessatio, non libido, non sumptus effunditur: & cùm ea non reperiantur, quæ voluptatis nomen habent, quæque vitiosa sunt: 6 in quo ipsam luxuriã reperire non potes, in eo te umbram luxuriæ reperturum putasti? 7 Nihil igitur in vitâ L. Murænæ duci potest, nihil inquam, omnino Iudices. sic à me Consul designatus defenditur, vt eius nulla fraus, nulla auaritia, nulla perfidia, nulla crudelitas, nul-

1 Concludit primi criminis dilutionẽ dissimilitudinis cuius prorsus repugnãtibus cõprimitur, antapodosis vero adiũctis & eorum causis.

2 Criminis Asiam dare non debuisse cõmittit ex aduersis.

3 Secundum crimen ridiculum iniectũ resicit in Catonem. Arg. ex repugnantibus animatis personæ.

4 Remouet effectũ ex remotione causarum. Syllogismus in genere quarti modi. Propositio augetur antithesi.

5 Assumptio auctu repugnantibus.

6 Complexio cõ iteratione argumenti.

7 Cõcludit refutat onẽ ẽ grauiorũ maledictorũ opposita conuadatione generali.

lum petulans dictum in vita præferatur. Bencha bet: [1] tacta sunt fundamenta defensionis nostræ. non enim nostris laudibus, quibus vtar postea, sed præpè inimicorum confessione, virum bonum, atque integrum hominem defendimus. [2] Quo constituto, facilior est mihi aditus ad contentionem dignitatis: quæ pars altera fuit accusationis. Summam video esse in te Serui Sulpitii dignitatem generis, integritatis, industriæ, cæterorumque ornamentorum omnium, quibus ad Consulatus petitionem aggredi par est. paria cognosco esse ista in L. Murænæ, atque ita paria, vt neque ipse dignitate vincî potuerit, neque te dignitate superarit. [3] Contempsisti L. Murænæ genus: exultisti tuum. Quo loco si tibi hoc sumas, nisi qui patricius sit, neminem bono esse genere natum: ficri vt rursus plebs in Auentinum euocanda esse videatur. [4] Sin autem sunt ampla & honesta familia plebeia: & præsunt L. Murænæ, & anni Prætores fuerunt, & pater cum amplissimè atq; honestissimè ex Prætura triumphasset, hoc facilius ei hunc gradum Consulatus adipiscendi reliquit, quod is iam patri debitus, à filio petebatur. [5] Tua verò nobilitas Seruî Sulpitî, tametsi summa illa, tamen hominibus literatis, & historicis est notior, populo verò & suffragatoribus obscurior. Pater enim fuit equestri loco, auus nulla illustri laude celebratus, atque non ex sermone hominum recenti, sed ex annalium vetustate eruenda est memoria nobilitatis tuæ. [6] Quare ego te semper in nostrum numerum aggregare soleo, quòd vir-

1 Metaphora à Transit ad secundã partẽ de contentione dignitatis, quam in vtraque parte esse vult. Comparationis partis de Sulpitio est apodosis de Murena.

2 Primum ea pars cõtentionis ducta est ex caubis præcrestibus. Respõdet Cic. per contradictionẽ specialẽ vidoeat nõ solos patritios honogenere natos. Negatio nam autẽ generalẽ Cicex consequentibus euentis insum facit

4 Altera pars contradictionis per hypothesin in qua etiã propriasMurænæ caussas nobilitatis profert.

5 ἀντιπόδοσις collationis de Sulpitij nobilitate proximæ superiori respondens non dissimilitudine distinguitur. 6 Collatione partium Sulpitium nouũ hominem esse significat nec eo tamẽ minore laude dignum, alia parte collationis ostenditquam ex paribus effectis probat.

tute, industriáque perfeciſti, vt cum Equitis R. esses filius, summo tamen amplitudine dignus putaretur, nec mihi vnquam minus in Q. Pompeio nouo homine, & fortissimo viro virtutis esse visum est, quam in homine nobilissimo M. Aemilio. Etenim eiusdem animi, atque ingenij est, posteris suis, quod Pompeius fecit, amplitudinem nominis, quam non acceperit, tradere: & vt Scaurus, memoriam propè intermortuam generis sui, virtute renouare. [1] quanquam ego tam putabam Iudices multis viris fortibus, ne ignobilitas obiceretur generis, meo labore esse perfectum: qui non modò Curios, Catenbos, Pompeios antiquis illis fortissimis viris, nouis hominibus, sed his recentibus Marus, & Didiis, & Caliis commemorandis iacebant. Cùm ego verò tanto interuallo claustra ista nobilitatis reseciſſem, vt aditus ad Cõsulatum posthac, sicut apud maiores nostros fuit, nõ magis nobilitati, quã virtuti, pateret: non arbitrabar, cùm ex familia vetere, & illustri Consul designatus ab Equitis R. filio Consule defenderetur, de generis nouitate accusatores esse dicturos. [2] Etenim mihi ipsi accidit, vt cum duobus Patriciis, altero improbissimo atque audacissimo, altero modestissimo atque optimo viro peterem: superaui tamen dignitate Catilinam, gratia Galbam, quòd si id crimen homini nouo esse deberet, præsidio mihi neque inimici, neque inuidi defuissent. [3] Omittamus igitur de genere dicere, cuius est magna in vtraque dignitas; videamus cætera. Quæsturam vna petiit, & fuimus ego facilius prior. Non est respondendum ad omnia. neque enim quenquam vestrũ fugit, cũ multi pares dignitate fiant, vnus autẽ primum solus possit obtinere, non eũdem esse ordinem dignitatis, & renuntiationis? propterea quòd renuntiatio gradus

1 Obiter in suum locum egredit, quam tamen ad ipsam caussam accommodat.

2 Exemplo suo significat Cic. in petendo Consulatu non tam nobilitatis quã virtutis ratiõem haberi solitam.

3 Concludit primũ caput contentionis transiteque ad alterũ, in quo argumentum aduersarij cõtentionis negatione infirmat per dissimilitudinem.

habeat: dignitas autem si persæpe eadē omnium. [1] Sed Quæstura utriusque propemodum pari momento sortis fuit, habuit hic lege Titia prærogativam tacitam. & quietam: tu illam, cui cum Quæstores sortiantur, etiam acclamari solet, astutiosam, non tam gratiosam, & illustrem, quam negotiosam, & molestam, consedit utriusque nomen in Quæstura. nullum enim vobis sors campum dedit, in quo exurrere virtus, vegetique posset. [2] Reliqui temporis spatium in contentionem vocatur, ab utroq; dissimillima ratione tractatum. Servius hic nobis cum hanc urbanam militiam respondendi, scribendi, cavendi, plenam sollicitudinis, ac stimulorum fecerunt: tus civile dedicit: multum vigilavit, laboravit: præsto multis fuit: multorum subsidium perpessus est: arrogantiā pertulit: difficultatem exorbuit: vexit ad alterum arbitrium, non ad summa magna lani, & grata hominibus, unum hominem elaborare in ea scientia, quæ sit multis profutura. [3] Quid Murena interea? fortissimo, & sapientissimo viro, summo Imperatori Legatus L. Luculli fuit, quam legatione duxit exercitum, signa extulit: manum conseruit: magnas copias hostium fudit: urbes partim vi, partim obsidione cepit: Asiā istam refertam, & eandem delicatam sic ebibit, ut in ea neque amoritia, neque luxuria vestigiū reliquerit: maxime in bello sic est versatus, ut hic multas res & magnas sine Imperatore gesserit, nullam sine hoc Imperatore. [4] Atq; hæc, quamquam præsente L. Lucullo loquar, tamen ne ab ipso propter periculum nostrū concessam videamur habere licentiā fingēdi, publicis literis testata sunt omnia: quibus L. Lucullus tantū laudis imperavit, quantū neq; ambitiosus Imperator, neq; invidus tribuere alteri in cōmunicanda gloria debuit. [5] Summa in utroque

1 Ex paribus subiectis a parē vtrumque in Quæstura fa-cit.

2 Transitus ad alia capita contentionis, ex dissimilibus subiectis & adiunctis.

3 Artificiosa dissimilitudinis subiectionis exornatio.

4 Confirmat rem sui testimonio Lucullo & publicis tabulis.

5 Significat se eo animo ingredi in eam contentionē quā Murenā suspitio accepit, nempe vt ostendat ille Murenæ studia atque fidē cōmperierit. Ipsius autem Sul. rationes p̄ professo præmunit.

utroque est honestat. summa dignitas: quam ego, si mihi per Servium licear, parvam, eadem in laude ponam. sed non licet. agitat rem militarem: insectatur totam hanc legationem: assiduitatis, & operarum harum quotidianarum putat esse Consulatum apud exercitū mihi fieri, inquit, tot annos: forum nō attigeris, absueris tandiu, &, cum longo interuallo veneris, cum iis, qui in foro habitarunt, de dignitate contendas? [1] Primū ipsa nostra assiduitas Servi nescit quantum interdum afferat hominibus fastidij, quantū satietatis. mihi quidem vehementer expediit, positum in multis esse gratiam: sed tamen ego mei satietatem magno meo labore superaui: & tu idem fortasse: verumtamen utriq; nostrum desiderium nihil obfuisset. [2] Sed ut hæc omissa ad studiorum, atque artium contentionem reuertamur: qui potest dubitari, quin ad Consulatum ad petendum multo plus afferat dignitatis res militaris, quàm iuris ciuilis gloria? Vigilat tu de nocte, ut tuis consultoribus respondeas: ille, [a] vt eò quò intendit, maturè sū exercitū perueniat. [3] te Galliarum, illam buccinarum cantus excitet. [4] tu attonitē instituis, ille acies instruit. [5] tu canes ne tui consilium, ille ne urbes, aut castra capiantur. [6] Ille tenet, & sistit vt hostium copiæ, tu ut aquæ pluuiæ arceantur. [7] ille exercitatus est in propagandis finibus, tu in regendis. [8] ac nimirum (dicēdum est enim quod sentio) rei militaris virtus præstat cæteris omnibus. Hæc nomen populi Romani hactenus orbi aternā gloriam peperit: hæc urbem terrarum parēre huic imperio coēgit: omnes urbanæ res, omnia hac nostra præclara studia, & hæc forensis laus, & industria, latent in tutela ac præsidio bellicæ virtutis. simulatq; increpuit suspicio tumultus, artes illico

rr 4 nostra

1 Argumentū Sulpitij diluit ex consequentibus effectis assiduitatis.

2 Renocatio sui, qua delibitor ad imparium collationē, sed ita vt Muraenam eo superiorē in Cōsulatus petitione fuisse ostendat. Collatio autē ipsa continuatur frequenti contentione variorum argumentorū. Prima enim constat ex effectis & finē.

a vt quò intendit.

1 Secūda collatio ex adiūctis.

4 Tertia ex effectis.

5 Quarta.

6 Quinta ex adiunctis.

7 Sexta ex subiectis.

8 Argumentatur ex genere & cōfirmat conclusionē præmissarum effectorum.

1 Haben' scié tiã rei militaris eruditi, nec iuris scientiã eleuat. Interea ne dignitatẽ amici imminuat, alias ei laudes cõcedit y dissimilitudinem.

2 κατὰ ποσότητ.

3 Argumenta tur ex cauſis adiũctis ad cõſulatũ. Syllogiſmus eſt duplex, vnus primi generis, 4. modi. Alter ſecundi generis 4. modi. Prouidit ne vtrique ſyllogiſmo communis præcidit.

4 Aſſũptio de ſcientia militari effectis eius cõfirmata, cui etiã adiungit eloquẽtiã, ad ſui ipſius cõmendationẽ, Cicero enim nunquã didicerit ſui obliuiſci.

5 Cõclusio de eloquẽtia cũ repetitione argumenti.

6 Per diſſimilitudinem accedit ad iuris ſcientiam extenuendam ac deprimendam. Eſt autem aſſumptio alterius ſyllogiſmi per remotionem ſingularium partium, quas per diſtributionem propoſitio complexa eſt. Prima autem pars ex repugnantibus remouetur.

noſtra cõticeſcunt.[1] Et quoniã mihi videris iſtam ſcientiam iuris tanquã ſiluolã oſculari tuã, nõ patiar te in tãto errore verſari, vt iſtud neſcio quid, quod tãtopere didiciſti, præclarũ aliquid eſſe arbitrere. Alijs ego te virtutibus, cõmẽdatio, grauitate, iuſtitia, fide, ceteris omnibus, conſulatu, & omni honore ſemper digniſſimũ iudicaui: quòd quidẽ tum cùm ſic didiciſti,[2] non dicã, operã perdidiſti: ſed illud dicam,[3] nullam eſſe in illa diſciplina munitã ad Conſulatũ viam: omnes enim artes, quæ nobis pop. Rom. ſtudia cõciliant, & admirabilẽ dignitatẽ, et pergratã vtilitatẽ debent habere.[4] Sũma dignitas eſt in iis, qui militari laude antecellũt: omnia enim quæ ſunt in imperio, & in ſtatu ciuitatis, ab iis defendi, & firmari putantur: ſumma etiã vtilitas: ſiquidẽ eorum cõſilio, & periculo, cũ Reipub. tum etiam noſtris rebus perfrui poſſumus. Grauis etiam illa eſt, & plena dignitatis dicẽdi facultas, quæ ſæpe valuit in Conſule deligendo, poſſe cõſilio, atq; oratione, & Senatus, & populi, & eorũ qui rem iudicant, mẽtes permouere. Quaritur Conſul, qui dicendo nonnunquã comprimat Tribunitios furores, qui concitatũ populũ ſtellãt, qui largitioni reſiſtat.[5] Non mirum ſi ob hanc facultatẽ hominũ ſæpe etiã non nobiles Conſulatũ cõſecuti ſunt: præſertim cũ hac eadẽ re plurimas gratias, firmiſſimas amicitias, maxima ſtudia pariat.[6] quarũ in iſto veſtro artificio Sulpitij nihil eſt. primũ dignitas in tam tenui ſcientia quæ poteſt eſſe? res enim ſunt paruæ, propè in ſingulis literis, atq; interpũctionibus verborũ occupata. Deinde etiam ſi quid apud

maiores noſtros fuit in illo ſtudio admirationis, id enuntiatis veſtris myſteriis totũ eſt cõtemptum, & abiectũ. Poſſet agi lege nẽne, pauci quondã ſciebant: faſtos enim vulgò nõ habebãt: erant in magna poteãtia qui cõſulebãtur a quibus etiã dies tãquam a Chaldæis petebantur. annuntiat eſt Scribæ quidã Cn. Flauius,[1] qui cornicũ oculos cõfixerit, et ſingulis diebus ediſcẽdos faſtos populo propoſuerit, & ab ipſis cautis iureſcõſultis eorũ ſapientiã compilarit.[2] Itaq; irati illi, quòd ſunt veriti, ne dierũ ratione *per vulgata, & cognita, ſine ſua opera lege poſſet agi, vnas quaſtiã cõpoſuerũt, vt omnibus in rebus ipſi intereſſent. cũ hoc fieri beliſſime poſſet: Fundus Sabinus meus eſt: imò meus: deinde ea dicta: nolaerũi. Fundus inquit, qui eſt in agro, qui Sabinus vocatur, ſatis verbo cedo, quid poſtea? eũ ego ex iure meũ eſſe aio. quid tũ?* inde ibi ego te ex iure manu conſertũ voco. quid huic tam loquaciter litigioſo reſpõderet ille, vnde petebatur, nõ habebat. Tranſit idẽ iureſconſultus tibicinis Latini modo: Vnde tu me, inquit, ex iure manu conſertum vocaſti, inde ibi ego te revoco. Prater interea, ne pulcerũ ſe ac beatũ putaret, atq; aliquid ipſe ſua ſponte loqueretur, ei quoque carmen cõpoſuit, eũ cæteris rebus abſurdũ, tũ verò nullo vſui vtriſque ſuperſtitibus præſentibus: iter à viã dico, inire viam, præſto aderat ſapiens ille, qui inire viã doceret. redire viã: eadẽ duce redibãt. Hæc iam tũ apud illos barbatos ridicula, credo, videbantur: homines, cũ recti atque in loco cõſtitiſſent, iuberi abire: vt, vnde abiiſſent, eòdẽ ſtatim redirent. Iſtiſmodi ineptiæ ſucata ſunt illa omnia. Quando te in iure conſpicio, & hæc. Sed ãne tu dicis, qui cauſſa vindicauerit? quæ dum erãt occulta, neceſſario ab eis, qui ea tenebant, petebãtur: poſtea verò peruulgata, atq; in

1 Proverbiũ

2 Ab hoc loco ridicule magis elenatio, quam firma argumentatio eſt, qua iuris formulas conẽpti tibicinem cõnatur.

*prouulgata

* inde ego

Universidad de Deusto
Biblioteca

manibus tractata, & excussa, inanissima prudentia reperta sunt, fraudis autē, & stultitiæ plenissima. Nam cum permulta præclarè legibus essent constituta, ea iure cōsultorū ingeniis pleraque corrupta, ac depravata sunt.' Mulieres omnes propter infirmitatem consilij maiores in tutorū potestate esse voluerunt: hi inuenerunt genera tutorum, quæ potestate mulierum cōtinerentur. [2] Sacra interire illi noluerunt: hoc ingenio sunt ad cēmptiones faciendas interpretandæ sacrorum causa reperti sunt. in omni denique iure ciuili æquitatē reliquerunt, verba ipsa tenuerunt: vt quia in aliis rebus exempli causa id nomen inuenerant, putarēt omnes mulieres, quæ cēmptionem facerent, Caias vocari. Iam illud mihi quidē mirum videri solet, tot homines, tam ingeniosos, per tot annos etiā nūc statuere nō potuisse, utrū diena tertium, an perēdinum, iudicem, an arbitrū. rem, an litem dici oportet. [3] Itaq; vt dixi, dignitas in ista fictitia Consularis nunquam fuit; quæ tota ex rebus fictis, commentitiisque constaret: gratia verò multo etiā minus. [4] Quod enim omnibus patet, et æquè propatum est mihi, & aduersario meo, id esse gratum nulli pulli potest. [5] itaque non modò benefi. ij collocandi sperem, sed etiā illud, quod aliquando fuit, licet conseruare, iam perdidi. [6] Sapiens existimari nemo potest in ea prudentia, quæ neque extra Romam vsquā, neque Romæ rebus prelatis quicquā valet. peritus ideo haberi nemo potest, quòd in eo, quod sciunt omnes, nullo modo possunt inter se discrepare. difficilis antē rei ideo ijs putatur, quòd & pauci, & minimè obscuris literis continetur. Itaq; si mihi homini vehementer occupato [7] septimum quemque mauoritis, triduo me iurisconsultum esse profitebor. [8] Etenim qua describto agūtur, scripto sunt emendata.

a Per collationem dissimilium iuris. & stultos exagitat.
b Secunda collatio.
3 Priorē partē assumptionis concludit.
4 Ex repugnātibus animis quæ enthymemata concludunt. Propositio hicest 5 Complexio enthymematis.
6 Aliud argumentū ex repugnantibus cuiusassumptio præcedit pars generalius expressa Propositio sequit 7 Metonymia Stomachus probile.
8 Argumentū ex enumeratione partiū iuris subsistarum.

nia: neq; tamen quicquam tam augustè scriptum est, quo ego non possim, qua dere agitur, addere. quæ consulantur autem, minimo periculo respondentur. si id quod oportet, responderit, idem videare respondisse quod Seruius: sin aliter, etiam controuersum iuris esse. & tractare videare.' Quapropter non solam illa gloria militaris vestris animis, atque alacritati anteponenda est: verùm etiā dicendi consuetudo langē, & multum isti vestræ exercitationi ad honorem antecellet. [1] Itaq; mihi videntur plerique initio multo hoc maluisse, post, cùm id assequi non potuissent, ipsæ petissimum sunt delapsi, vt aiunt in Græcis artificibus, eos [a] auleedas esse, qui citharœdi fieri non potuerint: sic nonnullos videmus, qui oratores euadere non potuerūt, vt ad iuris stu dia deuenire. [2] Magnus dicendi labor, magna res magna dignitas, summa etiā gratia. Etenim à vobis salubritas quædā, ab iis qui dicunt salus ipsa petitur. [3] Deinde vestra responsa, atq; decreta & euertuntur sæpe dicendo, & sine dicendi vi oratoris firma esse non possunt, in qua re si satis professum, parcius de eius laude dicerem: nunc nihil de me dico, sed de iis, qui in dicendo magni sunt, aut fuerunt. [4] Duæ sunt artes, quæ possunt locare hominem in amplissimo gradu dignitatis: vna imperatoris, altera oratoris boni. Ab hoc enim pacis ornamenta retinentur: ab illo belli pericula repelluntur. [5] Cætera tamen virtutes ipsa per se multum valent: iustitia, fides, pudor, temperantia: quibus ex Seruius excellere omnes intelligunt: sed nunc de studijs ad honorem disputis, nō de insita cuiusque virtute disputo. [6] Omnia sita nobis studia

1 Concludit quæstionem illā supra positā Scientiā militarē licere ijs iuris lōge antecellere ad cōsulatū adsequendum idque augere collatione minorum.
2 Similiudine eleuat studium iurisconsultorum.
a aulecas
3 Collatione maiorū iuris scientiam deprimit.
4 Argumentum ex excolatione effectorum ab his potius causis quàm ab illis manantium. Quod enim per se causa boni est id oprabilē. Quod ab alia causa fit vocē, id minus optabile. Arist. in Top.
5 Amplificat etiā totum militaris scientiæ laudem repetēdo distributionem antè positam.
6 Alijs laudibus ornat Sulpitium per dissimilitudinem.
7 Eam artē præstantissimā esse probat cuius præsidio alia munus sua tuentur. Assumptio Enni; testimonio cōfirmatur ea ita multis minoribus de

de manibus excutiuntur, simulatq; aliquis motus nouus bellicum canere cepit. Etenim, vt aut ingeniosus poëta, & auter volde bonus, & pralijs pro malgatis TOLLITVR E MEDIO non solum ista vestra verbosa simulatio prudentia. sed etiam ipsa illa domina rerum SAPIENTIA: vt GERITVR RES. SPERNITVR ORATOR. non solum adiutus in dicendo ac loquax, verum etiam BONVS: HORRIDVS MILES AMATVR. Vestrum verò studium totum iacet. NON EX IVRE MANV CONSERTVM, SED MAGE FERRO inquit REM REPETVNT. [3] Quòd si ita est, cedat equus Sulpitij forum castris, otium militiæ, stylus gladio, vmbra Soli: sit denique in ciuitate [a] ea prima res, propter quam ipsa est ciuitas omnium princeps. [3] Verùm hæc Cato nimium nos nostris verbis magna facere demonstrat, & obtutos esse bellum illud omne Mithridaticum cum multis annis ante gestum. quod ego longè secus existimo. Iudices: deque eo pauca disseram: neque enim causa in hoc continetur. Nam si omnia bella, quæ cum Græcis gessimus, contemnenda sunt: deridendus est de rege Pyrrho triumphus M. Curij, de Philippo T. Flaminij, de Aetolis M. Fulvij, de Rege Perse L. Pauli, de Pseudophilippo Q. Metelli, de Corinthijs L. Mummij, sin hæc bella grauissima, victoriæq; eorum bellorum grauissimæ fuerunt: [4] cur Asiatica nationes, atque ille ab re bellis contemnuntur? [5] Atqui ex veterum rerum monimentis, vel maximum bellum populum

1 Complexio medio loco est, in qua multæ sunt metonymiæ.
2 Propositionis sententia specie complexionis posita pendet ex illo axiomate Arist. Propter quod vnumquodque tale &c.
3 Prolepsis qua dilatè Catonis obiectionem collatione maiorum cuius protasis constat inductione.
4 Reddit obiectio minorum in quanon (quid min? sit narura se p?sepe dandu? est, sed quid minus consentaneu? sit fieri. Asiatici enim nationes vult Cic. bellicosiores fuisse. Sed tamen mi norum rationem obtinet quatenus illas contemni minus consentaneum erat.
5 Ex specie genus infirmatur, ex adiunctis augetur.

Romanum

Romanum cum Antiocho gessisse video: cuius belli victor L. Scipio, parta cum Publio fratre gloria, quam laudem ille Africa oppressa cognomine ipso præ se ferebat, eandem hic filius ex Asia nomine assumpsit. Quo quidem in bello virtus inimici egregia M. Catonis præsidi tui, quo ille, cum esset, vt ego mihi fatuo, talis, [1] qualem te esse video nunquam cum Scipione esset profectus, si cum multeribus bellandum esse arbitraretur. neque verò cum P. Africano Senatus egisset, vt Legatus fratri proficisceretur: cum ipse paulo ante Annibale ex Italia expulso, ex Africa cieto, Carthagine oppressa, maximis periculis Rempublicam liberauisset, nisi illud grauè bellum, & vehemens putaretur. [2] Atqui si diligenter quid Mithridates potuerit, & quid effecerit, & qui vir fuerit, consideraris: omnibus Regibus, quibus cum pop. Rom. bellum gessit, hunc Regem nimirum antepones [3] quem L. Sylla maximo, & fortissimo exercitu [b] pugna exercitatum, non rudis Imperator, vt aliud nihil dicam, cum bello inuictum totam in Asiam cum pace dimisit: quem L. Murena pater huius e vehementissima, vigilantissimaque vexatum repressum magna ex parte, non oppressum reliquit: qui Rex sibi aliquot annis sumptis ad confirmandas rationes, & copias belli, tantum ipse apibus, conatuque innaluit, vt se Oceanum cum Ponto, Seruory copias cum suis communicaturum putaret. Ad quid belli duobus Consulibus ita missis vt alter Mithridatem persequeretur, alter Bithyniam tueretur: alterum res & terra & mari calamitosa, vehementer & apes. Regis, & nomen auxerunt: L. Lucullo verò res tanta extiterunt, vt neque maius bellum commemorari possit, neque maius consilio, & virtute gestum. [4] Nam cum to

1 Ex destinatis repugnantia tibi subiecta remouet.
2 Ex causis & effectis bellum Mithridaticum magnum & graue fuisse ostendit.
3 Sequitur ad belli magnitudinem augendam adiunctorū tum partium, tum minorū tum maiorum collatio.
[b] cum exacerbasset pugna, non rudi.
4 Ex adiunctis rerū subiectarum magnitudinē declarat, & oblata occasione Lucullū laudat ex effectis.

time

tius impetus belli ad Cyzicenorum mœnia constitisset, eamq; urbem sibi Mithridates Asiæ ianuã fore putauisset, qua effracta, & euulsa tota pateret prouincia: perfecta ab Lucullo hæc sunt omnia, vt vrbs fidelissimorum sociorum defenderetur, vt omnes copiæ Regis diuturnitate obsidionis consumerentur. Quid illum pugnam nauale ad Tenedum, cùm contento cursu, acerrimis ducibus, hostium classis Italiam spe atq; animis inflata peteret, mediocri certamine, & paruã dimicatione commissum arbitrari? Mitto prælia prætereo oppugnationes oppidorũ expulsus regno tandem aliquando, tantũ tamen consilio, atq; autoritate valuit, vt se, Rege Armeniorum adiuncto, nomini opibus, copijs renouaret. Ac si mihi nunc de rebus gestis esset nostri exercitus Imperatoriq; dicendum, plurima & maxima prælia commemorare possem sed nõ id agimus: hoc dico, si bellũ hoc, si hic hostis, si ille Rex contemnendus fuisset, neq; tãta cura Senatus, & po. Ro. suscipiendũ putasset, neque tot annos gessisset, neq; tanta gloria L. Lucullus neque verò eius belli conficiendi curã tanta studia populus Romanus ad Cn. Pompeiũ detulisset: cuius ex omnibus pugnis, quæ sunt innumerabiles, vel acerrima mihi videtur illa, quã cũ Rege commissa est, & summa contentione pugnata qua ex pugna cùm se ille eripuisset, & Bosphorum confugisset, quò exercitus adire non posset, etiam in extrema fortuna, & fuga nomen Imperij retinuit regium. Itaque ipse Pompeius regno perfecto, ex omnibus oris, ac portis sedibus hostẽ pulso, tamen tantũ in vnius animã potuit, vt cum omnia, quæ ille tenuerat, adierat, sperarat, victoria posideret, tamen nihil antè, quàm illum vita expulit, bellum cessisse iudicarit. Hunc tu Hostem Cato contemnis? quo enim

1 Quæstionẽ dispunctã accõmodat ad causã. 2. Ratio excusationis ad iudicia.

2 Occupatione diluitur argumentum ad verbum per similitudinẽ ab fortũ ac deinde de pertinentibus eodem.

3 Argumentatur ex causis similitudine illustratisque etiã translatis ad collationẽ horum.

4 Inductio est rium exẽplorũ ad comitiorũ perturbationes declarandas.

5 Illustrat similitudine rerum eglectus.

cum per tot annos tot prælijs, tot Imperatores bella gesserunt: cuius expulsi, & eiecti vita tanti æstimata est, vt morte eius nuntiata, tum demùm bellũ confectum arbitraretur. Hoc igitur in bello L. Murænam Legatũ fortissimi animi, summi consilij, maximi laboris cognitum esse defendimus: & hanc eius operam non minus ad Consulatum adipiscendum, quàm hanc nostrã forensem industriã dignitatis habuisse. At enim in prætura peritissime priore rem nouitatis est Sermus. Pergitisne vt, tanquam ex syngrapha, agere cum populo, vt quæ iudicium semel honoris causa dederit, eundẽ reliquis honoribus deberet? Quod enim fretum, quem Euripum tot nostros, tantas, tã varias habere putatis agitationes æstuũ, quãtas perturbationes, & quãtas æstus habet ratio comitiorũ? Dies intermissus vnus, aut nox interposita sæpe perturbat omnia: & tot opinionem parui nonnunquã commutat aura rumoris. Sæpe etiam sine vlla aperta causa sic aliud, atque existimamus, vt nonnunquam ita fatum esse etiam populus admiretur, quasi verò non ipse fecerit. Nihil est incertius vulgo, nihil obscurius voluntate hominũ, nihil fallit cùm ratione tota comitiorũ. Quis L. Philippo summo ingenio, opera, gratia, nobilitate, à M. Herennio superari posse arbitratus est? quis Q. Catulum humanitate sapientia, integritate antecellentem, à Cn. Manlio? quis M. Scaurum hominem grauissimum, ciuem egregiam, fortissimũ Senatorem, à Q. Maximo? nonnemo horum nihil ita fore putauit, sed ne quã esset factam quidem, quare ita factam esse, intelligi potuit? Nam vt tempestates sæpe certo aliquo cæli signo cõmouẽtur, sæpe improuiso nulla ex certa ratione, obscura aliqua ex causa excitantur, sic in hac comitiorum tempestate populari

sæpe

sæpe intelligat, cuo signo commota sit: sæpe ita obscura est, vt casu excitata esse videatur. [1] Sed tamen si est reddenda ratio, duæ res vehementer in Prætura desideratæ sunt, quæ amba in Consulatu tum Murana præstiterunt: vna expectatio muneris, quæ & rumore nonnullo, & studijs, sermonibusq; competitorum creuerat: altera, quod vnusquisq; in prouincia, ac legatione omnis & liberalitatis & virtutis suæ testes habuerat, nondum discesserant. [2] Horum vtrumque si fortuna ad Consulatus petitionem reseruauit. nam & L. Lucullo exercitus, qui ad triumphum conuenerat, idem comes L. Murænæ præfuit: & munus amplissimũ, quod petitis Prætura desiderabat, Prætura restituit. num tibi hæc parua videntur adiumenta, & subsidia Consulatus? voluntas militum? quæ cum per se valet multitudine, tum apud suos gratia: immo verò in Consule declarando multum etiam apud vniuersum populum Rom. auctoritatis habet suffragatio militaris. Imperatores enim comitijs Consularibus, non verborũ interpretes deliguntur. [3] quare grauis est illa oratio, me sanctum reipublicæ præda denauitse: hoc duce castra cepimus, signa contulimus: nunquam iste plus multi laboris impendit quam sibi sumpsit: ipse cum fortis, tum etiam felix. hoc quanti putas esse ad famam hominum, ad voluntatem? [4] etenim si tanta illis comitijs religio est, vt adhuc semper omen valuerit prærogatiua, quid mirũ est, in hoc felicitatis fama, sermonem valuisse? [5] Sed si hæc leuiora ducis, quæ sunt grauissima, & hanc vrbanã suffragationẽ militari anteponis: nouos ludorum omnis elegantiæ, & scenæ magnificentiã valde contẽnere, quæ hic ædilis præstiterat. Nam quid ego dicã populo? ac vulgo imperitorum ludis magnopere delectari? minime

1 Extremotione adiumentũ causarum in Prætura minor est quam Murænam habuit, contraque ex earundem constitutione multo plusculũ fecundi in petitione Consulatus.

2 Constitutio illa causarũ adiumentarum hoc loco est per partes singulas ludius explicata.

3 Prosopopœia est vim suffragationis militũ exprimens, sed adhibita tamen præfatione breui.

4 Argumentat ex subiectis religionis perconstitutioõe

5 Transit ad secundã suffragationis causã, cuius vim etiam mollit.

mirandum quanquã hunc causæ id satis est, sunt enim populi, ac multitudinis comitia. quare si populo ludorum magnificentia voluptati est, non est mirandum eam L. Murænæ apud populum profuisse. [1] Sed si nosmetipsi, qui & ab delectatione omni negotijs impedimur, & in ipsa occupatione delectationes aliquas multas habere possumus, ludis tamẽ oblectamur, & ducimur: qui in admirere de multitudine iudicat? [2] [3] Otho vir fortis, mens necessarius, Equestri ordini restituit non solum dignitatem, sed etiã voluptatem, itaque lex hæc, qua ad ludos pertinet, est omnium gratissima, quod honestissimo ordini cum splendore fructus quoq; iucunditatis est restitutus. [4] Quare delectant homines, mihi credite, ludi, etiã illos qui dissimulant, non fallam, qui fatẽtur: quod ego in mea petitione sensimus nos quoq; habuimus scenam [5] competitricẽ. Quòd si ego, qui trinos ludos Aedilis feceram, tamẽ Antonij ludis commouebar: tibi, qui casu nullos feras, nihil huius illam ipsam, quam irridis, argenteam scenam aduersãtur putas? Sed hæc sane sint paria omnia: sit par forensis opera militari: sit par militaris suffragatio vrbana: sit idem, magnis. entissimos & cultos vsquam fecisse ludos, quid? [6] in ipsa Prætura nihilne existimas interesse tuam, & istius sortẽ interfuisse? Illustrat sors ea fuit, quã omnes tui necessarij tibi optabamus, iuris dicundi: in qua gloriam conciliat magnitudo negotij, gratiã æquitatis largitio: qua in sorte sapiens Prætor, qualis hic fuit, assensionem vitæ aquabilitate decernẽdi, benignitate lenitã adiungit lenitate audiẽdi: egregiæ ad Consulatũ aptæ prouincia: in qua laus æquitatis, integritatis, facilitatis, ad extremũ ludorũ voluptate concludatur. [7] Quid tua soror tibi fuit, atque, quæso, peculatus: ex altera parte lacrymarũ.

1 Argumẽtat à minore ad maius.

2 Illustrat speciali exẽplo quod antè dixit.

3 Hic Othonẽ ille Roscij à quo lex Roscia dicta est: qua de re Plutarchus in vita Ciceronis.

4 Concludit vim ludorum collatione minorũ & testimonio atque exemplo hoc.

5 Per concessionem & apophaseos speciẽ transit ad alia conuertendo dignitatis capita.

6 Superiorẽ Murænã huius defendit Sulpitio in administratione Prætur. Argumentũ sẽper ex collatione maiorum cũ minoribus.

7 Hilarioris est minorum ex molestijs subiectis adcõmodis & effectis.

& statuis, ex altera plena catenarum, atq; iudicum cogendi iudices, mutare iudicandi contra voluntatem: scriba damnatus, ordo totus alienus: Sylla gratificatio reprehensa: multi viri fortes, & prope pars ciuitatis offensa: ostenditis senatui existimare vestri placere, obliuiscitur: cui dolet, neminem.[1] Postremo tu in prouincia mihi noluisti non passum id in te reprehendere, quod in me ipso & Praetor, & Consul probauisti: sed tamen L. Murenae prouincia multa bona gratia cum optima existimatione attulit: habuit professi[o] delectum in Vmbria: dedit ei facultatem Resp. liberalitatis: qua vsus, multas sibi tribus, quae municipiis Vmbriae conciuntur, adiunxit, ipse autem in Gallia, vt nostri homines desperatas iam pecunias exigerent, aequitate, diligentiaq; perfecit.[2] Vis interea Romae scilicet amicis praesto fuisse fatior. sed tamen illud cogita, nonnullorum amicorum studia minus solere in eos, à quibus prouinciae eiusmodi intelliguntur.[3] Et quoniam ostendi iudicem parum dignitatem ad consulatum petitionem, disparem fortunae prouincialium negotiorum in Murena, atque in Sulpitio fuisse, dicam iam apertius, in quo mihi necessarius fuerit vt offerar Seruio, & ea dicam vobis audientibus, quae ipse soli reintegra saepe dixi.[4] Petere Consulatum nescire te Serui persaepe dixi: & in eis rebus ipse, quas te magno, & forti animo & agere, & dicere videbam, tibi solenne in dicere magister fortem Senatorem mihi videri, quam sapientem candidatum. Premunt accusandi terrores, & animi, quibus tu quotidie vis subtrahi. sunt fortes viri, sed & populi opinionem à se adhibiscendi auertunt: & amicorum studia debilitant, nescio quo pacto semper hoc sit necesse, in vno aut altero animaduersum est, sed id in plurib[us]: simus

1 Altera collatio cui[us] propriè constat ex remotione aduersariorum candidatorum in cuius locu[m] constitutione excusandam.

2 Restat ad postremam quae ipsam minus habere mihi videtur ad hominem accommodati, quae ipsi obiicebantur.

3 Concludit amicitiae dicta per tenuitatem ad excusationem illegationis. Nec adhuc parat aliquid addendi, quo factum fuerit vt Sulpitius à Murena vincere[tur].

4 Vltima tandem quae vocatur ipse oppositioni Sulpitij, cum testimonio meritò ponit.

PRO L. MVRAENA. 275

simul atque candidatus accusationem meditari visus est, vt homines desperasse videatur.[1] Quid ergo? coeptam iniuriam persequi non placet? Immo vehementer placet: sed aliud tempus est petendi, aliud persequendi.[2] petituré ego, praesertim Consulatum magna spe, magno animo, magnis copiis & in foro, & in campo: deduci volo: non placet mihi inquisitio candidati à competitis repulsam testium petere, quam suffragatorum comparationem nomine magis, quàm blanditiis non de fama: ex potiri, quam salutatio:[3] praesertim cum iam hoc nouo more omnes fere domos omnium concurrerint, & ex vultu candidatorum constituere[n]t, quantum quisque animi, & facultatis habere videatur.[4] Videsne tu illum tristem, demissum? at placet, diffidit, fabricat hostes? serpit hic rumor, scis tu illum accusationem cogitare: inquirere in competitores? te interrogare? etiam facit, quoniam sibi hoc ipse defuerat. Eiusmodi candidatorum amici intimi deliberantur, studia deponunt, aut tristatam rem abiciunt, aut suam operam, & gratiam iudicij, & accusationi reseruant.[5] Accedit eodem, vt etiam ipse candidatus totum animum, atque omnem curam operamq; diligentiamq; suam in petitione non possit ponere.[6] aduertitur enim accusationis cogitationem parua res, sed animum omnium maxima. magnum est enim te comparare ea quibus possis hominem è ciuitate praesertim non inopem, neq; infirmum exturbare, qui & per se, & per suos, & vero etiam per alienos defendatur. omnes enim ad pericula propulsanda concurrimus: & qui non aperte inimici sumus, etiam alieniss[imi] in capitis periculis amicissimorum officia, & studia praestamus.[7] Quare ego experiar & petendi, & defendendi, & accusandi molestiam, sic intelligent, in

1 Obiectio occupatur & dissimulatione soluitur.

2 Iterat eandem dissimulationem & verbis mutatis saepius inculcat.

3 Ex consequentibus eius rei argumentatur.

4 Prosopopoeia, qua vel dicta suffragatium vel cogitationes iactatae imitatur.

5 Proverbium.

6 Aliud incommodum ex accusatoris meditatione cum iis quae sequ[untur]. Aug. ex ea ex[cidit].

7 Confirmat ex accusationis fine accusationi, ipsi[us] magnitudine & huius magistudinem ex caussis ad iudicandum.

8 Collationem minorū summam accusationis dilucidat, eamq; tenuitatem celebrat & ad iudicis conb[ina]t.

Universidad de Deusto Biblioteca

petenda studium esse acerrimum, in defendendo officium, in accusando laborem. [2] Itaque sic statue, fieri nullo modo posse, vt idem accusationem, & petitionem Consulatus diligenter adornet, atque insinuat. enim sustinere pauci possunt, vtrum que nomen, cum de curriculo petitionis deflexisset, animum ad [2] accusandum transtulisset, [3] existimasti te virum, negotio satisfacere posse? vehementer erras. [4] quis enim dies fuit, postea quam in istam accusandi denuntiationem ingressus es, quē tu non totum in ista ratione consumpseris? [5] Lege ambitus flagitasti. quæ tibi non decrat. erat enim semper in promptu scripta Calpurnia. gestus est mos & voluntati & dignitati tuæ. sed tota illa lex accusationē tuā. si haberes nocentem reum, fortasse armasset: petitioni vero refragata est, pœna grauior in plebem tua voce est flagitata est. commoti animi tenuiorū exilium in nostrū ordinem concessit. Senatus postulatum tuum: sed non libenter duriorē fortunæ communi conditionē te autore constituit. morbi excusationis pœna addita est: voluntas offensa multorum quibus ante contra valeundinis commodū laborandum est, aut incōmodo morbi etiā cæteri vitæ fructus relinquendi. quid ergo? [6] hæc quis tulit? is qui auctoritati Senatus, voluntati tuæ paruit: denique si tulit, cui minimè proderant. Illa, quæ mea summa voluntate Senatus frequens repudiauit, medocriter adumbrata tibi esse existimasti confusionem suffragiorum flagitasti, prorogationē legis. Manilianæ aequationem gratiæ, dignitatis, suffragiorum. grauiter homines honesti, atq; in suis ciuitatibus. & municipiis gratiosi tulerūt, à tali viro esse pugnatam, vt omnes & dignitatis, & gratiæ gradus tollerentur. Idem editicios iudices esse voluisti, vt odia occulta ciuium, qua tacitis nunc discordiis continentur,

1 Transfert ad vim repugnantium superiorum Syllog. connexæ propositionis sententiā habent. Propositio autē maiorum collatione firmat.
2 Assumptio.
3 Complexio per communi cationem.
4 Argumentum est à generali affirmatione ad negationem generalem eu erendam. Et autem attingit locum contrariorum.
5 Commemorat Sulpitij facta quæ suffragantiū Rudia ab illo alienarint.
6 Subiectio rhetorica qua odendi se Seruio gratificatū fuisse.

mentur, in fortunas optimi cuiusque erumperent. [1] Hæc omnia tibi accusandi viam munichant, adeo scindi obsepiebant. Atq; ex omnibus illa plaga est inflicta petitioni tuæ non tacente me maximè: de qua ab homine ingeniosissimo & copiosissimo Hortensio multa grauissimè dicta sunt: quæ etiam mihi dicendi locus est dicendi datus: vt cùm ante me ille dixisset, & vir summa dignitate, & diligentia, & facultate dicendi M. Crassus, ego in extremo non parùm aliquam agerē causæ, sed de tota re dicerem, quod mihi videretur. Itaq; in usū rebus ferè versor, & quod possum Iudices, accurro ve stræ sapientiæ. [2] sed tamen Seruī, quam te sēcurim putas iniecisse petitioni tuæ, cùm tu Pop. Rom. cū metum adduxisti, vt periniscerei, ne consul Catilina fieret, dum tu accusationem comparares, de posita atque abiecta petitione? Etenim te inquirere videbant tristē ipsum: mœstos amicos, obseruationes, testificationes, sēdulitates testium, secessionē subscriptorum animaduertebant: quibus rebus certè ipsi candidatorum vultus obscuriores videri solent. [3] Catilinam interea alacrem, atque lætum, stipatum choro iuuentutis, vallatū iudicibus atq; sicariis, inflatum cum spe militū, tum Collegæ mei, quem adnodum dicebat ipse, promissis, circumfluente colonorū Aretinorum, & Fesulanorū exercitu, quam turbam disertissimè ex genere, distinguebant homines percussi Sullani temporis calamitate. cultus erat ipsius plenus fororis, & vultus, sermo arrogantis: sic vt ei iam expleratus, & domi conditus Consulatus videretur: Murænam contemnebat: Sulpitium accusaturem suum nūmerabat, non competitorem: ei vim denuntiabat: Reipu. minabatur. [4] Quibus rebus qui timor bonis omnibus iniectus sit, quantaque desperatio

1 Accommodat illā enumerationem effectoru Seruij ad propositam quæstionem per dissimilitudinē.

2 Additā aliud grauissimum incommodum quod Seruij petitioni maximè nocuerit.

3 Vnde nata erat eis Catilinæ & eius comitatus in petitione Consulatus.

4 Ex antecedentibus ea fatis consequētia euenta cōstituit confirmatq; iudicē ipsorum testimonio.

Reipub. si ille factus esset, nolite à me commoueri velle: vosmetipsi vobiscum recordamini. meminisse enim cum illum nefarij gladiatoris [1] voces percrebuissent, quas habuisse in concione domestica dicebatur, cùm miseremini fidem defensurem negasse inuenirí posse, nisi enim, qui ipse miser esset, integrorum & fortunatorum promissis sanciet & voueris credere non oportere. quare qui conscripta replere, erepta recuperare vellent, sperarent quid ipse deberet, quid possideret, quid auderet: minimè timidum, & valde calamitosum esse oportere eum, qui esset futurus dux, & signifer calamitosorum. [2] tum igitur his rebus auditis meminisse sieri Senatus consultum referente me, ne postero die comitia haberentur, vt de his rebus in Senatu agere possemus. [3] itaque postridie frequenti Senatu Catilinam excitauit: atque eum de his rebus iussit, si quid vellet, quæ ad me allata essent, dicere. At ille, vt semper fuit apertissimus, non se purgauit, sed indicauit atq; inuitis tum enim dixit, duo corpora esse Reipu. vnum debile infirmo capite, alterum firmum sine capite: huic, cum ita de se meritum esset, caput se viuo non defuturum, confirmauit. Senatus frequens, neque tamen satis seuerè pro rei indignitate decreuit. nam partim ideo fortes in decernendo non erant, quia nihil timebant: partim quia timebant. Tum erupit è Senatu triumphans gaudio, quem omnino vnum illinc exire non oportuerat: præsertim cùm idem ille in eodem ordine paucis diebus antè, Catoni fortissimo viro indicia minitanti ac denuntianti respondisset, [4] si quod esset in suas fortunas incendium excitatum, id se non aqua, sed ruina restincturum. Hic tum rebus commotus, & quòd homines iam tum coniuratos cum gladijs in carcere deduci à Catilina sciebam, descendi

a Prosopopœia obliqua. Catilinæ exhortationem ad suos summatim comprehendens. Vide Sallust. in bello Catilinar.

2 Conclusio propositi.

3 Digressio est in coniurationem Catilinæ quæ paulo, superiora inducta alia quæstiuncula eò tinuatur.

4 Allegoria.

descendi in campum cum firmissimo præsidio fortissimorum virorum, & cum illa lata insigniaque lorica, non quæ [1] me tegeret (etenim sciebam Catilinam non latus, aut ventrem, sed caput, & collum solere petere) verùm vt omnes boni animadverterent, & cùm in meum, & periculo Consulem viderent, id quòd est factum, ad opem præsentissimumque meum concurrerent. [2] Itaque cum te Senatus reuocasset, petisti: petisse putarentur. Catilinam & spes, & cupiditates inflammarunt: viderent, omnes qui illum ab Rep. pestem depellere cupiebant, ad Muranem se statim contulerunt. [3] Magna est autem comitia Consularibus repentina voluntatum inclinatio, præsertim cùm incubuit ad virtutem bonum, & multis alijs adiumentis petitionis ornatum, qui cùm honestissimo patre atq; maioribus, modestissima adolescentia, clarissima legatione, fratura probata in re grata in nomine, ornata in prouincia, petisset diligenter, & ita petisset, vt neque minanti cederet, neque cuiquam minaretur: huic mirandum est, magno adiumento Catilinæ subitam spem Consulatus adipiscendi fuisse? [4] Nunc mihi tertius ille locus est orationis de ambitus criminibus, perpurgatus ab eis, qui ante me dixerunt: à me, quantum ista Muræna valuit, retractandus, quo in loco Postumum familiarem meum, ornatissimum virum, de diuersis insidijs, & deprehensis pectoris adolescentis ingenuo & bono, Seruio Sulpitio, de Equitum Centurijs: M. Catonis hominis in omni virtute excellentis, de ipsius accusatione, de Senatus consulto, de Rep. reijcio tibi. [5] Sed pauca quæ meum animum repente mouerunt, prius de L. Muræna fortuna conquerar. Nam eum sæpe antea Iud. & ex aliorum miseris, & ex meis curis, laboribusque quotidianis fortunatos eos homines iudicarem, qui

1 Finem quæ damnemonuet ex dissimili subiectio ad alium finem conficitur.

2 Digressionis accommodatio ad propositum. vbi causæ ratio redditur, quibus maximè fit probatus Muræna Sulpitio.

3 Concludit secundam partem de contentione dignitatis, eamq; constituit ex coaceruatione earum rerum, bonorum epilogo comprehensarum.

4 Sequitur tertia pars causæ de criminibus ambitus, quæ ipsa tripertita proponitur ex triplici retinendi subiectionis summa.

5 Commiserationem in quam adhibita præfatione ex dissimilibus à tua causa personis.

remoti à studiis ambitionis, otium, ac tranquillitatem vitæ secuti sunt: tum verò in his L. Murænæ tantis, tamque improvisis periculis ita sum animo affectus, vt non quæam satis neque communē omnium nostrū conditionem, neq; huius euentū, fortunamq; miserari quisquam primum dum ex honoribus continuis familia, maiorumq; suorum vnum ascendere gradum dignitatis cunctus est[1] vent in periculum, ne & ea quæ relicta, & hæc quæ ab ipso parta sunt, amittat: deinde propter studiū nostræ laudi, etiam in veteris fortunæ discrimen adducitur. quæ cum sint grauia Iudices, tum illud acerbissimum est, quòd habet eos [2] accusatores, non quidem inimicitiarum ad accusandum, sed qui studio accusandi ad inimicitias descenderēt. [3] Nam vt omittam Seruium Sulpitium, quem intelligo non iniuria L. Murænæ, sed honoris contentione permotū: accusat paternus amicus Cn. Posthumius, vetus, vt ait ipse, vicinus, ac necessarius, qui necessitudinis causas complures protulit, simultatis nullam commemorare potuit: accusat Seruius Sulpitius sodalis filij, cuius ingenio paterni omnes necessarij munitiores esse debebant: accusat M. Cato, qui quanquam à Murænæ nulla re vnquam alienus fuit, tamen ea conditione nobis erat in hac ciuitate natus, vt eius apes, & ingenium præsidio multis etiam alienissimis vix cuiquā inimicus esse deberet. [4] Respondebo igitur Posthumo primum qui nescio quo pacto mihi videtur. Prætorius candidatus in Consulatū, quasi desultorius in quadrigarū curriculum incurrere. cuius competitores si nihil deliquerunt, dignitati eorum cōcesserit, cum patere desierit: sin autem eorum aliquis largius est, expectandus amicus est, qui alienam potius iniuriam, quàm suam persequatur.

Ea omnia, quæ & Posthumio, & Seruio Sulpitio adolescenti responsa sunt, desiderantur.

[1] Venio nunc ad M. Catonē quod est firmamentum, ac robur totius accusationis: qui tamē ita grauis est accusator, & vehemēs, vt multū magis eius autoritatem, quā crimnationē pertimescam. In quo ego accusatore, Iudices, primū illud deprecabor, ne quid L. Murænæ dignitas illius, ne quid expectatio Tribunatus, ne quid totius vitæ splendor, & grauitas noceat: denique ne ea sola huic obsint bona M. Catonis, quæ ille adeptus est, vt multis prodesse posset. [2] Bis cōsul fuerat P. Africanus, & duos terrores huius imperij Carthaginē Numātiámq; deleuerat, cū accusauit L. Cottā: erat in eo summa eloquētia, summa fides, summa integritas, auctoritas, tanta, * quāta in homine quoquā in ipso imperio Pop. Rom. quod illius opera tenebatur. Sæpe hæc maiores natu dicere audiui, hanc accusationis eximiam dignitatē plurimum L. Cottæ profuisse. noluerunt sapientissimi homines, qui tum rē illam iudicabāt, ita quēquā cadere in iudicio, vt nimis a aduersarij viribus abiectus videretur. [3] Quid Sergium Galbā (nam tradita memoria est) nōnne præsens tuo fortissimo atq; florentissimo viro, M. Catoni incūbenti ad eius perniciē Pop. Rom. eripuit? Semper in hac ciuitate nimis magnis accusatorū opibus & populus vniuersus, & sapiētes, ac multū in posterum prospicientes iudices restiterunt. nolo, accusator in iudicium potētiā afferat, non vim maiorem aliquam, non autoritatem excellentem, non

1 Periculum Murænæ per partes explicat.

2 Accusationis indignitatem notat ex causis.

* Vide num. potius legendum sit (studio inimicitiarum) nā odium inimicitiarū, nullo pacto convenit (studiū verò inimicitiarū) non minus aptè quàm (accusandi) dici potest.

3 Inducit quendam ex singulorum accusatorum, qualibus nullā inimicitiarū causam esse vtē dit.

4 Propositio est primi capitis de criminibus ambitus in qua per similitudinem iocatur in Posthumium accusatorem, qui in alienis competitoribus id vindicaret, quod in sua negligeret. Arg. ex repugnantibus.

1 Accedit ad tertium expositionis primariæ qd deprecatione præmunitur. Arg. est ex ad uerso fine.

2 Inductio est aliquot exemplorum, qua ostendit accusatoris authoritatem nihil aduersus reū valere oportere. Prima pars est de Scipione Africano minore.

* quanta in ipso imper.

3 Secūda pars inductionis de M. Catone Censorio, qui fuit proauus huius qui post mortem Vticēsis dictus est.

Universidad de Deusto
Biblioteca

1 Ex diſſimilitudine.

2 Transfert Murenæ periculum ad cõmunem exemplum. Argum. eſt à genere adſpeciẽ. Nã prius poſitum ex poſteriore euincitur.

3 Auertit ſermonem ad M. Catonem admonitionis aſperitatẽ. Arg. eſt ex diſſimilibus, quorũ promiſſis cauſas efficiẽtibus confirmatur.

4 Sequitur narratio comparata ad eleuandã M. Catonis auctoritatẽ. Cui narrationi præfationem præponit additaratione ex ſubiecto.

5 Stoicorum dogmata hoc loco percenſentur, quib⁹ Cato deditus erat, vt ex eorum abſurditate Catonis illa exiſtimatio apud Iudices & plebẽ immerito ſit, ſicuti etiam accidit. Nam ridicula vulgo & Iudicibus ac vel Catoni ipſi hæc dogmata viſa ſunt, vt à Cicerone exagitata ſunt.

nimiam gratiã.[1] valeãt hæc omnia ad ſalutẽ innocentis, ad opẽ impotentis, ad auxiliũ calamitoſorum in periculo verò, & in pernicie ciuis reipublicæ.[2] Nã ſi quis hoc fortè dicat, Catonẽ deſcẽſurum ad accuſandũ nõ fuiſſe niſi prius de cauſa iudicaſſet: iuiquã lẽgẽ Iudices, & miſeranda cõſitionem inſtituet periculis hominũ. ſi exiſtimabit iudicium accuſatoris in reum pro aliquo præiudicio valere oportere. Ego tuũ conſilium Cato propter ſingularem animi tui de tua virtute iudicio, vituperare non audeo: nonnulla in re forſitan cõformare, & leuiter emendare poſſim.[3] Non multa peccat, inquit ille fortiſſimo viro ſenatus magiſter: ſed ſi peccãte regere poſſimus. At ego te veriſſimè dixerim, peccare nihil, neq; vlla in re te eſſe huiuſmodi, vt corrigendus potius, quã leuiter inſtituẽdus eſſe videare. fluxit enim te ipſa natura ad honeſtatẽ grauitatẽ, tẽperantiã, magnitudinẽ animi, iuſtitiã, ad cunctã denique virtutem magnũ hominẽ, & excellſum. acceſſit his tot, doctrina non moderata, nec mitis ſed, vt mihi videtur, paulò aſperior, & durior, quã aut veritas, aut natura patiatur.[4] & quoniã nõ eſt nobis hac oratio habenda aut cũ imperita multitudine, aut in aliquo cõuẽtu agreſtiũ audacius paulò de ſtudijs humanitatis, quæ & nobis, & vobis nota, & iudicanda ſunt, diſputabo, in M. Catone Iudice, hæc bona, quæ videmus diuina, & egregia, ipſius ſcitote eſſe propria: quæ võnunquã requiramus, ea ſunt omnia non à natura, ſed à magiſtro, fuit enim quidam ſumma ingenio vir Zeno, cuius inuentũ omnes Stoici nominantur: huius ſententia ſunt, & præcepta eiuſmodi:[5] Sapientẽ gratia nunquam moueri, nunquã cuiuſquã delicto ignoſcere: neminẽ miſericordem eſſe, niſi ſtultum, & leuem virum nõ eſſe, neq; exorari neq; placari ſolere ſapientem eſſe. ſi diſſortiſſimi ſint formoſi: ſi mendoſiſſimi, diuites: ſi ſeruis metẽ ſeruiant, reges: nos autem, qui ſapientes nõ ſumus, fugitiuos, exules, ſtultos, inſanos denique eſſe dicunt: omnia peccata eſſe paria: neque delictũ ſcelus eſſe nefarium: nec minus delinquere eum, qui gallinã gallinaceũ, cũ opus non fuerit, quã eum, qui patrẽ ſuffocauerit: ſapientem nihil opinari, nullius rei pœnitere, nulla in re falli, ſententiam mutare nunquã: hæc homo ingenioſiſſimus M. Cato autoritate eruditiſſimi inductus ayri putat: neq; deſipiẽdi cauſa, vt magna pars, ſed ita viuendi.[1] Petunt aliquid Publicani: eaue quicquam habeat memẽs gratia. Supplices aliqui veniunt miſereri & calamitoſi ſceleratis & nefariis ſuerti, ſi quicquã miſericordiæ addictus ſis. ortus eſt. Fatetur aliquis ſe peccaſſe, & eius delicti veniã petit: nefarium eſt ſacinus ignoſcere. At leue delictũ eſt. omnia peccata ſunt paria. dixiſti quoppiã: fixũ & ſtatutũ eſt. Non reuocatus es, ſed opinione ſapientis nihil oppinatur. erraſti aliquã in re: male dici putat. illæc ex diſciplina noſtra ſunt. dixi in Scena tu mi nomen Conſularis candidati delaturũ. iratus dixiſti: nunquam, inquit, ſapiens tranſigitur. at temporis cauſa, improbi, inquit, hominis eſt menda cio fallere: mutare ſententiam, turpe eſt: exorari, ſcelus: miſereri, flagitium.[2] Noſtri autem illi, fateor enim Cato, me quoque in adoleſcẽtia diſſipato ingenio meo quæſiſſe adiumenta doctrinæ) noſtri, inquam, illi a Platone, & Ariſtotele moderati hominis, & temperati, aliam apud ſapientem valere aliquando gratiam: viri boni eſſe, miſereri: diſtinctã genera eſſe delictorum, & diſpares pœnas: eſſe apud

1 Dialogiſmus quo illa Stoicorum dogmata ad vſum communem accommodat, vt inde vbi ſpecialibus eorum abſurditas magis appareat.

2 Per diſſimilitudinẽ confert Peripateticorum dogmata, vt ex eorum moderatione ſuperſtitum aſperitas apertius cognoſcatur.

apud hominem constantē ignoscendi locum ipsum sapientem sæpe aliquid opinari, quod nesciat: iracundiæ nonnunquā exorari eundem, & placari: quod dixerit, interdum si ita rectius sit, mutare: de sententia decedere aliquando: omnes virtutes mediocritate quadam esse moderatas. [1] Hos ad magistros si quā tē fortuna, Cato, cum ista natura deduxisset, non tu quidē vir melior esses, nec fortior, nec temperantior, nec iustior (neq; enim esse potes) sed paulò ad lenitatē propensior: non accusares nullis adductus inimicitijs, nulla tacositate iniurijs, [*] prudentissimum hominē, summa dignitate, atque honestate præditū putares, cum in eiusdem anni custodia te, atque L. Muranā fortuna posuisset, aliquis te cum hoc Reip. vinculo esse coniunctum: quod asseueret in Senatu dixisti, aut non dixisses, aut sepositisses, aut mutarē in partem interpretare re. Ac te ipsum (quantum ego opinione auguror) nunc & animi quodam impetu comitatum, & vi naturæ atque ingenij elatum, & recentibus præceptorum studijs flagrantē iam vsu flectet, dies leniet, ætas mitigabit. etenim ita ipsi mihi videntur vestri præceptores, & virtutis magistri fines officium paulo longius, quā patura vellet, protulisse: vt cum adultimū animo cōtendissemus, ibi tamen, vbi oporteret, cōsisteremus. [2] nihil cognoueris: imò aliquid, non omnia. nihil gratia causæ fecerit: imo resistito gratiæ, cum officium & fides postulabit. misericordia commotus ne sis etiam in dissoluenda ueritate: sed tamen est laus aliqua humanitatis. in sententia permaneto: enim vero nisi sententia alia vicerit melior. [3] Huiusce modi Scipio ille fuit,

1 Narrationem accommodat ad Catonem admonendum, sed leni quadam dissimulatione.

* prudentissimū. Prudentissimū nullo pacto cōuenit. Prudentissimū legē du esse omnes qui modo tātulum in Cicerone versati sint intelligunt.

2 Dialogismus alter, in quo vt cōtraria conferuntur Stoicorum & Peripateticorum dogmata: vbi notabis speciales enunciationes generalibus oppositas. Locus est ex contradicentibus.

3 Inductio aliquot exemplorum ad leuiter inflectēdam Catonis naturam à nimia seueritate ad lenitatem.

quem

quem non pœnitebat facere idem, quod tu: habere eruditissimū hominem, & penè diuinū domi, cuius oratione, & præceptis, quanquā erant eadem ista, quæ te delectant, tamen alterior non est factus, sed (vt accepi à senibus) lenissimus. Quis verò C. Lælio comite? quis tucūdior, eodem ex studio iste? quis illo grauior? sapiētior? Possem de I. Philippo, de C. Gallo dicere hæc eadem: sed te domū iam deducam tuam, quē quidnam existimas Catone præstantiorē, comiorem, moderatiorem fuisse, ad omnem rationem humanitatis? de cuius præstanti virtute cum verè grauiterq; dicerem, domesticū te habere, dixisti exemplū ad imitandū. Et illud quidem exemplum tibi propositum domi: sed tamen naturæ similitudo illius ad te magis, quā ab illa ortus es, quam ad vnūquemq; nostrum peruenire potuit ad imitandum verè tam nihil propositum exemplar illud est, quam tibi, sed si illius comitatem, & facilitatē tua grauitati seueritatiq; adsperseris, nō ista quidē erunt meliora, quæ nunc sunt optima, [1] sed certè condita iucundius. [2] Quare vt ad id, quod instituisti, reuertar, tolle mihi è causa nouē Catonis: remoue, ac prætermitte autoritatem, qua in iudicijs aut nihil valere, aut ad salutē debet valere: congredere mecū criminibus ipsis: quid accusas Cato? quid affers in iudicium? quid arguis? ambitūne accusas? nō defendo. ne reprehēdo, & idem defendam, quod lege puniero. [3] punisti ambitum, non innocentiā: ambitū verò ipsum vel tecū accusabo, si vales. Diuisti Senatusconsultum me referente esse factū, si mercede corrupti obuiam candidatis issent, si conduxissent, si gladiatoribus vulgo locus tributus, & item prandia si vulgo essent data, contra legē Calpurniam fuisse videri. Ergo ita Senatus iudicat, contra legē fuisse hæc

videri,

1 Metaphora à cibis.

2 Concludit ex antecedentibus, Catonis authoritatem nihil contra Murænam debere valere, adhibendam ad tertiū caput causæ reiic.

3 Soluit obiectionē distinctione dissimilium subiectorum.

videri, si falsa sint decernit, quod nihil opus est dum candidatus merè gerit.[4] nam factū sit, nēmo vehementer queritur: si factum sit, quia contra legem sit, dubitare nemo potest. Est igitur ridiculū, quod est dubium, id velinanere incertum: quod nemini dubiū potest esse, id iudicare. Atque id decernitur omnibus postulationibus candidatorum: vt ex S. C. neq; cuiut interest, neque contra quē sit intelligi possit.[5] Quare dico à L. Murena illa esse cōmissa, quæ ego metuerim tibi cōtra legem cōmissa esse concedam.[1] Multi ebriā prodierunt de prouincia decedenti. Consulatū petenti. solet fieri. eccui autē non proditur vomeris ciuis quæ sine ista multitudine? primum si tibi sīne ratione non possim reddere, quid hal et admirationis, tali viro aduenienti, candidato Cōsulari ebriā prodisse multos: quod nisi esset factū, magis mirandū videretur, quid. si etiā illud addā, quod à seuerissima quaque non abhorret, rogatos esse multos aut crimino sum sit, aut non salū,[6] quā in ciuitate rogatio in seruorū hominū fidē propē de nūbe ex vltima Sacra urbe deducta venire solerent, in ea non esse grauatos hominē prodire hora tertia in campū Martiū, præsertim talis viri nomine rogatos? Quod, si omnes se tetates venerūt quarū ex numero multi hic sedēt iudices, quid, si multi boni nostri ordinis, bonelli simi? quid, si illa iuuentus, quæ neminē patitur honestē in vrbe intrare, tota natis candidatorū? si denig, ipse accusator noster Postumius ebriā cū Lene maerore cēterna sua venit? quid habet ista multitudo admirationis? omitto clientes, vicinos, tribules, exercitum totū Luculli, qui ad triumphum per vos dies veneratihoc dico, frequentiā in istē officio gratulantū non modo dignitati vllius vnquā, sed ne voluntati quidē defuisse.[6] At sēllabantur multi dicē-

3 Sēquitur se cōmentum, non qualitate facti defendi reiendendi collatio dissimilium est quæ ante fuit.

4 Negat Murena quicquā esse contra legem euenisse similē ingenio obiectionum capitibus respondet huiusceptione adhibita.

5 Prima obiectio soluitur aliorum omnium exēplo & cōtradictione quadam.

6 Addit argumentū à minore ad maiꝰ.

7 ἀπόσασις: cum dissimilitudine quadā 6 Secunda obiectio quā solet remotione earum earum in quibus Tullia vim ambitus notam Rationabat.

dece, mercede: concedā esse crimen hoc quidē remoto, quid reprehendis?[7] Qui opus est, inquit, sellaturbari à me tu id queris, quid opus sit eo, quo semper vsi sumus? nomines tenues vnum habēt in nostrum vsum, quod aut promerendi, aut proferendi bene sint facū, hanc in nostris petitionibus operā, atque assectationē meq; enim fieri potest, neq; postulādum est à nobis, aut ab Equitibus R. omnib, vt sues necessarios cōsalutent sellētur tuos dies: à quibus si domus nostra celebratur, si interdū ad forum deducimur, si nos basilicæ spatio bonestamur, diligenter obseruari videmur, & coli. tenuiorū & non occupatorum amicorum est ista assiduitas, quorum copia benè, & beneficio deesse nō solet. Nolite igitur eripere hanc inferiori generi hominū fructū officij. Catonē ego omnia à nobis sperāt, habere ipsos quæ aliquid, quod nobis tribuere possint. si nihil erit præter ipsorum suffragium, tenue est. si vt suffragentur, nihil valent gratia: ipsi denig, vt solent loqui, non dicere pro nobis, non spondere, non vocare domum suā pro sentiat, atque hæc à nobis petunt omnia: neque vlla re alia, quæ à nobis cōsequantur, nisi opera sua compensari putant posse. Itaque & legi Tabia, quæ est de numero sellatorum, & S. C. quod est I. Cæsare Consule factū, restiterunt: nulla est enim pœna, quæ possit obseruantiā tenuiorum ab hoc veteri instituto efficacem excludere.[2] At spectacula sunt tribuum data, & ad prandiū vulgo vocati. est hoc factum à Murena omnino Iudices, non est, ab eo amicis, autē mercē, & modo factum est. tamen admonitus re ipsa, recordor quantum me quæstores in Senatu habuit.[3] puniebantur nobis Sergii, detraxerint. quod enim tempus fuit aut nostra, aut patrum nostrorum memoria, quo hæc fuit ambitio est, fuit liberalitas, non fuerit, vt

7 Tertia obiectio diluit. ex hoc & cū secūda, quia est appendix, pars conclūdi tur.

2 Quarta obiectio diluitur ironia & subsultur & admittur inconcinnitas alia iudicij admissa.

3 Pœnas metonymicē pro suffragiis vsurpantur.

loco

Universidad de Deusto
Biblioteca

locus & in Circo, & in foro daretur amicis, & tribulibus: hæc homines tenuiores primũ, neudũ qui ea suis tribulibus vetere instituto assequebantur.

Defunt nonnulla.

Præfectum fabrum semel locum tribulibus suis dedisse: quid statuent in viros primarios, qui in Circo totas tabernas tribulium causa cõpararunt? hæc omnia spectatorum, spectaculorũ, prandiorum item crimina à multitudine in tuã nimiã diligentiam Serui, conuicta sunt. [4] in quibus tamen Murana ab Senatus auctoritate defenditur. Quid enim? Senatus nunc obuia prædire crimen putat? non, sed mercede: cũ nunc ea non spectari malui? non, sed conductus: doce. num locũ ad spectãdum dare tanti ad prandiũ inuitare? minimè. sed vulgò, passim. quid est vulgò? vniuersi. [2] non igitur si L. Natta summo loco adolescens, qui, & qua animo iam sit, & qualis vir futurus sit, videmus, in Equitum Centuriis voluit esse, & ad hoc officium necessè studuit, & ad reliquam tẽpus gratiosus, id erit eius vitrico fraudi, aut crimini: nec si virgo Vestalis huius propinqua, & necessaria locũ suum gladiatorium concessit huic, nõ & illa piè fecit, & huic à culpa est remota. omnia hæc sunt officia necessariorũ, commoda tenuiorum, [3] munia candidatorum. [4] At enim agit mecum auferè, & Stoicè Cato: negat [4] verum esse, allici beneuolentiam cibo: negat iudicium hominis in magistratibus mandantis eorum pi voluptatibus oportere. Ergo ad conam petitionis causa si quis vocat, condemnetur. [5] quippe inquit: tu nobis summum imperiũ, summam auctoritatem, tu gubernacula Reipubl. petis: fouendo

[1] Senatus iudicio Murænæ factum defendit, vtque illud idẽ tidem nihil contra legem factum esse. Arg. est ex remotione exulsarum & subiectorũ lege definitorum

[2] Dissimilitudinem ante positam cõcludit, sed speciatim commemoratis illis qui illa minuere plebi tribuerãt. [3] munimina

[3] Sexta obiectio speciem repugnantiũ pre se ferens soluitur aliis repugnantibus multo ab surdioribus.

[4] Verum, id est rectum & officio consentaneum.

[5] Mimesis dictorum Catonis quæ vim habent repugnantiũ sed ea confutat

tudini Ciuitatis esse Cicero respondet & ex consequentibus euentis approbat minorum collatione amplificatis.

hominum sensibus, & deliniendis animis, & adhibendis voluptatibus? vtrum lenocinium, inquit, à grege delicata iuuentutis, an orbis terrarum imperium à pop. Ro petebat? horribilis oratio, sed tam vsui, vitæ, moribus ciuitatis ipsa respuit. Neque tamẽ Lacedæmonij autores ipsius vitæ, atque orationis, qui quo vidimus equitis in robore accubunt: neque vero Creter, quorum nemo gustauit vnquam tubam, melius quam Romani homines, aut tempora valuerãt, laborẽque distinuerunt. Reppulsa sagittarij nuerunt: quorum alteri vno aduentu nostri exercitus deleti sunt: alteri nostri imperij præsidia disciplinam suam, legesq; conseruant. [1] Quare noli Cato, maiorum institutis, qua re ipsa publica, quæ diuturnitas imperij comprobat, nimiis seuera oratione reprehendere. [2] Fuit eodem ex studio vir ornatus apud patres nostros, & honestus huius, & nobilis, Q. Tubero: is, cum ejulum Q. Maximus Africani patrui sui nomine pop. Rom. daret, rogatus est à Maximo, vt triclinium sterneret, cum esset Tubero eiusdem Africani sororis filius. atque ille homo eruditissimus, ac Stoicus strauit pelliculis hoedinis lectulos Punicanos, & exposuit vasa Samia: [3] quæ vero esset Diogenes Cynicus mercatus, & non diuitis hominis Africani mors honestata retur: quæ cum supremo eius die Maximus laudaret, gratias egit dijs immortalibus, quòd ille vir in hac Republ. patrissimũ natus esset. necesse enim fuisse, vbi esse terrarum imperium, vbi ille esset. Huius in morte celebrãda grauiter tulit pop. Ro. hanc peruersam sapientiam Tuberonis. Itaque homo integerrimus, cuius optimum, cum esset L. Paulus nepos, P. Africani, vt dixi, sororis filius, lectulus pelliculis Punicis sternendus fuit. [4] Odit pop. Ro. priuatam luxuriam: publicam magnificentiam

[1] Enthimematis complexio est. Absurdum enim antecepit argumentum. Propositio deest. Complexio repetit argum.

[2] Exemplo Tuberonis ostendit probari populo publicã magnificentiam cõtrãque sordes & nimiam tenuitatem displicere.

[3] Ignorãtia qua significat re repugnãtibus subiectis dissimilitudine illustratis, illa ad iuncta adhibẽda non fuisse.

[4] Epiphonema est quo accommodat propositum exemplum ad generalem sententiam, quæ vocatur diuisiua. Iam distinguitur.

1 Catonis argumentum repugnanti ipsi facto retunditur.

2 Dilemma ex repugnantibus adiunctis.

3 Dissimilitudine quadā illa pugnare cum dogmatis Stoicis ostendit, civitati autem moribus consentire.

4 Concludit ex causis ciuilibus repugnantium vim habentibus quibus eam addit aliud argumentum ex adiunctis.

5 Obiectionis occupatio cōtra dissimilibus causis.

1 Catonis argumentum repugnanti ipsi facto retunditur.

2 Dilemma ex repugnantibus adiunctis.

3 Dissimilitudine quadā illa pugnare cum dogmatis Stoicis ostendit, civitati autem moribus consentire.

4 Concludit ex causis ciuilibus repugnantium vim habentibus quibus eam addit aliud argumentum ex adiunctis.

5 Obiectionis occupatio contra dissimilibus causis.

quibus etiam addit sua authoritate, vt eam Catonis authoritati opponat, idq; quod Cato sibi tribuebat ipse multo verius sibi vendicat.

diligit. non amet profusa epulas, sordes & tum manitatem multo minus. distinguit rationem officium ac temporum vicissitudinem, laborat ac voluptatis.[1] Nam quod ait nulla re alia in minus mentes oportere ad magistratum mandandū, nisi dignitate: hoc tu ipse in quo summa est dignitas, non seruas. cur enim quenquē, vt studeat tibi, vt te adiuuet, rogas, rogas tu me, vt mihi præsis, vt consultum ego me tibi quid tandem? cur me rogari oportet ab te, an te potius à me, vt pro mea salute laborem, periculumque suscipiam? Quid, quod habet nomen laterem? in eo quidem fallis, & decipit.[2] nam si nomine appellari ab te ciuem tam honestum est: turpe est eos natiores esse seruo tuo quàm tibi: sin etiam nouis: tamen per municipes appellandi sunt? cur antè petis, quàm tu surrauit? aut quid, cū admoneris, tamē causa tua nouis, ita salutat? quid postea quam ei designatum multos salutas neglegentius? [3] hæc omnia ad rationem ciuitatis si dirigas, rella sunt: sin perpendere ad disciplinæ præcepta velis, reperies tur prauissima.[4] Quare nec plebi Rom. ercipiendi fructus isti sunt ludorum, gladiatorum, cōmissorum, quæ omnia maiores nostri comparauerunt: nec cuiusdam tetra benignitas adimenda est, qua liberalitatem magis significat, quam largitionem.[5] At enim te ad accusandum Resp. adduxit. Credo te re ipsa animo, atque ea opinione venisse. Sed ea imprudentia laberis. ego quod facio Iudices, meam amicitiæ, dignitatisque L. Murænæ gratia facio. tum me pacis, otij, concordiæ, libertatis, salutis denique omnium vestrum causa facere clamo, atque obtestor. Audite, audite Consulem ludentem, nihil dicam arroganter, tantum dicam, vere dicet, atque notet de Republica cogitantem.

[1] non vsque eò L. Catilina Rempub. despexit atq; contempsit, vt ea copia, quā secum eduxit se hanc ciuitatem oppressurū arbitrarctur.[2] latius patet illius scelerus contagio, quam quisquam putat: ad plures pertinet animi, intus, inquam, est equus Troianus, à quo nusquam me Consule dormitet oppremmini.[3] Quæris à me, quid ego Catilinam metuam nihil: & curem, ne quis metuat: sed copiæ illius, quas hic videt, dico esse metuendas: nec tam timendus est nunc exercitus L. Catilinæ, quā olim, qui illum exercitum deseruisse dicuntur. non enim deseruerunt: sed ab illo in speculis, atque insidiis relicti, in capite, atque in cernicibus nostris resederunt. hi & integrum Consulem, & bonum Imperatorem, & natura, & fortuna, cum Reipublicæ salute eonsimillimum deuicto vrbis præsidio, & de custodia ciuitatis vestris sententiis deturbari volant, quorum ego ferrum, & audaciā reiect[4] in campo, deiectum in foro, cōpressi etiam domi meæ sæpe Iudices:[5] his vos si alterū Consulem tradidetis, plus multo erunt vestri sententiis, quàm suis gladiis consecuti.[6] Magni interest Iudices, vtrū quod ego multis repugnantibus egi, atq; perfeci, esse Cal. Ian. in Rep. duos consules,[7] nolite arbitrari medioribus consiliis, aut vsitatis viis, aut lege improba, aut perniciosa largitione auditum aliquando aliquod malum Reipublicæ quæri. Iuita sunt in hac ciuitate consilia, Iudices, vrbis delendæ, ciuili trucidandorum, nominis Romani extinguendi, atque hæc ciues, cuius inquā (si eos hoc nomine appellari fas est) de patria sua & cogitant, & cogitauerūt. horum ego quotidie consiliis occurro, audaciā de-

[1] Dissimilitudo est, qua significat Catilinā non existimasse Rempub. tā exiguis copiis posse opprimi, sed multo maiores copias (quamuis latentes) comparasse. Quibus rem non est negatio illa delecta, vbi est prætasis dissimilitudinis.

[2] ἀντανάκλασις dissimilitudinis. Illustrat similitudine.

[3] Obiectionis occupatio qua dissimilitudine.

[4] Metonymia duæ. Capus pro comitijs forum pro iudicijs.

[5] Ex consequentibus eventis commendationis. Murænam vbi esse almendū significat.

[6] Absolendi Murænā

[7] Confirmat proximum sine alio remotiore fine cuius subiecta fuit aucta minorum collationes

nem facile qui in re est quædam ratio totius ad partes.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bilite, sceleri resisto: sed vos moneo, Iudices, ut in exitu est tam meum Consulatus nolite mihi subtrahere vicarium meæ diligentiæ: nolite adimere eum, cui Rempu. cupio tradere incolumem ab his tantis periculis defendendam. Atque ad hæc mala Iudices, quid accedat aliud, non videtis? te, te appello Cato: nonne prospicis tempestatem anni tui? tam enim hesterna concione intonuit vox pernitiosa designati Trib. collegæ tui: cōtra quem multum tua manus, multum omnes boni prouiderunt, qui te ad Tribunatus petitionē vocauerunt. Omnia, quæ per hoc triennii agitata sunt iam ab eo tēpore, quo à L. Catilina, & Cn. Pisone initum cōsilium Senatus interficiēdi fuisse esse, in hos dies, in hos menses, in hæc tēpora rumpunt. Qui locus est Iudices? quod tempus? qui dies? qua nox? cum ego nō ex illorum insidiis ac mucronibus non solum meo, sed multo etiā magis diuino consilio eripiar, atque euolēt nefarii me meo nomine interficere, sed vigilante Consule de Reip. præsidio diminuere volunte nec minus vellent Cato te quoque aliqua ratione, si possent, tollere: ad quod mihi crede, et agunt, & meditantur. videt quantum in te sit animi, quātum ingenii, quantum auctoritatis, quantū Respub. præsidij: sed cum Consulari auctoritate, & auxilio spoliatam vim Tribunitiam viderint, tum se faciliùs inermem, & debilitatum te oppressuros arbitrantur. nam ne fuisse tutor Consul, non timent: vident in iurum peregrinate collegæ fore: sperant sibi Syllanum clarum virum sine collega, ac sine Consule, Rempu. sine præsidio obiici posse? Hæ tantæ in rebus, tantisque in periculis, est tuum M. Cato, qui non mihi, non tibi, sed patriæ natus es, videre quid agatur, retinere adiutorē, defensorem, fautorem in Respub. Consulē non cupidum, Consulem? quid maximè

1 Ex constitutione finis destinata non esse removenda significat. q. d. Reipub. defensore indigere: detento igitur Reip. nolite tollere.

2 Addit alia subiecta finis vt destinata retinenda cōsebat. Illa autem Iudicum & Catonis testimonio confirmat.

3 Duplici similitudine offendit Cat. Illaudis nihil esse optatius quā vt Murena Consul fiat.

4 Ex subiectis & sine cu hortatur Catonem ad destinata retinenda.

maximè tempus hoc postulat) fortuna constitutum ad amplexandum otium, scientia ad bellum gerendum, animo, & vsu, ad quod velis negotium.

1 quanquā huiusce rei potestas omnis in vobis sita est Iudices: totam Rem. vos in hac causa tenetis, vos gubernatis. Si L. Catilina cum suo consilio ne furiorum hominum, quos secum eduxit, hac de re posset iudicare, condemnaret L. Murenam: si interficere posset, occideret. perunt enim rationes illius, vt arbetur auxilio Respub. vt minuatur contra suum furorem Imperatorum copia: vt maior facultas Tribunis pl. detur depulso aduersario, seditionis, ac discordiæ concitandæ. 2 idemne igitur delecti amplissimi ex ordinibus honestissimi, atq; sapientissimi viri iudicabunt, quod ille importunissimus gladiator, hostis Reip. iudicaret? 3 Mihi credite Iudices hac causa non solum de L. Murena, verum etiam de vestra salute sententiam ferets, in discrimen extremū venimus: nihil est iam, vnde nos reficiamus, aut vbi lapsi resistamus. non solū munenda non sunt auxilia, quæ habemus: sed etiā noua, si fieri potest, comparanda. 4 hostis est enim non apud Asienem, quod bello Punico grauissimū visum est, sed in vrbe, in foro (dij immortales sine gemitu hoc dici non potest) non nemo etiam in illo sacrario Reip. in ipsa, inquam, curia non nemo hostis est. Dij fauxint, vt meus Collega vir fortissimus hoc Catilina nefarium latrocinium armatus opprimat: ego togatus vobis, bonisque omnibus adiutoribus, hoc quod conceptum Resp. periculū parturit, consilio 5 discutiam, & comprimam. Sed quid tandem fiet, si hæc elapsa de manibus nostris in eum annum, qui consequitur, redundarint? Vnus erit Consul, & is nō in administrando bello, sed in sufficiendo collega occupatus hunc

1 Per correctionem auertit sermonem à Catone ad Iudices, & ab soluendū Murenam ostendit ex contrariis. Enthymematis assumptio præcessit.

2 Copulatio enthymematis, in qua vis argumenti maximè vget.

3 Excitat Iudices ad prudenter iudicādum. Arg. ex subiectis auctis collatione minorum.

4 Periculum auget noua collatione minorum: autem facit vt ad illud periculū propulsandum Murena Consul retineatur.

5 Hic posset intelligi hāc orationem habitam fuisse ante duas posteriores Catilinarias.

iam qui impediturí sint*

Desunt nonnulla.

1 Periculi terrorem auget enumeratione rerũ iniquarum quib' ista adiuncta reddunt.

2 Peroratio hoc loco optima est, in qua conclusit finem absolvendi Murænæ.

3 Movet commiserationẽ ex primariis rebus Murænæ per dissimilitudinẽ, quæ loco suo pondere expenduntur.

4 Ignominium Intelligit nobile in primis municipium, vt conflat ex hac huius orationis.

Illa pestis immanis, importuna Catilina prorumpet, quæ poterit: & iam pop. Ro. minetur: in agris suburbanos repanè adaulabit: 1 versabitur in castris furor, in curia timor, in foro cõturatio, in cãpo exercitus, in agris vastitas: omni autem in sede, ac loco ferrum flammásque metuemus, quæ iandiu comparantur, eadem ista omnia, si ornata fuit præsidiis erit. Rese facile et magistratuum vsilitate, & primatorum diligentia opprimetur. 2 Quæ cùm ita sint Iudices, primum Rep. causa, qua nulla res cuiquam potior debet esse, vos pro mea summa, & vobis cognita in Remp. diligentia moneo, pro autoritate Consulari hortor, pro magnitudine periculi obsecror, vt ajo, vt paci, vt saluti, vt vitæ vestræ, & cæterarum ciuium consulatis: deinde ego fidem vestram vel defensoris, & amici officio adiuuabo oro. 3 atque obsecro Iudices, vt ne hominis miseri, & cum corporis morbo, tum animi dolore confecti, I. Murænæ recẽtem gratulationem nouæ lætificationi obnatis, modò maximo beneficio pop. Rom. ornatus fortunatus videbatur, quòd primus in familiam veterem, primus in 4 municipiũ antiquissimum Consulatum attulisset: nunc idem squalore sordibus, cõfectus mœrore, lacrymis, ac mœrore perditus, vester est supplex Iudices, vestram fidem obtestatur, misericordiam implorat, vestram potestatẽ, ac vestras opes intuetur. Nolite per deos immortales Iud. hac eam re, quæ se honestiorem fore putauit, etiam cæteris aniè partis honestatibus, atque omni dignitate, fortunâque priuare. 5 Atque ita vos Murænæ Iudic. orat., atque obsecrat, si iniustè nemmem læsit, si nullius rei voluntatémve violauit, si nemini, vt iniussu

5 Continentiæ Murænæ ex factis & dictis.

simè dicã, odio nec domi, nec militiæ fuit: sit apud vos modestiæ locus, sit demissis hominibus persequium, sit auxilium pudori. 1 Misericordiam spoliatis Consulatus magnam habere debet Iudices: vnâ enim eripiuntur cum Consulatu omnia. 2 inuidiam verò his temporibus habere Consulatus ipse nullam potest. obiicitur enim concionibus sediticsorum, insidiis coniuratorum, telis Catilinæ: ad omne denique periculum, atque ad omnem inimicam vim opponitur. 3 Quare quid inuidiosum Murænæ, aut cuiquam nostrum fit in hoc præclaro Consulatu, non video Iudices: quæ verò miseranda sunt, ea & mihi ante oculos versantur, & vos videre, & perspicere potestis. 4 Si (quod Iupiter omen auertat) hunc vestris sententiis 5 affixeritis, quò se miser vertet? 6 deminuti vt eam imaginem clarissimi viri parentis sui, quam paucis antè diebus lætantem in sua gratulatione conspexit, eandem deformatam squalore, lugentémque videat? 7 an ad matrem? quæ miseræ modò Consulem osculata filium suum, nunc eiulatur, & solicita est, ne eumdem paulò pòst spoliatum omni dignitate conspiciat. 8 Sed quid ego matrem, aut domum appello? quem non pœna legis & domo, & parentibus, et omnium suorum consuetudine, auspiciisque prohibet. Ibit igitur in exilium miserrimus? ad Orientis ne partes? in quibus annos multos Legatus fuit, & exercitus duxit. & res maximas gessit? at habet magnum dolorem, vnde cum honore decesserit, eodem cum ignominia

1 Misericordiã habita repetit explicando calamitates, quas Muræna subiturus erat, si damnatus fuerit.

2 Inuidiam amolitur ex repugnantib' subiectis quæ misericordia digna sint, nõ inuidia. Entymema est hæc propositio.

3 Euthymesmatis complexio.

4 Inductio est locorum ac personarũ apud quas & in quibus hæc tanta futurũ sit acerbissimum exilium: qua in re C. Gracchi similem inductionem Cic. hic expressit. Vide de eo Orat. circa finem.

5 Legendum affixeritis.

6 Prima partis remotio ex repugnantibus adiunctis quæ augeant dissimilitudinem.

7 Secunda pars eiusdem argumenti gerere remissior.

8 Reuocatio sui ipsius qua connectit sequentia cum antecedentibus.

9 Tertia pars ité repugnãtibus adiũctorũ cũ dissimilitudine remouet.

reuerti. [1] An se in contrariam partem terrarum abdet? vt Gallia Transalpina, quem nuper summo cum imperio libentissimè viderit, eundem lugentem, mœrentem, exulem videat? in ea porrò prouincia, quo animo C. Muranam fratrem suum aspiciet? qui huius doloriqui illius mœror erit, quæ utriusque lamentatio? quanta autem perturbatio fortunæ, atq; sermonis? quòd quibus in locis paucis antè diebus fictam esse Consulem Muranã nuntij, literæq; celebrassent, & unde hospites, atque amici gratulatum Romam concurrerint, repentè eã accedat ipse nuntius suæ calamitatis. [2] Quæ si acerba, si misera, si luctuosa sunt, si alienissima à manu & studio, & misericordia vestra Iudices: eos seruate pop. Rom. beneficium: reddite Reipub. Consulem: date hocipsius pudori, date patri mœsto, date generi, & familiæ, date etiã [3] Lanuuii municipio honestissimo, quod in hac causa frequẽtissimum quemque vidistis: solite à sacris patriis Iunonis Sospitæ, [4] cui omnes Consules facere necesse est, domesticum & suum Consulem potissimum auxiliare. [5] Quem ego vobis, si quid habet aut momenti commendatio, aut auctoritatis confirmatio mea: Consul Consulem Iudices ita commendo, vt cupidissimum otij, studiosissimũ bonorum acerrimum contra seditionem, fortissimum in bello, inimicissimũ huic coniurationi, quæ nunc Rẽp. labefactat, futurũ esse promittam, & spondeam.

1 Quarta pars eodem modo tractatur, quo superiores: sed pluribus verbis amplificatur.

2 Epilogus perorationis ex contrariis.

3 Metonymia 3. modi, municipium pro municipibus.

4 Destinatorum remotionem tollit ex fine.

5 Addit commendationẽ suam cum insigni testimonio & repetitione rerum subiectarum proposito fini.

PRO

PRO L. FLACCO.

ORATIO XXIIII.

Hoc exordio mouet Cicero commiserationem ex rebus miserioribus subiectis, quas in L. Flacco statuit per indignationem, quæ gradationis cuiusdam vim obtinet.

[1] VM in maximis periculis huius urbis atq; imperij grauissimo atque acerbissimo Reip. casu, soceo atque adiutore consilium periculorumque meorum, L. Flacco, cæsã à vobis, coniugibus, liberis vestris, aspectatem à templis, delubris, urbe. Italia depellebam, ferebam Iud. honoris potius L. Flacci me adiutorem futurũ, quàm miserarum deprecatorem. [2] Quod enim esset præmium dignitatis, quod pop. Rom. cum huius maioribus semper detulisset, huic denegaret? cum L. Flaccus veterẽ Valeria gentis in liberanda patria laudem propè quingentesimo anno Reip. retulisset. [3] Sed si fortè aliquando aut beneficij huius obtrectator, aut virtutis hostis, aut laudis inuidus extitisset: existimabam L. Flacco multitudinis potius imperitiæ, nullo tamen cum periculo, quàm sapientissimorum & lectissimorum virorum iudicium esse subeundum. [4] etenim quibus auctoribus, & defensoribus omnium tum salus esset non ciuium solum, verùm etiam gentium defensa, ac retenta, neminem vnquam putaui per eos ipsos periculũ huius fortunis atque insidias creaturũ. [5] Quòd si esset aliquando futurum, vt aliquis de L. Flacci pernicie cogita-

1 Prima pars inductionis est, quod præter spem in periculum salutis venerit Flaccus. Argumentum augetur adiunctis explicatis collatione imparium.

2 Cõfirmat, prolatis collationibus, argumento ex materia. Nam ex bene factis laus nascitur.

3 Auget periculi indignitatem ex repugnantibus causse dicendæ subiectis, quæ ex secunda parte inductionis

4 Confirmat proximam rationem ex repugnãtib⁹ facilis & adiunctis.

5 Tertia pars inductionis, in qua summam vim in crimen statuit ex repugnãtibus causse

tis. Accusationem enim ab eo inferetam queritur, à quo minimè omnium id fieri decuit. Id autem augetur adiunctis personæ.

1 Ratio proxima sententiæ ex maioribus Nom verbum, deprecandi inclusam argutiamem, & apodosine gata continet aliquid quod multo minus fieri debet.

2 Inductionis epilogus ex deprecatione in qua iudici gravitas ex magnitudine rerum subiectarum demõstratur.

3 Minuēs collatione amplificat proximæ sententiã, cui addit collatorem dissimilium.

4 Correctio est, quam probat remotione facultatis.

5 Confirmat generalẽ sententiam inductione partiũ quæ subiectione rhetorica exornatur.

6 Prima pars inductionis dissimilitudine tradi ne augetur.

ret: nunquã tamen existimauit Iudices D. Lælium optimi viri filium, optimum ipsum spe præditum, summæ dignitatis, eam susceptarũ accusationem, quæ si eleratorum ciuium potius odio & furori, quàm ipsius virtuti atque institutæ adolescentiæ conueniret. [1] Etenim cùm à clarissimis virũ iustissimas inimicitias sæpe cũ bene meritis ciuibus depositas esse vidisset, nõ sum arbitratus quenquam amicum Reip. posse à quam L. Flacci amor in patriam præscribat esse, nouas hac re inimicitias, nulla accepta iniuria, denuntiaturum. [2] Sed quoniã Iudices, multa nos & in nostris rebus, & in Reipublicæ bellerunt: sirimus ea, quæ sunt secundæ tantum a vobis petimus: vt omnia Reip. subsidia, totum statum ciuitatis, omnem memoriam temporum præteritorum, salutem præsentium, spem reliquorum in vestra potestate, in vestri sententia, in hoc vno iudicio posita esse, & defixa puteis. [3] Si vnquam Reip. consilium grauitatẽ, sapientiam, prouidentiam iudicij implorauit: hoc tempore, hoc iudicio, hoc tempore implorat. non ostis de Lydarũ, aut Mysorum, aut Parthorum, qui huc cõpulsi, concitatique venerunt, sed de vestra Reipublicæ iudicaturi, de ciuitatis statu, de communi salute, de ipsorum bonorum omnium. [4] si qua reliqua est etiam nunc, quæ fortium ciuiũ mẽtes, cogitationesq; sustinet, omnia alia perfugia bonorũ, præsidia innocentiũ, subsidia Reipublicæ, cõsilia, auxilia, iura accesserunt. [5] Quem enim alium appellem? quẽ obtestẽr? quẽ implorem? [6] Senatũne? at is ipse auxilium petit à vobis? & cõfirmationẽ auctoritatis suæ vestræ potestatis esse sentit. [7] an Equites Romanos? iudicabit

7 Secunda pars dissimilitudine item explicatur.

prin-

principes eius ordinis, quin magnã, quid cum omnibus senserit. [1] an populum Romanum? is quidẽ omnem suam de bonis potestatem tradit vobis.

[2] Quamobrem, nisi hoc loco, nisi apud vos, nisi per vos Iudices, non auctoritatem, quæ amissa est, sed salutem nostram, quæ spe exigua extremaq; pendet, tenuerimus: nihil est præterea, quò confugere possimus: nisi forte quæ res hoc iudicio tenetur, qui iudicatur, eius causæ fundamenta iacentur Iudices non videtis. Damnatus est is, qui Catilinam signa patriæ inferentem intercemit: quid est causæ, cur non is, qui Catilinam ex vrbe repulit, periculum capitis subeat? rapiatur ad pœnam qui iudicia cõmunis exitij cepit: curet sibi confidat is, qui ea præferenda, & patefaciẽda curauit? consilium, ministri, comites, vexantur: quid autores, quid duces? quid principes sibi expectent? Atque vtinam inimici nostri, ac bonorũ omniũ mecum potius contendant: vtrum tamen omnes boni, duces nostri an comites fuerint ad communem conseruandam salutem?

Desit fortasse quippiam.

[4] Hunc igitur virum Lali quoniam tandem rebus oppugnatũ sit P. Seruilio Imperatore in Cilicia Tribunus militum ea res silentur. Fuit M. Pisoni Quæstor in Hispania: vox de Quæstura nulla missa est. Bellum Cretense ex magna parte gessit, atque vnà cum summo Imperatore sustinuit: mata est huius temporis accusatio. Prætura iurisdictio, res varia, & multiplex ad suspitiones, & si maledicti non attingitur: ea vero in summo & periculosissimo Reipub. tempore etiam ab inimicis laudatur. At a testibus ladituꝝ. antequam dico à quibus, qua spe, qua vi, qua re concitati, qua lenitate, qua egestate, qua perfidia, qua audia

1 Tertia pars eodẽ genere argumenti ex phera.

2 Cõcludit ad hibita tamẽ voluntatis exceptione quã iuſtã reliqui esse arbitrãtur nec tamen sine hypothesi) omnia subsidia bonorum concidisse.

3 Correctio ẽt per ironiam qua vix quicquam ipsi re liquum esse indicat ex utilibus præiudicijs ex quibus nonnulla partium, alia minorum cũ maioribus ratione hab cat.

4 Hoc loco videmus desse ea quæ ceip. gessisset Flaccus Ciceronis authore. Sequitur propositio accusationis dissimilitudine.

audacia prælatis, dicam de genere vniuerso, & de conditione omnium nostrum. [1] Per deos immortales Iudices, vos quomodo estis, qui anno ante Romæ iussi dixerat, anno post in Asia ius dixerit, à testibus quæritis ignotis, ipsi coniectura nihil iudicabitis? in tam varia iurisdictione, tã multa decreta, tot hominum grauissimorum læsa voluntate: quæ est vnquam iacta non suspicio, quæ tamen solet esse falsa, sed iracundia vox, aut doloris? & is est reus auaritiæ, qui in vberrima re turpe compendium, in maledicentissima ciuitate, in suspicionissimo negotio maledictum omne, non modò crimen effugit. Prætereo illa, quæ prætereunda non sunt: nullum huius in priuatis rebus factum auarum, nullam in re pecuniaria contentionem, nullam in re familiari fraudem posse proferri. [2] Quibus igitur testibus ego hoc possum refutare, nisi vobis? Timemini ille vicanus, homo non modò nobis, sed ne inter suos quidem notus, vos docebit qualis sit L. Flaccus? quem vos modestissimum adolescentem, prouincia maximæ sanctissimum virum, nostri exercitus fortissimum ducem, temperantissimum Legatum, Quæstorem? cognouerunt. quem vos præsentes constantissimum Senatorem, iustissimum Prætorem, ac amantissimum Reipublicæ ciuem iudicastis. [3] de quibus vos aliis testes esse debetis, de vt ipsi alios testes audietis? [4] at quos testes? primum dicam (id quod est commune) Græcos: [5] non quo nationi huic ego vnus maximè fidem derogem, nam si quis vquam de nostris hominibus à genere isto, studio ac voluntate non abhorrens fuit, me & esse arbitror, & magis etiam tum, cùm plus erat otij, fuisse: sed sunt in illo numero multi boni, docti, prudentes, qui ad hoc iudicium deducti non sunt: multi imprudentes, illiterati, leues, quos varijs de causis vides

1 Asserit nihil simile vsquam de Flacco Romæ auditum: quam ob rem credibile non esse quicquã ciusmodi in prouincia esse factum. Argumẽtum est ex partis subiectorum remotione cui[us] prior pars a diuectorum remotione confirmat.

2 Vitur testimonio populi Romani vniuersi aduersus testes proximetales.

3 Concludit vim testimonij oppositi additis repugnantibus.

4 Testes mendaces & periuros esse hominẽ, quia sint nationis Græci, Arg. ex eadẽ pro creantibus.

5 Prolepsis qua salutis ob lectionem ex dissimilibus.

vides concitatos. [1] Verumtamen hoc dico de toto genere Græcorum: tribuo illis literas, do multarum artium disciplinam, non adimo sermonis leporem, ingeniorum acumen, dicendi copiam: denique etiã, si qua sibi alia sumunt, non repugno: [2] testimoniorum religionem & fidem numquam ista natio coluit: totius huiusce rei quæ sit vis, quæ auctoritas, quod pondus, ignorant. Vide illud est. Da mihi testimonium tuorum? num Galliarum, num Hispanorum putãtur? totum illud Græcorum est: vt etiã qui Græcè nesciunt, hoc quibus verbis à Græcis dici soleat, sciant. [3] Itaq; videte quæ vultus, quæ confidentia dicant: tum intelligetis quã religiose dicant. nunquam vobis adrogatum respondent: semper accusatori plus, quàm adrogatum: nunquam laborant, quemadmodum probent, quod dicunt: sed quomodo eodẽ se explicent dicendo. [4] Iratus Flaccus dixit M. Lurco, quid? (vt ipse aiebat) libertus erat ciui turpi iudicio condemnatus: nihil dixit, quod lædaret eum, nemo cuperet: impediebat enim religio: tamen id quod dixit, quanto cum pudore, quo tremore & pallore dixit! [5] Quàm promptus homo P. Septimius! quam tratus deiudicio, & de villicis tamen habitabat, tamen eius iracundiæ religio nonnunquam repugnabat. [6] Inimicus M. Caliius, quod cum in re manifesta putasset nefas esse publicanum iudicare contra publicanum, sublatus erat è numero Recuperatorum: tamẽ tenuit se, neque extulit in iudicium quicquam ad lædendum, nisi voluntatem. [7] Hi si Græci fuissent, ac nisi nostri mores ac disciplina plus valerent, quàm dolor ac simultas, omnes se spectatores, vexatores, fortunis eorum esse diuisserunt. [8] Gracus testis cùm ea voluntate processit, vt lædat, non iurisiurandi, sed lædendi verba meditatur: vinci, refelli, euangi putat esse

1 Ironia tamen dissimilitudinẽ, sed paulo generalius.

2 ἀντιπάθεσις dissimilitudinis cõfirmata Græcorũ ipsorum testimonio.

3 Argumẽtatio ex repugnãtibus adiunctis per enthimema.

4 Collatio est Romanorũ testiũ, cuius partis exẽplũ habetur in inductione trium exẽplorum. Primum exẽplũ hoc loco est.

5 Secundũ exẽplum.

6 Tertiũ exẽplum.

7 ἀντιπάθεσις dissimilitudinis per hypothesin, hoc loco incipit, sed apertius in sequẽtibus exponitur.

8 Synecdoche est, qua singularis pluralis ponit. *Vide num legẽdum sit

(procedit) Etenim non certũ tempus notatur: sententia: sed ita plerunque à Græcis fieri solere.

2 Concludit desinatis ex suis posita.

3 Iterat eandem disiũ litudinem eique additi collationem minorum.

3 Metaphora est non à trutina, sed ab iis qui in libris loco ponderant.

4 παράδοσις: Iterum dissimilitudinis repugnantis confirmata.

5 Recusatio sui ipsius ab exhortatione illa descriptione rerũ, in qua tamẽ ceteris iudicii, quam ullis sepropius accessorii poterat licere.

esse turpissimum: ad id se parat: nihil aliud curat. [1] itaq; non optimi quisque, nec grauissimus, sed impudentissimus loquacissimusque deligeretur. [2] vos autẽ in primatu minimarum rerum iudicii testem diligenter exenditis: etiam si formam hominis, si nomen, si tribum nostis, mores tamen exquirendos putatis. quis autem dicit testimoniũ ex nostris hominibus, [3] ut se ipse sustentat, ut omnia verba moderatur, ut timet, ne quid cupide, ne quid vecunde, ne quid plus minusve, quam sit necesse, dicat, [4] nam illis idem putatis quod iusiurando locus est: testimonium, iudices: exitimatio vestra tenebre: laus, merces, gratia, gratulatio proposita est omnis in impudenti mendacio. [5] Sed non dilatabo orationem meam: ereni m possit esse infinita si mihi libeat totius gentis in testimonium dicendi explicare vanitatem. sed propius accedam: de illis vestris testibus dicam. [6] Vehementem accusatori nulli sumus iudices, & inimicum in omni genere odiosum ac molestum, quem spero his rebus sine magno vsu & amicis, & Reip. sed certe inflammatum incredibili cupiditate hanc causam accusationémque suscepit, qui comitatus in inquirendo [7] comitatum decolmo vero quantus exercitusque tabernaculorum, sumptuũ quanta largitio, quam multa sunt causa, timidè tamen dico, quòd vereor, ne Lælius, ex his rebus quæ sibi susceptæ gloriæ causa, putet aliquid oratione mea sermonis in se esse, aut inuidiæ esse quæsitum. [8] Itaque hanc totam relinquam: tantum à vobis petam iudices, ut si quid ipsi audistis communi fama atque sermone

6 Aliquãdo propius accedit ad crimẽ cũ testiũ concitatorũ cautum obiicit accusatorem fuisse, sed tamẽ nondũ ad singulos testes accedit.

7 Coræcio alio nomine substituo

8 Apophasis est cum quadam dissimilitudine.

de vi, de manu, de armis, de copiis, meminerit is quarum rerum inuidia lege hac recenti ac noua certus est inquisitioni comitiorum numerus constitutus. [1] Sed ut hanc vim omittam, quanta illa sunt, quæ quoniam accusatorio iure & more sunt facta reprehendere non possumus, tueri tamen non cogimur primum quòd distributis partibus sermo est totæ Asiæ dispatus, Cn. Pompeium: quòd L. Flacco est veteratur inimicus, contendisse a Lælio patrono amico ac pernecessario, vt hunc hoc iudicio arcesseret: venemq; ei suam auctoritatem, gratiam, copias, opes ad hoc negotium conficiendum detulisse. Id hoc verisimilius Græcis hominibus videbatur, quòd paulo antè familiarem Lælium in eadem provincia Flacco viderant. [2] Pompeij autem auctoritas eiusmodi apud omnes tanta est, quanta esse debet, tam excelsa in illa provincia, quam nuper & prædonum, & Regum bello liberauit. [3] Adiuuit illa, vt est, qui domo exire volebant, testimonij denuntiatione terreret: qui domi stare non poterant, largo & liberali viatico commoueret sic adolescens ingenij plenus, locupletes metu, tenues præmio, fulsset errore permouit. sic sunt expressa illa præclara, quæ recitantur, præpositiones, nam sententiis neque auctoritatibus declarata, nec irreuerendo constricta. sed porrigenda manu, profundendo que clamore multitudinis concitata. [4] O morem præclarum, disciplinámque, quam à maioribus accepimus, si quidem teneremus: sed nescio quo pacto ista de nostris elabitur: nullam illi nostri sapientissimi, & sanctissimi viri vim concionis esse voluerant, quæ ferret plebi, aut quæ populus haberet suorum a concione, distributis partibus, tributim & centuriatim descriptis ordinibus, classibus, ætatibus, auditis auctoribus, re multos dies

1 Per apophasin inuidiam conciliare nititur in Lælij accusatorem, qui Pompeij authoritate Flaccum premere videretur.

2 Accommodat Pompeij auctoritatem authoritatem ad causam reiũ vt magis Pompeij gratia quàm veritate adiuti videantur in Flaccum dixisse testimonium.

3 Addit aliam caussa expressi testimonij ex dissimilib⁹ subiectis & adiunctis.

4 Exclamatio est, qua offendit Asiaticæ & Romanæ Resp. dissimilitudinẽ.

Universidad de Deusto Biblioteca

promulgata & cognita, iuberi, vetarique volumus.[1] Graecorum autem tota Respub. sedentis cecinit temeritate administratur. Itaque vt hanc Graeciam,[2] quae iandiu suis consiliis peremta & afflicta est omittam illa vetus, qua quondā opibus, Imperio, gloria floruit, hoc vno malo concidit, libertate immoderata ac licentia concionum, cum in theatro imperiti homines rerum omnium rudes, ignariq; consederant, tum bella inutilia suscipiebant, cum seditiosos homines Resp. presidebat, tum optime meritos ciues ciuitate eiiciebant.[3] Quod si haec Athenis tum autem illae non solum in Graecia, sed prope cunctis gentibus[4] exitio erat, accidere solita: quam moderationem putatis in Pisidia aut in Mysia concionum fuisse?[5] Nostros concionesti illarum nationum homines plerumq; perturbant: quid, cum sciti sunt ipsi, tandem fieri putatis? Cassus est virgis Cyncus ille Athenagoras, quòd in Asiam frumentum exportare erat ausus: data concio Lelio est: processit ille, & Graecus apud Graecos non de culpa sua dixit, sed de poena quaestionis est, exorerunt manus: ipsa insima natio est. hoc testimonium est[6] nuper epulatis, paulò ante omni largitione saturati Pergameni, quod Mithridatem, qui multitudinem illam nō auctoritate, sed fagina tenebat, se velle dixit, id factores & zanaty conclamarunt.[7] hoc testimonium est ciuitatis?[8] Ego vestes à Sicilia publicè duxi: verum erant ea testimonia non concitata concionis, sed iurati Senatus. quare iam nunc est mihi contentio cum teste cuius videndum est iustne hoc testimonia putanda.[9] Adolescens bonus, honesto loco natus, disertus, cum maximo et nobilissimo comitatu venit in oppidum Graeciae festulat concionem: locupletes homines & graues ne sibi adsentiuntur, testimonij denuntiatione deterret:

1 ἀντιπάθεσις dissimilitudinis.

2 Auget proximam antipodosin collatione minorum, quæ syllogismo conclusa est. Complexio in fine superioris partis fuit. Assumptio hoc loco est.

3 Propositio syllogismi in qua minora cum majoribus accommodantur.

4 Propositionem confirmat alia collatione minorum.

5 Speciali exemplo sententia generalem illustrat.

6 Addit aliud exemplum vt idem probet.

7 Communicatio.

8 Illustrat dissimilitudine accusationis suæ falsum Lxlij

9 ἀντιπάθεσις dissimilitudinis ex diuersis causis cō

terret: tegentes & leues spe[*] largitionis, & viatico publico, priuata etiam benignitate prolecturi.[3] opifices & tabernarios atque illam omnem sacem ciuitatum, quid est negotij concitare? in eum praesertim,[3] qui nuper summo cum in imperio fuerit. sum mo autem in amore esse propter nomen ipsum imperij non potuerit.[3] Mirandum verò est, homines eos, quibus odio sunt nostra secures, nomen acerbitati: scriptura decumae portorium mortis: libenter arripere facultatem laediendi, quacunq; detur.[4] Memento igitur, cum audietis psephismata, non audire vos testimonia: audire temeritatem vulgi, audire vocem leuissimi cuiusque, audire stropitū imperitorum, audire concionem comitatum leuissima nationis. Itaque perseruatamini penitus naturam, rationémque criminum: tam nihil praeter speciem, nihil praeter terrorem, ac minas reperietis.*

Deesse videntur nonnulla.

In arario nihil habent ciuitates, nihil in vectigalibus:[5] *duae rationes conficienda pecuniae, aut versura, aut tributo, nec tabulae creditoris proferuntur nec tributi confectio vlla recitatur.*[6] *Quam vero facilè falsas rationes inferre, & in tabulas quodcunque commodum est, referre soleant, ex Cn. Pompeij literis ad Hypsaeum, & Hypsei ad Pompeium missis quaso cognoscite.* LITERAE POMPEII ET HYPSAEI. *Satisne vobis coarguere his autoribus dissolutam Graecorum consuetudinem, licentiámque impudentem videmur:*[7] *nisi fortè, qui Cn. Pompeiū, qui praesentem,*

monēdorum testium.

* *legationis*

1 Effectū probari ex facultatibus, i. ex causis efficientibus.

2 Ex subiectis adiuncta docet additis remotione cōtrariorū, quæ confirmatur constitutis repugnantibus.

3 *ipsumlæ* in qua constituit *effectum* ex causis efficientibus additis extā adiunctibus.

4 Concludit generalem testium eleuationem ex re petitione causarum efficiēt tium quæ illustratur distinctione dissimilium.

5 Argumentatur ex remotione distributarum partiū confirmata remotione testimonij.

6 Probat mutuis Hypsei & Pompeij tabulis facilem esse in Asia corrumpendarum tabularum rationem.

7 *ipsumlæ* cum minorum collatione cuius ἀντιπάθεσις remotione repugnantium exponitur.

qui nullo impellente fallebant, eos vrgente Lælio, in absentem, & in L. Flaccum aut timidas fuisse, aut reliquisse putamus. [1] Sed fuerint incorrupta literæ domi: nunc verò quam habere auctoritatem, aut quam fidem possunt? triduo lex ad Prætorem deferri, tu licèt signa consignari iubeat: trigesimo die vix differuntur. [2] ne corrumpi tabula facilè possint, idcirco lex obsignatas in publico poni voluit. at obsignantur corruptæ, quid refert igitur, tanto post ad iudices deferantur, an omnino non deferantur? Quid, si testium [3] studium cum accusatore societatem ejus tamvnce isti testes habebuntur? vbi est igitur illa expectatio, quæ versari in iudicijs solet? quam antea cum diceret accusator acriter & vehementer, cumque defensor suppliciter, demissè, respondaret, tertius ille erat cupiditatis locus testium, qui aut sine vllo studio dicebant, aut cum dissimulatione aliqua cupiditatis. [4] hoc verò quid est? vnde sedent, ex accusatorum subsellijs fugunt, non dissimulant, non verentur, de subsellijs querentur ex domo prodeunt? si verbo tu abnavint quo reuertantur non habebunt. [6] An quisquam esse testis potest, quem accusator sine cura interrogat, nec mutuat ne sibi aliquid, quod ipse nolit, respondeat: ubi est igitur illa laus oratoris, quæ vel in accusatore antea, vel in patrono spectari solebat? bene testem interrogauit: callidè accessit: reprehendit: quò voluit, adduxit: conuicit, & elinguem reddidit? quid tu istum roges Lali, cui prius quàm hoc, l'e rogo, dixeris, plura etiam effundet, quàm tu ei domi ante præscripseris? [8] quid ego autem defensor rogem? nam aut oratio testium refellet, aut vita Lælij. qua disputatione orationem reperiam, qui dixit dedimus, nihil amplius: in hominem dicendum est igitur, cum oratio argumentationem non habet. quid dicam in ignotum? [9] Quærendum est ergo, & deplorandum, id quod tanto malum facit, de omni accusationis iniquitate: primùm de communi genere testium: dicit enim natio minimè in testimonijs dicendis religiosa. propius accedo: nego esse ista testimonia, quæ tu ipse ψηφίσματα appellas. sed & frequentia egentium, & motus quendam temerarium Gracula conciones, latrabo etiam magis: qui gestus, non adhibeque numerasse dicitur non est deductus: primata literæ nullæ proferuntur publicæ: tenta sunt in accusatorij potestate, fama est in testibus? [10] hinc illæ cum inimicis, adsunt cum aduersarijs, habitant cum accusatoribus: utrum hic tandem disceptationem & cognitionem veritatis, an inuidiæ libenter aliquam, aut ruinam fore putatis? [11] Multa enim sunt eiusmodi Iudices, vt etiam si in homine ipso de quo agitur, ne ligenda sint, tamen in * conditione, atque in exemplum pertimescenda videantur. [12] Si quem infimo loco natum, nulla splendore vitæ, nulla commendatione famæ defenderem: tamen cuius ciuem à ciuibus communis immanitatis tutare, ac misericordia deprecarer, ne ignotis tribuas, ne incuratis, ne accusatoris consessoribus, comitatui, contubernalibus, ne hominibus lenitate Græcis: crudelitate barbaris, eiusmodi ac supplicem vestrum dederis: ne periculosam imitationem exempli reliqui in posterum prodederis: [13] sed cùm L. Flacci res agatur, cuius ex familia qui primus Consul factus est, primus in hac ciuitate Consul fuit: cuius virtute Regibus exterminatis, libertas in Rep. constituta est:

1 Epilogus est generalis disputationis & vim testimoniorum illa non habere concludit, additis etiam omnibus ijs quæ de Syracusanis.

2 Paulo magis specialiter quarum vrbium fides in ijs quæ declarantur.

3 Paret accusatorum assiduam consuetudinem cum testibus. Argumentum ex subiectis.

4 Transitus ad Flacci periculi ad causam communem.

*imitatione

5 Argumentatur à minore ad maius propositionis collationis variis adiunctis ac subiectis amplificatur.

6 Ex adiuncto

7 Ex repugnantia constitutione finis tollit destinata.

8 Destinata tollit ex remotione consentanei finis quem remouet ex distributione loci ex alterum vbi dilemma quoddam est.

Universidad de Deusto Biblioteca

* Legendum est coon pertimescam). cui tota sententia ostendit, tum verò illa locutio, quæ est in protasi, Deprecarer (inquit) ne perculosam inuitationem exèplis reliquis in posterum proderetis.

1 Repetit inuitationem testimoniorũ ex antithesi eaudarum & adiunctorum inter se pugnantium. Atque hic concluso ab re generalis distributionis cuius initium quarta ab hinc pagina fuit.

2 Transitus ad thesi ad hypothesin.

3 Primũ crimen tripliciratione defendit ex qualitate facti. Prima est ex repugnantibus peccati quæ causis conformatur.

4 Secunda ratio ex fine confirmatur ex subiectis & nouo fine.

quæ usque ad hoc tempus honoribus, imperio, rerum gestarum gloria continuata per nanſit cuiusque ab hac perenni, conteſtataque virtute maiorum non modo non degenerarit L. Flaccus, ſed, id quod maximè florere in generis ſui gloria vlderat, laudem patria in libertatem vindicanda Prætor adamauerit: in hoc ego reo ne quod pernicioſum exemplum prodatur, *pertimeſcam. in quo etiam ſi quid erraſſet, omnes boni conniuendum eſſe arbitrarentur, quod quidem ego non modo non poſtulo, ſed contrà Iud. vos oro & obteſtor, vt totam cauſam quàm maximè intẽtis oculis vt aiunt) acerrimè contemplemini. [1] Nihil relictum teſtatum, nihil veritate fundatum, nihil dolore expreſſum: contràque omnia corrupta libidine, iracundia, ſtudio, pretio, periurio reperientur. Etenim iam vniuerſa illorum cognita cupiditate, [2] accedam ad ſingulas querelas, criminationeſque Græcorum. [3] Claſſis nomine pecuniam ciuitatibus imperatam queruntur, quod nos falſũ Iud. conſtituemur: ſed ſi hoc crimen eſt, aut in eo eſt, quod non licuerit imperare: aut in eo, quod non opus fuerit nauibus: aut in eo, quòd nulla huc Prætore claſſis nauigarit. Licuiſſe vos intelligat, cognoſce quid me Conſule Senatus decreuerit, cum quidem nihil à ſuperioribus continuorum annorũ decretis deceſſerit SENATVS CONSVLTVM. [4] Proximum eſt ergo, vt opus fuerit claſſem dare. quæramus, vtrũ igitur hoc Græci ſtarent, aut vlla exteræ nationes, an veſtri Prætores, veſtri duces, veſtri Imperatores? Equitẽ exiſtimo in eiuſmodi regione, atque prouincia, quæ mari cinctu portubus diſtincta, inſulis circundata eſſet, nam

ſolum præſidij, ſed etiam ornandi imperij cauſſa nauigandum fuiſſe? [1] Hoc enim ratio, ac magnitudo animorum in maioribus noſtris fuit: vt cum in priuatis rebus, ſumptibus minimè contenti, tenuiſſimo cultu vterentur, in imperio atque in publica dignitate omnia ad gloriã, ſplendorem̃q; reuocarent, quæritur enim in re domeſtica continentia laus, in publica dignitatis. [2] Quid ſi etiã præſidij cauſſa claſſem habuit? quis erit tam iniquus, qui reprehendat? [3] Nulli erant prædones. quid? nullos fore, quis præſtare poterat? [4] Minuit, inquit, gloriã Pompeij. imo tu auges molestiam. ille enim claſſes prædonum, orbes, portus, receptacula ſuſtulit: portè maritimam ſummâ virtute, atque incredibili celeritate conſecutus illa verò neque ſuſcepit, neq; ſuſpere dedit, vt ſi qua vſpiam nauicula prædonum apparuiſſet, accuſandus videretur. [5] Itaq; ipſe in Aſia, cum omnia tam bella terra, marique confeciſſet, claſſem tamen iiſdem iſtis ciuitatibus imperauit. quod ſi in ſtatuit opus eſſe cum ipſius præſentis nomine tuta omnia & pacata eſſe poterant, [6] quid, cũ ille deceſſiſſet, Flacco exiſtimaris ſtatuendum, & faciendũ fuiſſe? [7] Quid nos hic? nonne ipſe Pompeio autore, Syllano & Muræna COSS. decreuimus, vt claſſis in Italiã nauigaret? nonne eo ipſo tẽpore, cũ L. Flaccus in Aſia remiges imperabat, nos hic in mare ſuperum & inferum ſeſtertium ter & quadragies rogabamus? quid poſtremo anno? nõne M. Curio & P. Sextilio Quæſtoribus pecunia in claſſem eſt erogata? quid? hoc annis tempore equites in ora maritima non fuerunt? [8] Illa eſt enim gloria diuina Pompeij: primum prædones

1 Finem præcipuũ ex cauſſis efficientibus horum profectionis collatione diſſimilium ſubiectorum & adiunctorum.

2 Auget ſuperiorem rationem additione maiorem.

3 Occupatio obiectionis ex remotione ſubiectorum quæ refutatur oppoſita contradictione.

4 Altera obiectio per prolepſin ſuſtinet̃ contradictione, additis ſimilibus.

5 Ex deſtinatis ſubiecta finis conſtituit. Significat enim cum Pompeius claſſem imperarit intellexiſſe prædonesaliquos eſſe poſſe.

6 Proximam rationem refert ad collationem minorum cum maioribus.

7 Addit alias collationes minorũ eorũ, prima ipſius Pompeij authoritate habet adiecta. 8 Exuis eſt digreſſio in laudẽ Pompeij ex enumeratione regionum illius virtute in pop. Romani diuinorum rerũ gestarum.

1 Refit ad eandem Flacci & factū ipsius inter collationē maiorum. Prorsus ex causis & euentis approbatur.

2 Reditio minorum ex constitutione subiectorum in naugādi, quę probatur ex effectis quę probantur commentatione subiectorum in quibus ipsa effecta verę facta sunt.

3 Attēdę quę tanta fuerit Olympionicarum apud Graecos.

4 Occupatio quęstionis ex remotione ad honestorū quę soluit ex dictis mīlibus.

5 Accedit ad tertiā rationē pecuniæ imperatę in classem. Et amē confirmat testimonio totius Asię & variis subiectis & adiunctis.

v Hamo

eos, qui tum, cum illi bellū maritimū gerendū datum est, toto mari dispersi vagabantur, redactos esse omnes in potestatē: deinde Syriā esse nostram, Cilyciam teneri, Cyprū per Ptolemaeū Regē nihil audere: praeterea Cretā Metelli virtute esse mostrā: nihil esse unde profisciantur, nihil quò reuertantur: omnes sinus promōtoria, litora, insulas, vrbes maritimas, clausiris imperij nostri continerī. 1 Quòd si Flacco Praetore nemo in mari praedo fuisset, tamen huius diligētia reprehendenda non esset: idcirco enim quod hic classem habuisset, existimarem nō fuisse. 2 Quid si L. Oppij, L. Agrij, C. Cestij Equitū Rom. huius etiā clarissimi viri C. Domitij, qui in Asia tum Legatus fuit, testimonio docos, eo ipso tempore, quo tu ipse negas classem habendam fuisse, caplures a praedonibus esse captos? tamen Flacci consilium in remigibus imparandis reprehenderetur? quid si etiam occisus est a piratis Adramitenus homo nobilis, cuius, ut fere nobis omnibus nomen auditū, Aeacus puto? 3 Olympionicōn (hoc est apud Graecos quaestio de eorū gravitate dicimus) propē maiora & gloriosiora, quam Romā triūphasse. 4 At nemine cepisti, quem multi ex maritima clarissimi viri praefuerunt, cui se praedem nullū cepissent, mare tamē intūs praestitere nō causa est enim in capiendo, locus, euentus, occasio defendendi facilitas: cautio, non solū latibulis occultorum locorū, sed etiā tempestatum moderatione, & conuersione. 5 Reliquum est, ut quaeratur, utrum nostra ista classis cursu & remis, an sumptu tantū, & literis nauigarit. num igitur negare potest, cuius rei nulla testis est Asia, bipartitō classem distributam fuisse, ut una pari supra Ephesum, altera infra Ephesum nauigaret? hanc classē M. Crassus vir amplissimus ab v Aeno in Asiam

bis nauibus Flaccus ex Asia in Macedoniam nauigauit. 1 In quo igitur Praetoris est diligentia requirenda in numero nauium, & in descriptione aequabilis sumptus? diminuit enim, quo Pompeius erat vsus, imperator: num potuit parcius? describere autem pecuniam ad Pompeij rationē, quae fuit accommodata L. Sylle descriptioni, quis cū omnes Asiae ciuitates proportione in pecunias describi posset, illam rationem in imperando sumptu & Pompeius, & Flaccus secutus est, neque est adhuc tamen ea summa cōpleta. non refert verē, quid lucretur? cū enim genus imperata pecunia susceperit, id quod tu crimen esse vis, confiteatur: qui igitur probare potest in ea pecunia non referēda crimen sibi ipsum facere, in qua crimen esset nullum, si referret? 2 At enim negas fratrem meū, qui L. Flacco successerat, pecuniam vllam in remiges imperasse: requisti. Quadratrem mei laudo delector, sed alijs magis grauibus, atq; maioribus, aliud quidda statuit, aliud vidit: existimauit quocunq; tempore auditū quid esset de praedonibus, quam vellet subitò se classem comparaturū: denique hoc primus frater meus in Asia fecit, vt hoc sumptu remigū ciuitates leuaret. 3 crimen autem tum videri solet, cum aliquis sumptus institutus est, qui antea non erant instituti, non cum successor aliquid immutat de institutis priorū. Flaccus, quod alij postea fallurī essent, scire non poterat: quid facturi essent, videbat. 4 Sed quoniam de communi totius Asiae crimine dictum est, aggrediar iam ad singulas ciuitates: ex quibus sit sanè nobis prima ciuitas Acmonensis. 5 Citat praeco voce maxima Legatos Acmonēses. 6 procedit vnus Asclepiades: prodeāt etiāmne praecanem mentiri coēgerint? est enim credo is vir ille, vt ciuitatis nomen sua auctoritate sustineat. Donatus

2 Adiungit ad superiores rationes alias praeterea duas, quarum prior minorum collatione defendit, altera parit. 2 Occupatio obiectionis ex dissimilibus factis Q. Ciceronis. Quid L. Flaccus successus, solutus dissimilibus consulet? 3 Addit aliā dissimilitudinē enumeratque similitudine columnatur.

4 Transitus est a communi crimine totius Asiae ad crimina singularū ciuitatū. 5 Primi criminis referēda est remotio ad honestorum quām de ipso crimine agat. 6 Iocularis irrisio ex contrariis relata.

turpissimis iudiciis domi, notatus literis publicis: cuius de probris, adulteriis, ac stupris extat Aemonensium litera: quas ego non solum propter longitudinem, sed etiam propter turpissimam obscenitatem verborum prætereundas puto.[1] Dixit publicè datum drachmarum CC. & VI. millia. dixit tantum, nihil ostendit, nihil protulit:[2] sed adiunxit id, quod certè, quoniam erat domesticum, docere debuit: se privatim drachmas CCVI. dedisse. Quantum sibi ablatum homo impudentissimus dicet, tantùm nunquam est ausus, vt haberet, optare.[3] Ab aulo Sextilio dicit se dedisse & à suis fratribus potuit dare Sextilium. nã fratres quidè consortes sunt mendicitatis. Audiamus igitur Sextilios fratres denique, ipsi prædeãt: quam volent, impudenter mentiantur: & quod nunquam habuerint, dedisse se dicant: tamen aliquis ferasse eorum prædulci ducent, in quo reprehendantur, Non dedunt inquit Sextilium. Cedo tabulas: non deportant. Fratres saltem exhibe: non denuntiant.[4] Quod est vnus Asclepiades fortuna egens, vita turpis, existimatione damnatus, impudentia atque audacia fretus, sine tabulis, sine autore legeri, id nos quæ crimen aut testimonium pertimescemus? Idem laudationem, quam nos ab Aemonensibus Flacco detam præferebamus,[5] falsum esse dicebat. cuius quidem laudationis iactura excipiãda nobis sint. nam vt signum publicum insigne præclarum esse autor suæ ciuitatis, solere suos ciues, alterosq; Græcos[6] ex tempore, quod opus sit, obsignare dixit. tu verò tabulas habere istã laudationẽ? nec enim Aemonensium testimonio Flacci vita, & dignitas nititur. dum enim mihi, quòd hac causa maximè pulsulat, nullã grauitatem, nullã constantiã, nullum firmum in Græcis hominibus consilium, nullam denique esse testimonij fidẽ,[7] nisi verò hactenus ista formula testimonij, atque orationis tuæ describi, ac distingui potest, vt Flacco absenti aliquid similatæ tribuisse dicantur: Lælio præsenti, per se agenti, vt legi, mihi accusationis, opibus præterea suis terrẽtes ac minantibus nihil tẽperis causæ scripsisse, aut obsignasse videantur.[8] Ego quidem in minimis rebus sæpe res magnas vidi iudices, deprehendi, ac teneri, vt in hoc Asclepiade hac, quæ à nobis prolata laudatio, obsignata erat cretæ illa Asiatica, quæ ferè est omnibus nota rebus, quæ vtuntur omnes non modò in publicis sed etiam in privatis literis, quas quotidie videmus mitti à publicanis, sæpe vnumquemque nostrũ. neque enim testis ipsius signo infestus fuit, sum nos proferre dixit, sed leuitatem totius Asiæ protulit. de qua nos & libenter, & facilè concedimus.[9] Nostra igitur laudatio, quam ille temporis causa nobis datam dicit, datam quidem confitetur, consignata creta est: in illo autem testimonio, quod accusatori dicitur datum, ceram esse videmus. hic ego iudices, si vos Aemonensium decretis, si cæterorum Phrygum literis permoueri putarem, obsecrarem, & quantum maximè possem, contenderem, testarer publicanos, excitarem negotiatores, vestram etiam conscientiam implorarem:[10] vera deprehensa, consiederem totius testimonij fallam audaciam manifesto comprehensam, atq; oppressam teneri.[11] nunc verò nõ insultabo vehementius, nec volitabo in hoc insolentius, neque in illum negaterem tanquam in aliquem testem incubare, neque in toto Aemonensium testimonio, siue hic consilium est, vt apparet, siue missum domo est, vt dicitur, commeminisse. etenim quibus ego illam laudationem remitti, quoniam sunt (vt Asclepiades dicit) leues, horum testi-

1 Primũ crimẽ tollitur ex remotione adiũcti testimonij.

2 Primi criminis appendix eadem argumenti genere diluitur, deinde eiusdem remotione materiæ cum collatione maiorum.

3 Prolepsis qua soluitur diligentissimè studioseque & eodem etiam genere argumẽti qua iam ante bis vsus est.

4 Epilogus rationum pertinentium ad refutationem primi criminis.

5 Ipsius Asclepiadis testimonio rem sibi famam confirmat.

6 Metonymia ex subiectis adiuncta significatio.

1 Transfert ad collationem minorũ cum maioribus. Id quod Asclepiades à suis fieri dixerat.

2 Amplificat Asclepiadis dictũ per dissimilitudinẽ & in eo diuinè immorat.

addito etiam publico omnium consensu.

3 Ex antecedentibus derivat collationem maiorum. Nam significat si Flacci laudatio (quamuis legitima creta confignata sit, tamẽ temporis causa facta est) quid de cera minime legitima obsignatis tabulis iudicandum sit?

4 ἀντανάκλασις malorum sententia hoc loco est.

5 Per dissimilitudinem in fictis rursus in eodem di-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ho addies speciē apophaseos, cui subiungitur ratio ex partibus.

1 Secundum crimen singulatim cuiratum quoniā erat adhuc obscurè, oculatiore, & ἐφυνικῶς exaggeratur.

2 Cùm mē dacij verisimilē coniectu ram facit ex exuuiis dilemmate concluſis.

3 Authoritatem testi derogat ex adiunctis.

4 Addit etiā præterea collationem malorum cū minoribus

5 Obiter attingit fecundi criminis appendicē quæ refellit ex dissimilibus.

6 Remisquet mortis, illius inuidiam in Lxliii ex dissimilibus cauſis.

7 Iocus ex adiunctis perſonæ.

a Per diſſimi

cie apophaſeos, cui ſubiungitur ratio ex partibus.

1 Secundum crimen ſingulatim cuiratum quoniā erat adhuc obſcurè, oculatiore, & ἐφυνικῶς exaggeratur.

2 Cùm mē dacij veriſimilē coniectu ram facit ex exuuiis dilemmate concluſis.

3 Authoritatem teſti derogat ex adiunctis.

4 Addit etiā præterea collationem malorum cū minoribus

5 Obiter attingit ſecundi criminis appendicē quæ refellit ex diſſimilibus.

6 Remisquet mortis, illius inuidiam in Lxliii ex diſſimilibus cauſis.

7 Iocus ex adiunctis perſonæ.

a Per diſſimi

monium non pertimeſcam.[1] Venis nunc ad Dorycleſium teſtimonium qui productis tabulas ſe publicas ad ſtipuneas perdidiſſe dixerūt. O patres neſcio quas impudes literarum: ſiquidem nihil iſti præter literas abſtulerunt ſed aliud eſſe cauſa ſuſpicamur, ne fortè iſti parum verſuti eſſe videantur.[2] pœna eſt, ut opinor, Dorycleſium grauior, quam apud alios, falſarum & corruptarum literarum ſi veras protuliſſent, crimintis nihil erat: ſi falſas, erat pœna beliſſimum putarunt, dicere amiſſas. quieſcant igitur, & me hoc in loco ponere, atq; aliud agere patiantur. non ſinunt ſuppleri enim ille neſcio quis, & primum dicit ſe dediſſe hoc verò ferre nullo modo poteſt, qui de tabulis publicis recitat, ut quæ in accuſatoris poteſtate fuerunt,[3] non debet habere authoritatem: ſed tamen iudicum fieri videtur, cū tabula illæ ipſæ, cuiuſquemodi ſunt, proferantur. cum verò ij, quorum nemo viſerunt vidit unquam, nemo qui mortalis eſſet, audiuit, tantum dicat, dedi: dubitabitis iudices, quin ab hoc ignotiſſimo Phryge nobiliſſimū ciuem vindicetis?[4] Atq; hunc eidem nuper tres Equites Romani honeſti, & graues, cum in cauſa liberali eum, qui aſſereba tur cognatum ſuum eſſe diceret, non crediderunt. qui hoc euenit, ut qui ſimiles teſtis doloris, & ſanguinis ſui non fuerit, idem ſit grauis autor iniuriæ publicæ?[5] Atque Dorycleſis nuper cum effe retur magna frequentia, confeſſúque veſtro, mortis illius inuidiam in L. Flaccum Lelius conferebat.[6] facis iniuſtè Læli, ſi putas periculo noſtro viuere tuos contubernales: præſertim quid tua negligentia factum arbitremur: homini enim Phryxi, qui arborē ſic nunquam vidiſſet, ſiſcinam ficorum obieciſti.[7] cuius mors te ex aliqua parte relevauit: audacem enim hoſpitem amiſiſti.[a] Flacco

virò quid profuit? ſequi valuit tandiu, dum hic prædixit: incertum eſt, oculos iam dimiſſe, ac dicto teſtimonia.[1] At iſtud columen adiunctis tuis, Mithridatem poſſe quam indutā retentus teſtis à vobis eſſe dixi, quæ voluit, omnia reprehenſus, conuictus, fractuſque diſceſſit: ambulat cum lorica: metuit homo doctus & ſapiens, ne L. Flaccus nunc ſcelere alliget, cum iam teſtem illum effugere non poſſit. vt qui ante dictum teſtimonium ſim eripturus, cum tamen aliquid aſſequi poſſet, ſi nunc id agat, vt ad falſum exarata teſtimonia, verum etiam male ficti crimen adiungat.[2] Sed de hac tota re quæ Mithridatico diſſerui & ſubtiliter, & copioſè Qu. Mucij, nos vt inſtituimus, ad reliqua pergamus.[3] Caput eſt omnium Græcorū concitandorum, qui cum accuſatore ſedet. Heraclides ille Temnites, homo ineptus, & loquax, ſed (vt ſibi videtur) diſertus dicitur, vt etiā magiſtratum alarijs ſe aſſe dicat: & qui ita ſit ambitioſus, vt omnes vos, noſq; quotidie perſalutet, Tenus vſq; ad illam ætatem in Senatum venire non potuit: & qui ſe artem dicendi tradaturum etiā cæteris profitebatur, ſi ſe omnibus turpiſſimis iudicijs cōuictus eſt. Pari felicitate vnà Legatus venit Nicomedis, qui neq; in Senatum vlla conditione peruenire potuit, & ſacti, & proſocio damnatus eſt. Nam princeps legationis Lyſanias adeptus eſt ordinem Senatorium:[4] ſed cùm Reſpub. nimiū ampleſti retur, peculatus damnatus & bona, & Senatorium nomen amiſit. his tres etiam ærarij noſtri tabulas falſas eſſe voluerunt: nam ſeruus nouem ſe preſtiſſi ſunt habere, cū omnia ſine comite venuſſent. Decreto ſemèl de primum video aſſuiſſe Lyſaniam, cuius fratris bona, quòd is populo non ſoluebat, Pratore Flacco publicè venierunt. præterea Philippus eſt Lyſaniæ gener, & Hermo

1 Eodem genere argumenti eleuat ſimile crimē & præteritum: contēnendū eſſe indicat, addita etiam ratione ex repugnantibus.

2 Renouatio ſui ipſius per diſſimilitudinem.

3 Accedit ad crimina territæ ciuitatis, & eius teſtes omnino nullius authoritatis eſſe oſtendit. Inducitio eſt quæ maximè retinere repugnantibus adiunctis.

4 locus in de peculatorem erarij publici.

lendinem redit ad L. Flaccum: eumq; ex remotione ſuis deſtinata remouet.

Universidad de Deusto
Biblioteca

1 Hoc loco maxime attingitur crimen recuperandæ ciuitatis, quod adiudicatio ex remotione adiunctorũ. Syllogismus est Integer. Propositio assumptionem præcedit.

2 Assumptio.

3 Dilemma est ex diuisione adiectorum quæ quidem vtraque tollit.

4 Metonymia. Mundi mensa proprie sacris.

5 Conclusio est syllogismi cum repetitione argumenti.

6 Secundum crimen ab eadem ciuitate ablectum eodem genere argumenti refellitur.

7 Remouet adiuncta illa ab Heraclide ex remotione causarum & constitutione repugnantiũ adiunctorum.

Hermobius, cuius frater Dolet item pecunia publica est condemnatus dicunt se Flacce, & ijs qui simul essent drachmarũ x v. millia dedisse. 1 *Cum ciuitate mihi res est acerrima, & conscientissima literarum, in qua nunus moueri nullus potest sine quinque Prætoribus, tribus Quæstoribus, quatuor ædilibus, quinque Prætoribus, tribus Quæstoribus, quatuor ædilibus, qui apud illos à populo creantur.* 2 *ex hoc tanto numero delectus est nemo: & cum illam pecuniam nominatim Flacco datam referrẽt, maiorem etiam aliquam cum huic ijdem darent, in eadem sacram reficiendam, se perscripsisse dicunt: quod minimè conuenit.* 3 *nam aut omnia occultè referenda fuerunt, aut aperte omnia. cum perscribunt nominatim Flacco, nihil timent, nihil verentur: cum operi publico referunt, ijdem homines subitò eundem, quem cõtempserant, pertimescunt. Si prætor dedit, vt est scriptũ, à Quæstore numerauit, Quæstor* 4 *à mensa publica, mensa aut ex vectigali, aut ex tributo.* 5 *Nunquam erit illud simile criminis, nisi mihi totam rationem omni & personarum genere, & literarũ explicaris.* 6 *Vel quod est in eodem decreto scriptum, homines clarissimæ ciuitatis, amplissimis vsos honoribus, hoc Prætore circumuentos: cur hi neque in iudicio adsunt, neque in decreto nominantur? non enim credo significari iste loco illum qui se eripuit.* 7 *Heraclidem virum enim in clarissimis est cimbius ti, quem iudicatum hic duxit Hermippus? qui hanc ipsam legationem, quam habet, non accepit à suis ciuibus, sed vsque Tymolo petiuitque nullus honos in suæ ciuitate habitus est vnquam res autem ea, quæ tenuissimis committebatur, huic vni in vita commissa sola est. cultos T. Ansidio Prætore frumento publice est positus: proque cum à P. Varino Prætore pecuniam accepisset, celauit suos ciues,*

ebuet, vtraque ijs sumptũ intulit. quod posteaquàm Tenni literis à P. Varino missis cognitum, atque patefactum est: cumque eadem de re Cn. Lentulus, qui Censor fuit, Tennitarum patronus literas misisset, Heraclidem illum Tenni nemo postea vidit. 1 *Atque vt eius impudentiam perspicere possitis, eorum ipsam quæ leuissimi hominis animam in Flaccum incitauit, quæso cognoscite. Fundum Cymæum Roma mercatus est de pupillo Mœculonio, cum verbis se locupletem faceret, haberet nihil prater illam impudentiam, quam videtis: pecuniam sumpsit mutuam à Sex. Scholia Iudice hoc nostro primario viro, qui & rẽ agnouit, neque hominem ignorat: qui tamen credidit P. Fulnij Veratij lectissimi hominis fidei, si eũ saluum ret. sumpsit à C. & M. Fusiis, Equitibus Rom. primarijs viris.* 2 *hic hercule, cornici oculum, vt dicitur, nam hunc Hermippum, hominem eruditum, ciuẽ suũ, cui debebat esse notissimum, percussit. cius enim fide] sumpsit à Fusiis. Securus Hermippus Tennum proficiscitur, cum sibi se pecuniã, quam huius fide sumpserat, à discipulis suis dicere Fusiis persoluturum: habebat enim Rhetor iste adolescentes quosdam locupletes,* 3 *quos diuidio redderet illustriores, quã acceperat, vbi nihil possent discere, nisi ignorantiam literarum. neminem quidem adeò infatuare potuit, vt ei nummum vllum crederet. itaque cum Roma clam esset profectus, multosque minutis mutationibus fraudauisset, in Asiam venit, Hermippoque percontanti de nomine Fusiano, respondet se omnem pecuniam Fusiis persoluisse. Interim, neq; ita longo intermallo libertus à Fusiis cum literis ad Hermippum venit: pecunia petitur ab Hermippo. Hermippus ab Heraclide petit: ipse tamen Fusiis satisfacit absen*

1 Attentionẽ parat ad narrandas causas odij, quo Flaccum prosequebatur.

2 Prouerbiũ.

3 Vocatur in inficiũ Rhetoris Heraclidis.

absentibus, & fidem suam liberat hunc absentem, & tergiuersantem iudices ille persequitur: à Recuperatoribus causa cognoscitur. [1] Nolite existimare Iud. non vnam & eadem omnibus in locis esse fraudatorum & insciatorum impudentiam. fecit eadem omnia quæ nostri debitores solent: negauit sese omnino versuram illam fecisse Romæ: Furiosum se affirmauit nunquam omnino nomen audisse Hermippum verò ipsum pudentissimum, atque optimum virum, veterem amicum, atque hospitem meum, splendidissimum, atque ornatissimum ciuitatis suæ, probris omnibus, maledictisque vexauit. Sed cum se homo volubilis quadam præcipiti celeritate dicendi in illa oratione iactaret, repente testimonium Fusteram, nominibusque recitatis homo audacissimus pertimuit, loquacissimus obmutuit atque Recuperatores contra istum rem minimè dubiam prima actione iudicauerunt. cum iudicatum non faceret, addictus Hermippo, & ab hoc damnus est. [2] Habetis & honestatem hominis, & auctoritatem testimonij, & causam omnē simultatis. Atque is ab Hermippo missus, cum ei pauca mancipia vendidisset, Romam se contulit: deinde in Asiā rediit, cum iam frater meus Flacco successisset: ad quem adijt, cum sanus, ita detulit. Recuperatores vi Flacci coactos & metu falsum inuitos iudicasse. frater meus prosua æquitate, prudentiaq; decreuit, vt si iudicatum negaret, in duplum ireteis meum exactos diceret, haberet eosdem Recuperatores. recusauit: & quasi nihil esse actum, nihil iudicatū, ab Hermippo eosdem mancipia, quæ ipse ea vendiderat, petere cœpit. M. [3] Gratidius Legatus, ad quem est additum, actionem se daturū negauit: re iudicata statis ostendit placere. Iterum ille, cui nullus esset usquam

1 Summâ Heraclidis impudentiam ex effectis oRendit.

2 Accommodat narrationem ad eleuandam authoritatis.

3 Huius legatiōnis extat mentio in illa prima egregia epistola ad Q. Fratrem de munere prouinciali.

usquam consistendi locus. Romam se recepit: persequitur Hermippus, qui nunquam istius impudentiæ cessisset Heraclidi a C. Plocio Senatore, viro primario, qui Legatus in Asia fuerat, mancipia quædam, quæ se, cum iudicatū esset, per vim vendidisse dicebat. Q. [1] Nasuvir ornatissimus, quo Prætor fuerat, Iudex sumitur: qui cum sententiam secundum Plocium se dicturum ostenderet, & ab eo iudice abiret, quòd iudicium lege non erat, causam totam reliquit. [2] Satisne vobis Iud. videor ad singulos testes accedere, neque, vt primo constitueram, tantummodo cum vniuerso genere confligere? [3] Venio ad Lysanian eiusdem ciuitatis, peculiarem tuum Deciane testem: quem tu cum ephebum Temi cognosses, quoniam te nudus delectarat, semper nudum esse voluisse abduxisti. Teano Apolonidem puerum adolescentulo grandi semper, fiducia tamen accepta, accepunisti hanc fiduciam commissam tibi tenes hodie ac possides enim tu testem spe recuperandi fundi paterni venire ad testimonium dicendum coegisti: qui, quoniam testimonium dixit, quidnam sit dicturus, expecto. noui genus hominum, nimis cōsuetudinem, meus libidinem. Itaque etsi tenes, quid si dicere paratus, nihil tamen contra dicturabo prius, quam dixerit. totum enim conuertet, atque alia finget. Quamobrem & ille seruet, quod parauit: & ego me ad id quod attulerit, integrum conseruabo. [4] Venio nunc ad eam ciuitatem, in quam ego multa & magna officia contuli, & quammaxime frater in primis colit atque diligit: quæ si ciuitas per viros bonos, grauisque homines querelas ad vos detulisset, paulò commouerer magis. [5] nunc verò quid putem? Trallianes Meandrio causam commisisse hominis egentis, sordidæ, sine honore, sine existi-

1 Hic collega Cicer. fuit in Pegnatarum patrum ex urania ne p Clodio.

2 Epiphonema quoddam est quo offendit defensionis fax hemistrem qui nō solum ingenere sed etiam speciatim singulos testes declaripserit.

3 Transit ad alium testem, in cuius descriptione grauis est iocus vel sarcasmus ponitur in Deciani libidinem & auaritiam.

4 Transit ad crimina Trallianæ ciuitatis quæ contemnenda esse præfatur ex collatione dissimilium adiectorum. Syllogistica cōnex. 3. modi. Partes legitimo loco & ordine sunt positæ.

5 Assumptio per speciē explicata cum adiunctis personæ.

Universidad de Deusto Biblioteca

1 Collatione maiorũ exemplũ Meandrij authoritatem.

æstimatione, sine censu? vbi erant illi Pythodori, & Lepisij, æstoris hominet apud nos nati, inter suos nobiles? vbi illa magnifica & gloriosa ostentatio ciuitatis? nonne esset pudirum, si hanc causam agerent seuerè, non modò Legatum, sed Trallianum omnino dici Meandrium? huic illi Legato, huic publico testi patrocinium suum iam inde à patre atque maioribus, L. Flaccum maiorũ suorum ciuitatis testimonio tradidisse? Non est ita Iudices, non est profectò vt ego in quodam iudicio nuper Philodorum testẽ Trallianum, vidi Parrhasium, vidi Archidemum, cum quidem idem hic mihi Meandrius quasi ministrator aderat, subiciens, quid in suos cives, ciuitatémque, si vellem, dicerem. nihil enim illo homine leuius, nihil egentius, nihil inquinatius. 2 Quare si hunc habent autorem Tralliani doloris sui, si hunc custodem literarum, si hunc testem iniuriæ, si hunc auctorem querelarũ: remittant spiritus, comprimant animos suos, sedent arrogantiam, fateantur se Meandrij personã esse expressam facem ciuitatis: 3 siu illum semper illi ipsi domi preterendum esse & conculcandum putauerũt, desinant putare auctoritatẽ esse in eo testimonio, cuius autor inuentus est nemo. 4 Sed exponã, quid in re sit, vt quamobrem ista ciuitas, neque seuerè Flaccum oppugnarit, neq; benigne defenderit, scire possitis. Erat in Castriciano nomine vrata: de quo toto responsus Hortensius: inuita soluerat Castricio pecuniã iandiu debitam. 5 hinc totũ odiũ, hinc omnis offensio: quòd cum venissent Lalius ad iratos, & illud Castricianũ vulnus dicendo refricuissent, si luerũt, neq; in illa cæcine adfuerũt, neq; ipsius decreti, ac testimonij autores esse voluerũt. vsquè eo orba fuit ab optimatibus illa concio, vt princeps principũ esse

2 Complexio aucta dilemmate.

3 Altera pars dilemmatis confirmata remotione contrariorum & cauillarum.

4 Accedit prolius ad crimẽ omissa testiũ personã.

5 Cauillatio testimonij conflati in Flaccũ ostenditur vt ei fidẽ derogetur: q ab odio profectũ fit.

Meandrium

Meandrium nunc lingua 1 quasi flabello seditionis, illa tum est egentium concio ventilata. 2 Itaq; ciuitatis prudentis, vt ego semper exilimaui, & grauis, vt ipsi exilimari volunt, 3 instum dolorẽ, querelarq; cognouite. 4 Quæ pecunia fuerit apud se Flaccus patris nomine collata à ciuitatibus, hãc à se esse ablatam querũtur: alia loca quærant, quid licuerit Flacco? nunc tantum à Trallianis requiro, quam pecuniam à se ablatam querũtur, sudmne dicant, sibi à ciuitatibus collatã in vsum suum: cupio audire, non, inquit, dicimus. Quid igitur? delatam ad nos, creditam nobis L. Flacci patris nomine ad hunc diem festũ, atque ludos. quod tum? hanc te, inquit, capere non licuit. iam id video: sed primum illud teneba. 5 queritur grauis, locuples, ornata ciuitas, quòd nõ retinet alienum? solutam se dicit. quòd id nũ habet quod eius non fuit? quod hac impudentissima dici, aut fingi potest? delectum est oppidum, quo in oppido vna pecunia à tota Asia ad heredes L. Flacci conferretur; hanc pecuniã ab honoribus translata in quæstum, & fœneratione, recuperata est multis post annis. quæ ciuitati facta est iniuria? 6 aut molestè fert ciuitas. credo. Amissum est enim præter spem, quod erat spe deuoratum lucrum. at queritur. impudenter facit. nam enim omnia, quæ dolemus, eadem iure queri possumus. at accusat verbis grauissimis, nõ ciuitas, sed imperiti homines à Meandrio conciati. Quo loco etiam, atque etiam facite vt recordemini, 7 qua sit temeritas multitudinis, qua lenitas prudentiæ Græcorum, quid in cœcine seditiosa valeat oratio. dic in hac grauissima & moderatissima ciuitate, cuius est forum plenum iudiciorum, plenum magistratuũ, plenum optimorũ virorũ, & ciuium, cum speculatur, atq; obsidet rostra vndeex temeritatis,

1 Similitudo.

2 Præfatio ad attentionem in eo parata.

3 ironia.

4 Propositio criminis, cui primo adiungit fundamẽ tum defensionis per elumnia tionem quandã vnde postea retorquet ipsũ crimẽ in inuidiam Trallianorũ. Arg. est primũ ex remotione subiectorum iniuriæ.

5 Iterat propositionẽ criminis aliis verbis in quibus ineſt vis repugnantiũ: vnde ipsũ crimen latis re fellitur, si nihil aliud adderetur.

6 Occupatio quæ per collationẽ dissimilium effectorum & causarum soluitur. Antapodosis verbi etiã ad iudicũ illius inuidiæ confirmatur.

7 Argumentum à minore ad maius.

tatis, & moderatrix officij Curia: tamen quantas fluctus excitari concionum videris? quid vos fieri censetis Trallibus? an id, quod Pergami? nisi forte hæ ciuitates existimari volunt, frustra vos se epistola Mithridatis mouere, impellique potuisse ut amicitiam populi Rom. fidemque suam, iura omnia officij, humanitatisque violarent, quam ut filium testimonio laderent, cuius patrē armis pellendum à suis mœnibus censuissent. [3] Quare nolite mihi ista nomina ciuitatum nobilia opponere, quos eiusdem hostes hæc familia contempsit, nunquam eosdem tetigit pertimescet. vobis autem est considerandum, si ea sibi principum vestra ciuitates requirunt, non multitudinis temeritate, optimatū consilio bellum ab illis ciuitatibus cum populo Rom. esse susceptum: sin ille tum motus est temeritate imperitorum ciuitatum, patiamini me delicta vulgi à publica causa separare. [4] At enim istam pecuniam iudicare non licuit. vtrum vultis patri Flacci licuisse, necne? si licuit, sicuti certè licuit, ad eius heredes collatam, ex quibus ipse nihil capiebat, patere pecuniam recte abiudicati fuisse: si non licuit, tamen ille mortuus non modo filium, sed quibuslibet heredibus suis potuit auferre. Ac tū quidem Trallani, cum ipsi grauissimore istam pecuniam multos annos occupauissent, à Flacco tamen omnia, quæ voluerunt, impetrauerunt: neque tam fuerant insipientes, vt id, quod Lælius dixit, dicere auderent, hanc ex pecuniam abiudicasse Mithridatem. [5] qui enim erat, qui nos scire in vrbanis studijs superare Mithridatē, quam in scholis Trallianos sinistros? [6] Quæ quidem à me si, vt dicendo sunt, ducentur, grauius agetur Iudices, quàm adhuc est, quantam Asiaticis testibus fidem habere vos conueniret: reuocarem animos vestros ad Mithridatici

1 Recidiua malorum.
2 Specialis fides Asiaticorum probat facile conchari Asiaticas nationes, non quod quidem exercuit imperitia.
3 Conclusio est aucta dilemmate ex distributione causarum efficientium.
4 Transit per occupationē ad ius qualitatēque suū. Et qui defendit minorum collationē.
5 Argumentatur ex repugnantibus.
6 Apophasis.

datici belli memoriam, ad illam [1] vniuersarum ciuitatum Romanorū per tot vrbes vno puncto temporis iniuriam crudelemque cædem: [2] Prætores nostros deditos, Legatos in vincula coniectos, nominis propè Romani memoriam cum vestigio imperij nō modo ex aduibus Græcorum, verum etiam ex literis esse deletam. Mithridatem Deum, illum patrem, illum conseruatorem Asiæ, illum Dionysium, Bacchum, Liberum nuncupabant, vnūque atque idem erat tempus, cum L. [3] Flacco Consuli portas tota Asia claudebat: Cappadocem autem illum nō modo recipiebat sua vrbibus, verum etiam vltrò vocabat. licebat hæc nobis, si oblitiscī nos possumus, aut tacere: licebat mihi potius de leuitate Græcorum queri, quàm de crudelitate auctoritatem illi habuisse apud eos, quos esse omnino nolucrunt. [4] nam quoscunque potuerunt togatos, interemerunt: nomen ciuium Romanorum, quātum in ipsis fuit, sustulerunt. In hac igitur vrbe sic iacent, quam ederant: apud eos, quos inuiti vident: in ea Rep. ad quam opprimēdam non animos eis, sed vires defuerunt. [5] Aspicias hunc florem Legatorum, laudatorumque Flacci ex vera, atque integra Græciatum se ipsi expendant, tum isti se comparēt, tum si audebant, dignitati horum [*] anteponant suam. [6] Adsunt Athenienses, vnde humanitas, doctrina, religio fruges, iura, leges ortæ, atque in omnes terras distributa patuere: de quorum vrbis possione, propter pulchritudinē etiam inter deos certamen fuisse proditum est. qua vetustate ea est, vt ipsa ex se se suos cives genuisse dicatur: & eorum eadem terra parens, altrix, patria dicatur: auctoritate autem tanta est, vt eius fractum propè, ac debilitatum Græcia nomen huius vrbis laude nitatur. [7] Adsunt Lacedæmonij

1 Plutarchus Strabo. Valerius. Max. Eutrop. cladē Romanorum interfectā fuisse dicit.
2 De his vide Appianū, in Mithridatico.
3 Hic est qui à Fimbria in bello Mithridatico interfectus est. Vide Appianū in eo libro, qui Mithridaticus inscribitur.
4 Commoratio est quo ille idem sæpiusculè ter.
5 Opponit contraria testimonio quorum inductio quædam sequitur cum laude singulorum populorum.
[*] opponant
6 Prima pars inductionis de Atheniensibus quorū iuris coaeruatiuerit sub iudicis & adiuncta contrar.
7 Secunda de Lacedæmoniis ex actionibus consiliis & effectis.

nunquam in ciuitatibus pro Republica contemnatur, grauitatis summæ fuit. [1] At Cn. Pöpeius captis Hierosolymis, victor ex illo fano nihil attigit. in primis hoc, ut multa alia sapienter, in tam superstitiosa, ac maledica ciuitate laudem seruauit obtrectatorũ non reliquit, non enim credo, religionẽ & Iudæorum, & hostium impedimenta profligatissimæ Imperatori, sed pudorem fuisse. [2] Vbi ergo crimen est iniquissimum quidem factum nullaq̃ reprehensione dignum, edictũ probas, iudicasti fateris, quæsitum & probatum palàm nõ negas, actũ esse per viros primarias res ipsa declarat. Aptamæ manifestè comprehensum, ante pedes Prætoris in foro expensum est auri põdo centũ paulò minus per Sextũ. Cæsium Equitem Romanũ castissimum hominẽ, atque integerrimum: Laodiceæ viginti põdo paulò amplius per hunc ipsum L. Pedaceum Iudicem nostrũ. Adrymeti per Cn. Dentatũ Legatũ: Pergami nõ multum curiæ ratio constat: aurũ in ærario est. furtum non reprehenditur: inuidia quæritur: à iudicibus oratio auertitur: vox in coronem, turbamq̃ effunditur. Sua cuique ciuitati religio Lælie, nostra nobis. stantibus Hierosolymis, peccatis Iudæis, tamen illorum religio sacrorũ a splendore huius imperij, grauitate nominis nostri, maiorum institutis abhorrebat: nunc verò hoc magis, quod illa gens quid de imperio nostro sentiret, ostendit armis suis obsessa. diis immortalibus infesta, domita. quid est certa, quid elocuta, quòd seruata. [3] Quamobrẽ, quoniam quod crimen esse voluisti, id reuera vidi in laudem esse conuersum, veniamus iam ad cuiusq̃ Romanorum querelas. Ex quibus sit sanè prima Dectani. [4] Quid tibi tandem Deciane iniuria factum est negotiari in libera ciuitate? primum fateare me esse curiosum: quæsq̃ negotiaretur præsertim

1 Prolepsis qua diluit eh scãlonem dissimilis causæ rum collatione.

2 Addit eorũ testimonia quorũ opera auctũ illud ab Hierosolymis auersum fit.

3 Transit ad querelas ciuium Romanorum crimináque obiecta Flacco obiecta.

4 Exoptat Decianum ex subiectis & accusatis.

fortiri cùm sis isto loco natus, annos iam triginta in foro versatus? sed tamen Pergamene: longo internallo si quando tibi peregrinari commodum est, Romam aduenis: offeri facimus nemam, nemẽ vestimentum purpuram Tyriam. in qua tibi nuidea, quod vnus vestimẽtis tãdiu lautus es? Verũ efflorescentiari libet nunc Pergami? Smyrnæ? Trallibus? vbi & multi ciues Romani sunt, & ius à nostro magistratu dicitur? aũ te delectat: lites, turba. Prætor, odio si Græcorũ libertate gaudes. [1] cur ergo vnus tu Apollonidenses amantissimos pop. Ro. fidelissimos socios, miseriores habes, quã aut Mithridates aut etiam pater tuus habuerit unquã? cur his per te sui libertate sua, aut denique esse liberis nõ licet? hominẽs sunt ista ex Asia frugalissimi sanctissimi, à Græcorum luxuria & leuitate remotissimi, patres familiæ suæ cõtenti, aratores, rusticani: agros habent & natura pertenues, & diligẽtia culturaq̃ meliores, animisce agris tu prædia habere vo luisti, omnino malle, & magis erat? tuũ si iam te eraßi agri delectabãt, hic alicubi in Crotoniate, aut in Capenati parauisses, verùm esto: [2] Catonis est dictum: Pedibus cõpensari peregrinationem, longè omnino à Tyberi ad Cauinumque in loco etiam Agamemnon cum exercitu erraßet, nisi ducem Thelephum nactus esset. Sed concedo id quoque: placuit oppidũ regio delectauit, amisßet. [3] Amynta est genere, honore, existimatione, pecunia, princeps illius ciuitatis: clarus seruo, mulierem imbecillã cõsilij, satis locupletẽ pellexit. Dectanus ad se, & cum illa, quid ageretur, neseirei, in possessionẽ prædiorũ eius familiam suã collocauit: vxorem abduxit ab Amynta prægnantem, quæ peperit apud Decianum filiam, hodieq̃ apud Decianum est & vxor Amynta, & filia. [4] Nunquid harum rerũ à me fingu-

1 Iocularis Deciani descriptio ad relaxandos Iudæũ animos.

2 Queritur obiter de Deciani in Apollonidẽses. Arg. ab ex repugnantibus iniuriæ subitæ.

* tutum

3 Prouerbiũ.

4 Narratio est Deciani factorum in Asia qua iocu diosa erant.

5 Commenticio quo Deciani reflatio nio acerrius ipsum vrget ac nonnullorum alterum præterea.

Universidad de Deusto
Biblioteca

finiretur Dociane? sciunt hæc omnes nobiles, sciunt boni viri, sciunt denique nostri homines, sciunt me decres negotiatores. Exurge Amynta, repete à Deciano, nō pecuniam, nō prædia: sororum denique sibi habeat: restituat uxorem: reddat misero patri filiam: [1] nam membra quæ debilitauit lapidibus, fustibus, ferro: manus, quas contudit dagues, quos cōfregit: nervos, quos concidit, restituere non potest: filiam, filiam, inquam, aramneso patri Deciani reddo. [2] Hæc Flacco te non probasse mirabis? cui quæso tandē probasti? emptiones falsas, prædiorum proscriptiones cū mulierculis aperta circumscriptione fecisti tuto in rebus Græcorū legibus adscribēdas fuit: * Polemocratē scripsisti mercenarium, & administrum consiliorum tuorum. adduxisti in iudicium* Polemocratem de dolo malo, & fraude à Diove huius ipsius tutela nomine. qui concursus ex oppidis finitimis undique? qui dolor animorum? quæ querela? condemnatus est Polemocrates sententiis omnibus: irrita venditiones, irrita proscriptiones. non restituis? defers ad Pergamenos, ut illi reciperent in suas literas publicas præclaras proscriptiones, et emptiones tuas: repudiat, reiiciūt? at qui homines? Pergameni laudatores tui. ita enim mihi gloriari visus es laudatione Pergamenorum, quasi honorem maiorum tuorum assecutus esses: & hoc te superiorē putabas esse, quā Laliam, quòd te ciuitas Pergamena laudaret, * num honestior est ciuitas Pergamena, quàm Smyrna? at ne ipsi quidē dicunt. vellem tantum habere otij, ut possem recitare psephismata Smyrnæorum, quæ fecerunt in Castritium mortuum: primū vt in oppidum inferretur, quod aliis non conceditur: deinde vt ferrent ephebi: postremò vt imponeretur aurea corona mortuo. Hæc T. Scipioni clarissimo viro,

1 ἀνέξοντ ex dissimilibus.

2 Accommodat narrationē ad causā.

* Ptolemocratem

* Ptolemocrates

1 Pergamenorum iudicio nocentem Decianū odit, quorum laudatione ac testimonio gloriabatur.

4 Pergamenos collaudare pariū eleuat. Prorsus cōparationis constat repugnantibus factis Smyrnæorum in diuersis subiectis.

viro, cū esset Pergami mortuus, falsa non sunt. Ad Castritiū quibus verbis dij immortales, decus patria, ornamentum pop. Ro. florem iuuētutis appellant. [3] Quare Deciane, si cupidus es gloriæ, alia ornamenta censeo quæras. Pergameni te deristerunt. quidtiu ludi te nō intelligebas? cùm tibi hæc verba recitabant, clarissimum virum, præstantissima sapientia, singulari ingenio, mihi crede, laudabant: cùm verò coronam auream literis imponebant, re vera nō plus aurum tibi, quàm mendicula committebant. Ne tum quidem hominum venustatem, & facetias perspicere potuisti? Illi igitur, isti Pergameni * perscriptiones, quas tu afferebas, repudiauerunt. P. Orbius homo & prudens, & innocens, contra te omnia decreuit. In T. Globulum meum necessarium fuisti gratiosior. utinam neque ipsum, neque me puniteret: Flaccum in Curia decreuissent. [4] Veridicas adiungis causas inimicitiarū. quòd patri L. Flacci Aedili curuli pater tuus Trib. pl. diem dixerit. At istud nec ipsi quidē patri Flacci valde molestū esse debuit: præsertim cùm ille, cui dies dicta est, prator postea factus sit, at Consul: ille, qui diem dixit, non potuerit primatus in ciuitate consistere. Sed si iustas inimicitias putabat, cur, cum Tribunus militū Flaccus esset, in eius legione miles fuisti, cùm tibi per leges militares effugere liceret iniquitatem Tribuni? * Cur autem per te inimicum paternum in consilium vocauit? quæ quidem quàm sancte solita sint obseruari, scitis omnes. Nunc accusamur ab iis, qui in consilio nobis * fuerunt. Decreuit Flaccus. num aliud, atque oportuit? in liberos. Num aliter, ac censuit Senatus? in absentem decreuit. cùm ibidem esset, cùm prodire nollet, non est hoc in absentem reum. SENATVS CON. ET DECRE-

1 ἀπόδοσις comparationis.

* proscriptio

2 Attingit causas inimicitiarū inter Flaccū & Decianum quas ipsas eludit ex conseq̄tibus auctis p dissimilitudinem collatis.

* Cur autē te inimicū

* fuerunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

1 Argumentatur à minoribus.

*ad me legē dū videtur

2 Addit concessa testimonia ad vituperationē infamiamq; Deciani pertinentia.

3 Amphasis sæpe iterata.

4 Multa argumenta ex repugnantium loco congerit per communicationem.

Permissio qua excusat effecta ex causis quæ ipse recusatio ne indigerant.

* Desunt nonnulla.

6 Conclusio inimicitiarū explicationis cum effectibus inde cōsequētibus Lælij testimonio confirmatis.

TVM FLACCI.[1] Quid si non decreuisset, sed adixisse quis posset vere reprehendere? Num etiam fratris mei literas plenissimas humanitatis, & aquitatis reprehensurus eas eisdem mulieri *à me datas, apud Pataranos requisisti.[2] Recita literas Q. Ciceronis. Quid hæc Apollonidenses, ne causam quidem factam, ad Flaccum detulerunt? apud Orbium acta non sumt? ad Globulum delata non sunt? Ad Senatum nostrum, me Consule, nonne Legati Apollonidenses omnia postulata de iniuriis unius Deciani detulerunt? Ad hæc, prædia etiā in censu dedicauisti.[3] mitto, quod alia omitto, quod possessa per vim: mitto quod cōmicta ab Apollonidensibus: mitto, quod à Pergamenis repudiata: mitto etiam, quod à nostris magistratibus in integrum restituta: mitto, quod nullo iure, neque in re, neque in possessione tua.[4] Illud quæro, iminne ista prædia censui censendo habeant tui similes? sint, nec ne sint mancipi? subsignari apud ærarium, apud Censores possint? In qua tribu denique ista prædia censuisti? Commisisti, si tempus aliquod grauius accidisset, vt ex iisdem prædiis & Apollonia, & Roma imperatum esset tributum.[5] Verū esto: gloriosus fuisti, voluisti magnum agri modum censeri, & eius agri quo diuido plebi Romanæ non potest. Cæsus es prætered numeratæ pecuniæ centum triginta millia. Eam opinor tibi numeratam non esse abs te. Sed hæc omitto. Censui ea mancipia Amyntæ: neque huic vllam in re feci iniuriam. possidet enim ea mancipia Amynta: ac primo quidem pertimuit, cum te audisset seruis suis esse censum. Retulit ad Iurisconsultos. Constabat inter omnes, si aliena cēsendo, Decianus sua facere posset, eum maximas habiturum esse. *[6] Habetis causam inimicitiarum, qua causa inflammatus Decianus ad Lælij detulerit hanc opinam accusationem. Nam ita quidam est Lælius, cum de persona Deciani diceret: Quis mihi auctor fuit, qui causam ad me detulit, quē ego sum secutus? à Flacco corruptus est, is me deseruit, ac prodidit.[1] Sicine tu autem tandem eum.* cui tu in consilio fuisti, apud quem omnes gradus dignitatis tua retinuisses, tuendissimum hominem, nobilissimo familiæ natū, optimè de Republica meritum in discrimen omnium fortunarum vocauisti Scilicet defendam Decianum, qui tibi in suspicionem nulli fui delicti venit. Non est, mihi crede, corruptus.[2] Quid enim fuit quod ab eo redimeretur? vt duceret iudicium? cui sex horæ omnino lex dedit, quantum tandem exitii horis detraheret, si tibi morem gerere voluisset? Nimirum illud est, quod ipse suspicatur. Inuenisti ingenio subscriptoris tui, quod ernabat facilè ineū, quem prehenderat, & acutè testes interrogabat, aut circumueniebat. fortasse fecisti et tu. & populi sermo, ne exciperes. Idcirco Decianū vsque ad cenam applicuisti. Sed vt hoc verisimile est, ita haud verisimile, Decianum à Flacco esse corruptum. ita scitote iudices esse cætera: vel quod ait Lucinus, L. Flaccum sibi dare cupisse, vt à fide se abduceret, sestertium vicies.[3] & cum tu accusas auaritiæ, quem dicis sestertium vicies voluisse perdere?[4] nam quid emebat, cum te emebat vt ad se transires? quam partem causa tibi dormis? an vt cunctantes consilia Lælij? qui testes ab eo prodirent? quid? nos non videbamus habitare vnā? quis hoc nescit? tabulas in Lælij potestate fuisse, non dubium est: anne vehementer, ne cupide accusares? nunc facis suspicionem.[5] ita enim dixisti, vt, nescio quid abs te impetratum esse videatur.[6] Ad eum Androna Sextilio grauis

1 Decianum incepit ex repugnabb*.

* cui in eō silio fuisses

2 Argumentatur ex fine qui tollitur repugnāb*.

3 Ex repugnantibus confutat ipsius aduersarij testimonio confirmatis rebellas effecta.

4 Iterat idē genus argumēti ex for.

5 Iocatur in Deciani infantiam.

6 Aliud crimē in L. Flaccum addit & prolepsin.

grauis iniuria facta est. & non ferenda: quid cum esset uxor eius Valeria intestata mortua, sic egit eam rem Flaccus, quasi ad ipsum hereditas pertineret. in quo quid reprehendat, scire cupio, quòd falsum intenderit? qui deest? mi genua, inquit, fuit. [1] O peritum iuris hominem. quidni? ab ingenuis mulieribus hereditates lege non veniunt? in manum, inquit, conuenerat: nunc audio. [2] sed quare, virum usu, an coëmptione? usu non potuit: nihil enim potest de tutela legitima sine omnium tutorum auctoritate diminui coëmptione? omnibus ergo auctoribus? in quibus certè Flaccum fuisse non ducis. reinquitur illud: quod vociferari non desiit, non debuisse, cùm Prætor esset, suum negotium agere aut mentionem facere hereditatis. [4] Maximè audio tibi L. Luculle, qui de L. Flacco sententiam laturus es, pro tua eximia liberalitate, maximis & beneficiis in tuos, venisse hereditates, cùm Asiam provinciam Consulari imperio obtineres, si quis eas suas esse diceret. concessisset? Tu T. Velli, si quæ tibi in Africa venerit hereditas, usu amittes? an tuum nulla auaritia, salua dignitate retinebis? At illius hereditatis iam Globulo Prætore Flacci nomine petita possessio est. [5] non igitur impressit, non accasio, non vis, non tempus, non imperium, non secures ad iniuriam faciendam Flacci animum impulerunt. Itaque eodem etiam M. Lurco vir optimus, meus familiaris, conuertit aculeum testimonij sui. negauit à priuato pecuniam in provincia Prætorem petere oportere. [6] Cur tandem M. Lurco non oportet? repete, extorquere, accipere, contra leges non oportet: petere non oportere, nunquam ostendes, nisi docueris non licere. an legationes sumere liberas exigendi causa, sicut & tu ipse nuper & multi viri boni sæpe fecerunt, rectum est? quod ego

1 Ironia, qua eludit ad uersarij argumentum negãdo argumenti consecutionem.

2 Argumentatur ex remotione exulcerum distributorum.

3 Contradictione singulari generalẽ affirmationẽ euertit.

4 Collatione parium refellit Decianũ argumentum.

5 Obiectionẽ in rem suam conuertit.

6 Apostrophe ad Lurconis testimonium diluendum. Defenditur autem ficti qualitas per dissimilitudinem.

ego non reprehendo, socios video queri: Prætorem, si hereditatem in provincia non reliquerit, non solum reprehendendum, verùm etiam condemnandum putat? Dotì, inquit, Valeria pecuniam omnem suam dixerat. nihil istorum explicari potest, nisi ostenderis, illam in tutela Flacci non fuisse. si fuit quacunque fine hoc autore est dicta dos, nulla est. Sed tamen Lurconem, quanquam pro sua dignitate moderatus est in testimonio dicendo religioni suæ, tamen [2] iratum Flacco esse vidistis. neq; enim occultauit causam iracundiæ suæ, neq; retinendam putauit. quæstus est libertũ suum Flacco Prætore esse damnatum. [3] O conditiones miseras administrandarũ prouinciarum! in quibus diligentia plena simultatum est, negligentia vituperationibus obnoxia est, liberalitas ingrata, seruus insidiosus, assentatio pernitiosa frons omnium familiarium, multorum animus iratus, iracundia occulta, blanditia aperta: venientes Prætores expellant, præsentibus inseruiant, abeuntes deserunt. [4] Sed omittamus quæso, ne nostrum consilium in omittendis prouinciis laudare videamur. Literas misit de villica P. Septimij hominis ornati qui uilicus eadem fecerat. Septimium ardentem iracundia videre potuistis in Lurconi libertum in ducum ex edicto dedit. vestis est Lurco. quid igitur hominum gratiosorum, splendidorumque libertis fuit Asia tradenda? an simultates nescio quas cum libertis vestris Flaccus exercuit. an vobis in vestris, vestrorumq; causis fœnitas odio est: eãdem laudatis, cùm de nobis iudicatis? At iste Andrę spoliatus bonis, vt dicitis, ad dicendum testimonium non venit. quid, si venisset? [5] Decisemus arbiter C. Cæcilius sit, quo splendore vir, qua fide, qua religione? obsignator C. Sextilius Lurconis

soror

1 Obiectionem ex repugnantibus soluitur & remotione causæ sub fine quibus, vt vulgo vocant.

2 Suspectum Lurconis testimoniũ facit ex causis.

3 Exclamatio, qua ex speciali facto generalẽ sententiam elicit.

4 Reuocatio sui ipsius.

5 Opponit eorum qui in testibus auctoritatẽ ad uersariorum criminationi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

1 Ex consequentibus eam repugnantem cuiusdam criminari, & in contrarium eò flectit. Illud enim factum obstrudit non ab auaritia, sed à liberalitate profectum fuisse.

2 Tranit ad aliud crimen per occupationem, quod per remotionem testimonij infirmat. Literas auté quas adhesisse dicebant viri testimonij habere negat.

3 Addit arg à maiore ad minus inquo animadvertere mereatur de literis.

4 Addit etiã dissimilitudinẽ huius illius Flacco datæ, sed à Fabio fuisse consumptæ.

sororis filius, bonus & prudens, & constans, & grauis. si ego erat, si fraus, si metus, si circumscriptio, quæ pactionem fieri, quæ adesse istos coëgit? Quid. si ista omnis pecunia, huic adolescentulo L. Flacco reddita ejus petita, si redadata? si per hunc. Anteeo enim paternum huius adolescentis libertum, seu illi Flacco probatissimum? videmúne non solum auaritiæ crimen effugere, sed etiam liberalitatis laudem assequi singularem? communem enim hæreditatem, quæ æqualiter ad utrumque lege venisset, concessit adolescenti propinquo suo nihil ipse attigit de Valeriani bonis. quod statuerat facere, addidit ad huius pudore, & non amplissimis patrimonij copiis, id non solùm fecit, sed etiam prolixè cumulatèque fecit. Ex quo intelligi debet, cum contra leges pecuniam non cepisse, qui tam fuerit in hæreditate concedenda liberalis. 3 At Falcidianæ crimen est ingens. Talenta quinquaginta si Flacco dicit dedisse. audiamus hominem: non adest. quomodo igitur dicet? epistolam mater eius profert & alteram sororis scriptum ad se dicunt esse ab illa, tantam pecuniam Flacco datam. 3 ergo is, qui si aram tenens iuraret, crederet nemo, per epistolam, quod volet iniuratus probabit? at qui utrique non amicus suis cuiibus? qui patrimonia sacris iuratum, quod hic nemo scit, conficere potuit, Græcorum comitatis maluit dissipare. quid attinuit relinquere hanc urbem? libertate tam præclara carere? adire periculum naufragandi? quasi bona conflasse Roma non liceret. 4 nunc denique materculæ sue sestias filias anicula minimè suspiciosa pararat sibi per epistolam, vt eam pecuniam, quam conflauerat non consumpsisse. sed Flacco dedisse videatur. At siquidem ille Trallianorum Glaucis Pecuniarum Falcidius emerat H.S. nongentis millibus. si dat tantam

tantam pecuniam Flacco, nempe id circo dat, vt rata sit emptio: emit igitur aliquid, quod certè multo plures esset: 'dat de lucro, nihil detrahit de uino. minuit igitur lucri facit cur Albanum vetare iubet? cur matri præterea blanditur? cur epistolis & sororis, & matris imbecillitatem auocatur? postremo cur non audimus ipsam? retinetur Cradi in provincia: mater negat. venisset inquit, si esset denuntiatum. 4 tu certe crepisses, si vllum fuit mandatum in illo teste posuisses. sed hominem ab negotiis abstudere noluisti. magnũ erat certamẽ propositum, magna cum Græcis contentio: qui tamen vt opinor, iacent vitibus hem iste vnus totam Asiam mantica lineaculorum, libenter que superauit. Sed tamen quis tibi Lælii de epistolis istis indicauit? milites negant se scire. quis ipse? igitur ille tibi, se ad matrem & sororem scripsisse, narrauit? an etiam scripsit rogata tua? at vero M. Eburiũ & constantissimum & 4 prudentissimum hominẽ Falcidij affinem nihil interrogas? nihil eius generum pariẽ de præditum C. Manlium? 5 qui præsente de tanta pecunia si esset data, nihil audisse non posset. His tu igitur epistolis 'Deciane recitatis, nis mulierculis produ&is illo absente autore laudato, tantum te crimen probaturum putasti? 4 præsertim cum ipse non deducendo Falcidium feceris, plus falsam epistolam habituram ponderis, quàm ipsius præsentis fidem voce & simulatum dolorem.' Sed quid ego de epistolis Falcidij, aut de Androne Sextilij, aut de 'Deciani cõsultationibus disputo,* postulo de salute omnium nostrum, de fortunis ciuitatis, de summa Reipubl. tacco? quam vos vniuersum in hoc iudicio vestris humeris, vestris, inquam, humeris iud. sustinetis, videtis in quo motu temporum, quanta in conuer-

sion

1 Ex relatis argumentatur.
2 Ex remotione testium, huic subiecta remouet.
*pudentissimi legendum est.
3 Ex remotione adiunctorum subiecta remouet.
4 Collatione maiorum significat literatos fictos nihil ponderis habere debere. 5 Deciani iudicio Falcidij ipsius præsentis testimonium nihilpõderis habiturum fuisset.
5 Remouetur ipsius à lis gloriæ disputationes de rebus leuissimis vt tandẽ ad grauiora delabatur. Perorationis autem initiũ huc loco ex. in quo ingreditur per continuẽ numerum cõmunem locorum.
*postremo desit.

sione rerum ac perturbatione versemur.[1] Cum alia multa certi homines, tum hoc vel maxime moliuntur, vt vestræ quoque mentes, vestra iudicia vestra sententia optime cuique infestissime atque inimicissima reperiantur. grauia iudicia pro Reipubl. dignitate, multa de coniuratorum scelere facta. non putant satis conuersam esse Rempublicam, nisi in eandem impiorum pœnam optime meritos ciues detruserint.[2] Oppressus est C. Antonius, esse habuit quandam illi infamiæ suæ neque tamen ille ipse, pro me vere dico, vobis iudicibus damnatus est: eius damnatione sepulcrum L. Catilinæ floribus ornatum, hominum audacissimorum, ac domesticorum hostium conuentu epulis celebratum est: ipsa Catilina facta sunt.[3] nunc a Flacco Lentuli pœnæ per vos expetuntur, quam pestis P. Lentulo, qui vos in complexu liberorum coniugumq; vestrorum trucidatos incendio patriæ sepelire conatus est, mallare villimam grauiorem quam si L. Flacci sanguine illius nefarium in vi omnes odium saturauerint?[4] Externus igitur Lentulo, parentemus Cethego, reuocemus exercitos: nostra pietatis & summi amoris in patriam vicissim nos pœnas, si ita diis placet, sufferamus: nes iam ab iudicibus nominamur: in nos crimina finguntur: nec bis pericula comparantur.[5] quæ si per alios agerentur, si denique per populi nomen ciuium imperitorum multitudinem concitassent, æquiore animo ferre possemus:[6] illud vero ferri nõ potest, quod per Senatores, & per Equites Rom. qui hoc omnia pro salute omnium communi consilio, vna mente atque

1 Ex fine argumentum est quo significat Flaccum non esse condemnandum.

2 Finem propositum confirmat ex consequentibus euentis damnati Antonij qui accommodat ad Flacci causam per collationē patriū.

3 Redditio parium.

4 Complexio est non esse condemnandum Flaccū. Sed per. ἐρώτησιν Immutatur in contrariā locutionem eā repetitione argumenti, q. d. Nisi forte Flacci sanguine litare Lentulo velitis, non est damnandus Flaccus.

5 Delabitur ad cōmiseratiōnem mouēdam ex reputantibus ad

virtute gesserunt, horum rerū auctores, duces principes spoliari omnibus fortunis, ac de ciuita te expelli posse arbitrantur. Etenim Popu. Rom. per speciem eam mentem, & voluntatem: omnibus rebus, quibus potest, Po. Ro. significat, quid sentiat. nulla varietas est inter homines opinionis, nulla voluntatis, nulla sermonis. Quare si quis illuc me vocat, veniovnus. Rom. disceptatorem non modò non recuso, sed etiam deposco, vis absit, ferrum ac lapides remoueantur.[7] opera faceſſant, seruitia silent: nemo erit tam inuisus vt, qui me audierit, si modò liber & ciuis, quin potius de præmiis meis, quàm de pœna cogitandum putet.[8] O di immortales, quid hoc miserius? nos qui P. Lentulo ferrum & flammam de manibus extorsimus, imperia multitudinis iudicio confidimus, lectissimorum ciuium & amplissimorum sententias pertimescimus.[9] M. Aquilium patres nostri multis auaritiæ criminibus, testimoniis, conuictum, quia cum fugitiuis fortiter bellum gesserat, iudicio liberauerunt. Consul ego nuper defendi C. Pisonem: qui quia Consul fortis, constansque fuerat, incolumis est Reip. conseruatus: defendi item Consul L. Murænam consulem deseguatum. nemo illorum iudicum clarissimis viris accusantibus audiendum sibi de ambitu putauit, cùm bello tam gerente Catilina omnes me autore duos Consules Calen. Ianuarijs scirent esse apertere.[4] Innocens & bonus vir, & omnibus rebus ornatus, bis hoc anno me defendente absolutus est A. Thermus. quanta Reipub. causa lætitia Popul. Roman. quanta gratulatio consecuta est?[10] Semper graues & sapientes Iudices in rebus iudicandis quid vtilitas ciuitatis, quid communis salus, quid Reipubl. tempora posce rent, cogitauerunt.[6] Cùm tabella vobis dabitur

7 Metonymia, qua ponitur effectus pro causa, opera pro operarijs.

8 Exclamatio qua ex imparibus specie repugnantiū tractatis signi fiert ꝓpitios Flacco iudices esse debere, cum etiā plebs si ea de re iudiceret, Flaccum absolutura esset.

9 Inductio est quarnor exēplorum, cuius summa postea cōcludetur.

4 Quarta pars Inductionis.

5 Conclusio inductionis, quæ syllogis. propositionē continet ex tam sententia minorum cū maioribus.

6 Assumptio amplificata maioribus & dissimilibus.

7 Redditio maiorum in qua causam suam obiter attingit. Etenim Iam tum Ciceroni exilium minitabatur Clodius.

atque

Iudices, nõ de Flacco dabitur sẽtẽtia dabitur de duobus, autoritãs, conseruanda ciuitatis dabitur de omnibus bonis ciuibus: dabitur de uobis uestrisq; fortunis dabitur de liberis uestris, de uita, de patria, de salute communi. non timebatis in hac causa de exteris nõ timebatis, non de fortis: de uobis, ac uestra Resp. iudicatis. [1] *Quod si prouinciarum uos ratio magnopere mouet, parum uestra, ego uerò non modò nõ recuso, sed etiã postulo, ut prouinciarũ autoritate munera mihi. Etenim oppenemus Asiæ prouincia primum magnam partem eiusdem prouinciæ, qua pro imperio periculis Legatos, laudatoresq; misit: deinde prouinciam Gallitam, prouinciam Ciliciam, prouinciam Hispaniam, prouinciam Cretam. Graui autem, Ludi, & Pompeius, & Missi ab ipsis Massilienses, Rhodij, Lacedæmonij, Athenienses cuncta Achaia, Thessalia, Bœotia, Septimo, & Calle testibus, P. Scæuola & Q. Metellus, homines pudentes, integritatisque testes repugnabunt. Asiatica iurisdictionis urbana iurisdictio respondebit. annali denique criminationem omnis atas L. Flacci, & perpetua uita defendet.* [2] *Et si prodesse L. Flacco Iudices debet, quid se Tribunum militum, quid Quæstorem, quod Legatum Imperatoribus clarissimis, exercitibus ornatissimis, prouinciis grauissimis dignum suis maioribus præstitit: præst, quod hic uobis uidentibus, in periculis cõmunibus omnium uestram suæ periculo cum ea contulerit: præsint honestissimorum municipiorum coloniarumque laudationes: præsint etiam Senatus, populique Romani præclara, & uera laudatio.* [3] *O uox illa, quæ perè eternas huic urbi tenebras attulisti, cum Gallis ad bellum, Catilina ad nubem, omnibus ad ferrum, & flammam uocabamur: cum ego te Flacce, calum noctemque contuentes*

1 Permissio quæ prouincialium criminationi aliquã prouinciarum laudatio nem opponit cum quodam minorum cũ maiorib⁹ collatione, quæ quidem ætatum multiplicatur.

2 Addit aliã collationem parium.

3 Apostrophe cum exclamatione grauissima, qua iudicum animos ad misericordiam inflectere conatur ex repugnantibus. indignũ enim est eum pœnas dare, cui præmiũ debet Flacco autem præmia deberi ostenditur pollicitationis suæ, tum fortunæ Flacci commemoratione.

tantes, flentes flentem extollebamus: cum tua fides optima & spectatissima salus urbis, & ciuium commendabatur. Tu, tu Flacce prater communia existij nostrum capitum inclusum in literis Resp. possem deprehendisti: tu ærariorum indicia tu salutis auxilia, ad me, & ad Senatum attulisti. quæ tibi tum gratia sunt à me allæ? quæ ab Senatu? nea à bonis omnibus? quis tibi, quis C. Pontinio fortissimo uiro quenquam bonum putauit unquam non salutem, uerum honorem uellem deesse fuisse? [1] *O Nunæ illa Decembres, quæ me Consule fuistis: quem ego dum uerenatalem huius urbis, aut certè salutarem appellare possum. O noctem illam, quam ille est dies cõstituit, finisse huic urbi miseriarum, metum ne finisse uobis quæ tum animas L. Flacce? cuius dicam tuam de me fidem in patriam? quæ uirtus? quæ gratia exstitit? sed quid ea commemoro, quæ tam, cum agebantur, uno consensu omnium, uno uoce Pop. Rom. uno orbis terræ testimonio, in cælum laudibus efferebantur? nunc uereor ne non modò non prosint, uerum etiam aliquid obsint. etenim multo acriorem improborum interdum memoriã esse sentio, quam bonorum?* [2] *Ego te, si quid grauius accideret, ego te iniquum, Flacce perdidero, mea dextera illa, mea fides, mea promissa, cum te, si Rempub conseruare mihi, tum animi bonorum præsidia, quæ ad uirtutes, non modò munitum sed etiam ornatum fore pollicebar putauit, sperauit, etiam si bonus nostri uobis uilior fuisset, salutem certè charam futuram.* [3] *At L. Flaccum quidem Iudices si (quid dij immortales omen auertant) grauis iniuria afflixerit, nunquã tamen prospexisse uestræ saluti, consuluisse uobis, liberis, coniugibus, fortunis uestris, pœnitebit: semper ita sentiet, talem se animum & generis*

1 Iterat eandem exclamationem aliis uerbis, simulque cũ Flacci periculo cautam suam cõiungit.

2 Per reuocationem eum dissimulatione reperit eadem indignitatem impendentis periculi.

3 Vehementius etiam cõmiserationẽ mouet, in se uertendo culpã recti) quo Flaccus oppressus fuerit, addit quæ cæl lationem inimicorum apta ad misericordiã excitandã.

4 Flacci eximiũ in Resp. commendatio, inde illi cum collatione parium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dignitati, & pietati suæ, & patriæ debuisse: vos ne
pœniteat tali ciui non pepercisse, per deos immorta-
les Iudices prouidete. [1] quotus enim quisque est,
qui hanc in Repu. sectam sequatur? qui vobis, qui
vestri similibus placere cupiat? [2] qui optimi atque
amplissimi cuiusque hominis atque ordinis auctori-
tatem magni putet? illam viam sibi vident expe-
ditiorem ad honores, & ad omnia, quæ concupiue-
runt. [3] Sed cætera sint eorum: sibi habeant potes-
tiam, sibi honores, sibi cæterorum commodorum
summas facultates: liceat vt, qui hoc salua esse vo-
luerunt, ipsis esse salui: nolite Iudices existimare
eos, quibus integrum est, qui nondum ad honores ac-
cesserunt, non expectare huius exitum iudicij. [4] Si
L. Flacco tantus amor in bonos omnes, tantum in
Rep. studium calamitati fuerit, quem posthac tam
amentem fore putatis, qui non illam viam vitæ,
quam antè præcipitem & lubricam esse ducebat,
hanc planam & stabili præpenedam esse arbitretur?
Quòd si taliam ciuium vos Iudices tader, offendi-
te: mutabunt sententiam, qui potuerint cõstituere
quid agant, quibus integrum est: nos, qui iam pro-
gressi sumus, hunc exitum nostra temeritatis fore-
mus. [5] Sin hoc animo quam plurimos esse vultis, de
clarabitis hoc iudicio, quid sentiatis huic, huic mi-
seres puero, vestro ac liberorum vestrorum supplici
Iudices hoc iudicio viuendi præcepta dabitis. [6] cuius
patrem conseruatis, qualis ipse debeat esse ciuis,
præscribetis: sin eripitis, offendetis bona ratione. &
constanti, & graui nullam à vobis fraudem esse
propositum qui vos, quoniam est id ætatis, vt sen-
sum tam percipere possit ex mœrore patris, auxi-
lium nondum patri ferre possit, orat ne suum lu-
ctum patris lacrymis, patris mœrorem suo fletu
augeatis, qui etiam me intuitur, me vultu appel-

1 Finem ab
solutæ Flacci
notat vt intel
ligant rel-
quibonorum
sectam nullis
bus probari,
quod illustra
tur dissimili-
tudine.
2 Collatio
minorum ea
ad misericor-
diam inflexa.
3 Ex futuris
euentis dam-
nandum Flac
cum non esse
significat.
4 Repetit fi-
nem absolu-
di iam antè
constitutum, &
ex illiola Fla
ci misericor-
diam captat.
5 Eundem fi-
nem sed spe-
cialim accom
modatum re-
petit, adiun-
gitque depre
cationē Flac-
ci pueri pro
patris salute.

lat, [7] meam quodammodo fidem implorat, ac
repetit eam, quam ego patri suo quondam pro salu
te patriæ spopondi rem, dignitatem. [8] Miseremini
familiæ Iudices, miseremini fortissimi patris, mi-
seremini filij: nomen clarissimum & fortissimum
vel generis, vel vetustatis, vel humanis causa
Reipub. reseruate

PRO P. SYLLA.

ORATIO XXV.

[1] MAXIME vellem iudices, vt
P. Sylla & antea dignitatis suæ
splendorem obtinere, & post cala
mitatē acceptam modestiæ fru-
ctum aliquē potuisset percipere:
[2] sed quoniā ita tulit casus in-
festus, vt amplissimo in honore cum communi am-
bitionis inuidia, tum singulari Auruncę odio ver
teretur, & in his priſtina fortunæ reliquiis miseri
& afflictis, tamen haberet quosdam, quorum ani-
mos, ne supplicio quidem suo satiare possit: [3] quan-
quam ex huius incommodis magnam animo mo-
lestiam capio, [4] tamen in cæteris malis facilè pa-
tior oblatum mihi tempus, in qua boni viri lenita-
tem meam, misericordiamque notam omnibus
quondam, nunc quasi termissam agnoscerent, im
probi, ac perditi ciues edemit, atque vobis præsi-
tante Reipubli. vehementem me fuisse, atque for-
tem, conseruata mitem, ac misericordē fatererentur.
[5] Et quoniam L. Torquatus meus familiaris, ac

1 Iterat fidē
ſicium Flacco
datam.
2 Vehemen
tissima depre
catio cū quo-
dam perora-
tionis epilo-
go.
3 Hoc exor-
dio reddit fa-
cti sui rationē
ex fine qui fu
ſius explicat
collatione
dissimilium
adiunctorum,
Protasis apta
tione rhetorica exornat.
4 ἀντιπαρά-
θεσις
dissimilitudi
nis cū expli
catione cauſ
arum mise-
rię in qua Syl
la versabatur.
5 Iterat dissi-
militudinis
protaſin qua
ſi per paren-
thesin.
6 Redit ad in
stitutam
ἀντιπαράθεσιν
sententiā ex
confirmatione
subiectorum

propositi finis cum alia quadam dissimilitudine.
7 Exponitur extrinsecus sui rationem reddat. Argum. ex fine est
ductum comparatione contrariorum destinatorum & finium, quæ
postea apertius explicatur

Universidad de Deusto
Biblioteca

1 Protasis cõparationis.
2 ἀντίθεσις comparationis.
3 Primum de confessionis argumentum est ex repugnantibus quæ ex partium insimulatione nascuntur. Repugnans enim est duobus partibus factis alterum reprehendere.
4 ἐπιδιόρθωσις qua verbum in fine præcedentis nõbri potirum repetitur initio sequentis.
5 Ex partibus causæ officij, partia reprehensionis subiecta offendit.
6 Obiectione retorquet in aduersarium per comparationem.
7 Alieni facti comparatione factum suum tuetur. Protasis hoc loco est.
8 Reddito partium cum repetitione argumenti.

necessarium Iudices exilimauit, si nostram in accusatione sua necessitatem similitudinemq; voluisset, aliquid se de auctoritate mea defensionis posse detrahere causa huius periculi propulsatione conantem defensionem officij sui, quæ quidem genere non vterer orationis iudicet hoc tempore, si mea solum interesset. multis enim mihi locis, & data facultas est, & sæpe dabitur de mea laude dicendi. [1] sed vt ille Ia lices, qui naturam de mea auctoritate diripuisset, tantum se de huius præsidijs diminuturum sperauit: [2] sic hoc ego sentio, si mei facti rationem vobis, cõstantiamq; huius ordinis ac dissensionis probauero, causas quoque me P. Sylla probaturum. [3] Ac primum abs te illud L. Torquate, quæro, cur me à ceteris clarissimis viris, ac principibus ciuitatis in hac offensionis iure secernas? quid enim est, quamobrem ab te Q. Hortensij fortissimi clarissimi viri atque ornatissimi ciuis non [4] reprehendatur, reprehendatur meum? [5] nam si initium est consilium à P. Sylla insumendæ ciuitatis, hoc est extinguendi imperij, delendæ vrbis, mihi maiorem hac re dolorē quam Q. Hortensio, mihi maius odium afferre debet? meum denique grauius est iudicium, qui adiuuandus in his causis, qui oppugnandus, qui defendendus, qui deferendus esse videatur. [6] Ita inquit, tu enim inuestigasti, tu patefecisti coniurationem: quod cum dicit, non attendit, cum qui patefecerit, hoc curasse, [7] vt id omnes viderent, quod antea fuisset occultum, quare ita coniuratio si patefacta per me est, tam patet Hortensio, quam mihi, quam cum videas honore hoc, auctoritate, virtute, consilio præditum non dubitasse, quin innocentē P. Syllam defenderet, quare, cur qui aditus ad causam Hortensio latuerit, mihi

mihi interclusus esse debuerit? quare illud etiam si me, qui defendo, reprehendendum putas esse, quid tandem existimes de his summis viris & clarissimis ciuibus, quorum studio & dignitate celebrari hoc iudicium & ornari, causam defendi huius innocentis videis? non enim vna est ratio defensionis eo, quæ posita est in oratione: omnes qui adsunt qui laborant, qui salutem volant, pro sua parte, atque auctoritate defendant. [8] An vero in quibus subsellijs hæc ornamenta ac lumina Reipub. videram, in his me apparere nullem? quorum ego operam illam in locum, atque in hanc celsissimam sedem dignitatis atque honoris multis meis ac magnis laboribus & periculis ascendissem? [9] Atque vt intelligas Torquate, quem accusēs, si te id offendet, quid ego qui hoc genere quæstionis defenderim neminem, non defensi? P. Sylla recordare de ceteris, quos adesse huic vides: intelliges, & de hoc, & de ceteris iudicium meum, & horum par atque vnum fuisse. [10] Quis nostrum adfuit Varguntei? nemo: ne hic quidem Q. Hortensius, præsertim qui illam solus aetea de ambitu defendisset. non enim iam se vllo officio cum illa coniunctum arbitrabatur, cum ille tanto scelere commisso omnium officiorum societatem diremisset. Quis nostrum Struum Syllam? quis P. Lentulum? quis M. Leccam? quis Cornelium defendendum putauit? quis his horum adfuit? nemo. [11] quid ita? quia ceteris in causis, etiam nocentes, viri boni, si necessarij sunt, non defendendos esse non putant: in hoc crimine, non solum lenitatis est culpa, verum etiam quædam contagio sceleris, si defendas

7 Addit allud ex eodem partium loco argumentum. Nam in aliis etiam (præterlationem) defendēdi eam officium quæ cõstituit. Argumentũ est ex partib⁹ ad rem.
8 Tollit illã collationem partiũ, sed pars in aliis verbis & alia forma, vtrumque y remotionem contrariorũ.
9 Tollitur aliam comparationem contrariorũ subiectorũ & adiunctorum. Vt ne omnes honorum coniuratos defenderis, sic nec illorũ Syllæ deesse, qui alios defendere noluerint. vnde ex partibus factis per iudicium colligit.
10 Protasis cõparationis cõtra inductionē communē.

11 quos hi patroni Syllæ non defenderint. Prima autem pars in oratorum collatione augetur & contrarijs probatur.
5 Subiectio prolepseos species quædam vt vult Fab.

Universidad de Deusto
Biblioteca

1 Sexta pars inductionis.

2 Auget præmissionem defensionis collatione mirum. Nam minus conuenit reum laudi testimonio quàm deteri.

3 Concludit inductionem repetendo cõparationem institutam, & repugnantib⁹ eo infirmat p dissentiens remotis.

4 Occupat obiectionem pariscõsq; dissimillitudine dissoluit, cuius prior pars laudabilia effecta habet cũ eorũ causis.

5 αὐτεπάδοσις remotionem repugnantiũ ex remotione causarum ipsarum tollit ex repugnantibus causis & dissimilitudine illustrat.

6 Concludit ex antecedentibus se ab aliis in officio defensionis non esse segregandum.

7 Remouet causas præcipuæ securitatis, nihilque sibi præter agendi tempus proprium fuisse confirmat ex contrariis quæ rursum probantur ex partibus habentibus relationem subiectorum & adiunctorum & tim.

eum quem obstrictũ esse patriæ fatebere. 1 Quid Antronio? nonne sodalem, nõ collegã sui, non veteres amici, quorum ille copia quondam abũdarat, non hi omnes, qui sunt in Reipub. principes defuerunt? 2 imò etiam testimonio plerique læserunt? statuerant tantum illud esse maleficium, quod non modò non occultari per se, sed etiam aperiri, illustrarique deberet. 3 Quamobrem quid est, quod mirere, si cũ isdem me in hac causa vides adesse, cum quibus in cæteris intelligis abfuisse? nisi vero me vnum vis firmum præter cæteros, me asserũ, me inhumanũ existimari, me singulari immanitate & crudelitate præditum. 4 Hanc mihi tu si propter res meas gestas imponis in omni vita mea personam Torquate, vehementer erras: me natura misericordem, patria seuerum: 5 crudelem nec patria, nec natura esse voluit. denique istam ipsam personam vehementem & acrem, quam mihi tum tempus, & Reipubl. impositit, iam voluntas, & natura ipsa detraxit. illa enim ad breue tempus seueritatem postulauit: hæc in omni vita misericordiam, lenitatemq; desiderat. 6 Quare nihil est, quod ex tanto comitatu virorum amplissimorum me vnum abstrahas: simplex efficium atque vna est omnium bonorum causa: nihil erit, quod admittere posthac, si in ea parte, in qua hoc animadvertis, me videbis. 6 nulla est enim in Republ. causa mea propria: tempus agendi fuit magis mihi proprium, quàm cæteris: doloris veri.

& timoris, & periculi fuit illa causa communis. neque enim princeps tunc ad salutem esse potuissem, si esse alij comites voluissent. quare necesse est, quod mihi Consuli præcipuum fuit præter alios, id iam priuato cum cæteris esse commune. neque ego hac partienda inuidiæ, sed communicanda laudis causa loquor. meritis meis partem nemini impertio, gloriæ bonis omnibus. 1 In Antronii testimonium dixisti, inquit: Syllam defendis. Hoc totum eiusmodi est. Iudices, vt si ego sim inconstans ac leuis, nec testimonio fidem tribuis conuenerit, nec defensioni auctoritatem. 2 sin est in me ratio Reip. reiigio primarij officij, studiũ retinendæ voluntatis bonorum, nihil minus accusator debet dicere, quàm a me defendi Syllam, testimonio læsum esse Antronium. videor enim non solùm studium ad defendendas causas, verùm etiamsi aliquid & auctoritatis afferre: qua & moderate ego vtar Iudices, & omnino non vterer, si ille me non coëgisset. 3 Duæ coniurationes ab te Torquate constituuntur. vna quæ Lepido, & L. Tullo COSS patre tuo Consule designato facta esse dicitur: altera, qua me Consule harum in vtraque Syllam dicis fuisse. 4 Patris tui fortissimi viri, atque optimi Consulis scis me consilijs non interfuisse: scis me, cum mihi summus tecum vsus esset, tamen illorum expertem temporum, & sermonum fuisse: credo, quod nondum penitus in Republ. versabar, quod nondum ad propositum mihi finem honoris peruenieram, quod mea me ambitio, & forensis labor ab omni illa cogitatione abstrahebat. 5 Quis ergo intererat vestris consilijs? omnes hi, quos videt hic adesse, & in primis Qu. Hortensius: qui cùm propter honorem, ac dignitatem, atque animorum existimationem in Rempub. tum propter summã familiari-

tatem,

1 Altera obiectio ex dissimilibus factis cõtra quas repugnãtib⁹. dissolutã dissimilibus causis & subiectis. Syllogest connex. 2. modi. Propositio præcedit. 2 Assũptio p remotionẽ antecedentis, cui annectit complexio. 3 Hactenus exordiũ fuit ad tuẽdã Cic. authoritatẽ & eius defensionẽ probãdam. Sequit propositio, summotis criminũ p distributionẽ. Narratio enim præcipua nulla est. 4 Remouet à se prioris partis defensionem per dissimilitudinem. Protasis habet remotionẽ facultatũ defensionis. 5 Reditio dissimilitudinis ex cõstitutione causarum efficientiũ in Q. Hortensio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tatem, summúmque amorem in patrem tuum tam communibus, tum præcipuè patris tui periculis commonstrabatur. [1] Ergo istius coniurationis crimen defensum ab eo est, qui interfuit, qui cognouit, qui particeps & consilij vestri fuit, & timoris, cuius in hoc crimine propulsandi cum esset copiosissima atque ornatissima oratio, tamen nemini inerat auctoritatis in ea, quam facultatis. [2] Illius igitur coniurationis, quæ fœda contra vos, delata ad vos, à vobis prolata esse dicitur, rem tetram esse non potest non prodè enim nihil compari, sed vix ad aures meas istius suspitionis fama peruenit. qui vobiscum in consilio fuerunt, [3] qui vobiscum illa cognorunt, quibus ipsis periculum tam constari putabatur, qui Antronio non adfuerunt, qui in illum testimonia grauia dixerunt, hunc desendunt, huic adsunt, in huius periculo declarant, se non crimine coniurationis, ne adessent cæteris, sed hominum maleficio deterritos esse. [4] Mei Consulatus autem tempus, & crimen maximè coniurationis à me defenditur. Atq; inter nos partitio non est seruata iudices, nec temere facta: sed cum viderem eorum criminum me patronum adiberi, quorum testes esse possemus, vterque nostrum adsiti suscipiendum putauit, de quo aliquid scire, atq; existimare potuisset. [5] Et quoniam de criminibus superioris coniurationis Hortensium diligenter audistis, de hac coniuratione, qua me Consule facta est, hoc primum attendite. [6] Multa cum essem Consul, de summis Reipub. periculis audiui, multa quæsiui, multa cognoui: nullus vnquam de Sylla nuntius ad me, nullum

1 Ex antecedentibus causis defendendi primis criminis partes in Hortensium constituit, eiusque defensi summâ auctoritatem tribuit.

2 Repetit eâdem dissimilitudinem eius prioris, maiorú collatione auget.

3 Reddita dissimilitudinis, in qua inest vis quædã testimonij ex adiunctis alia dissimilitudine amplificatis.

4 Propositio propriæ huius defensionis cui subiungit eiusmodi inter ipsum & Hortensiũ partitionis ex tionem ex propriis singulorum facultatibus ad defendendum.

5 Collatione parium attentionem sibi tribuit.

6 Statuit initio summam defensionis suæ ex remotione adiunctorum quam authoritate sua per apophasin confirmat.

indicium, nulla literæ peruenerunt, nulla suspitio. Multũ hoc vox fortasse deberet valere eius hominis, qui Consul insidias Reipub. consilio inuestigasset, veritate aperuisset, magnitudine animi vindicasset, cùm ipse nihil audisse de P. Sylla, nihil suspicatum esse diceret. [1] sed ego nondum vtor hac voce ad hunc defendendum, ad turpẽ tam me patiar vtcunq; muratum Torquatum desinat, me, qui Antronio abfuerim, Syllã defendere. [2] Quæ enim Antronij fuit causa? quæ Syllæ est? [3] ille ambitus iudicium collere, ac disturbare primum consulto voluit gladiatorũ, ac fugitiuorum tumultu. deinde, id quod videmus omnes, lapidatione, atque cursu. [4] Sylla, si sibi sua petere dignitate non prodesset, nullum auxilium requisisset. [5] Ille damnatus ita se gerebat non solùm consilijs & sermonibus, verùm etiam aspectu atque vultu, vt inimicus esse amplissimis ordinibus, infestus bonis omnibus, hostis patriæ videretur. [6] hic se ita fractũ illa calamitate atque afflictũ putauit, vt nihil sibi ex pristina dignitate superesse arbitraretur, nisi quid modestia retinuisset. [7] Hæc verò in coniuratione, quid tam contrarium, quàm ille cum Catilina, cum Lentulo? quæ tanta societas vitæ inter se rerum optimarum, quanta ei cum illis scelerum, libidinis, audaciæ? quid flagitium Lentuli non cum Antronio concepit? quod sine eodem illo Catilina facinus admisit? [8] caminterim Sylla cum eisdem ipsis non modò nullam solitudinem vnquam non quæsiuerit, sed ne mediocri quidem sermone & congressu coniunxerit. Illũ Allobroges maximarũ verũ verissimi iudices, illius multorũ literæ, ac nuncij coarguerunt: Syllã interea nemo insimulauit, nemo nominauit. Postremò eiecto, siue emisso iam ex vrbe Catilina, ille arma misit, cornua tubas falces,

1 Præcipua vis apophaseos huc loco est ad ea diffimili hac.

2 Dissimilitudo factorum ex dissimilibus subiectis ratione reddit.

3 Prosopis dissimilitudinis ex Antronij fabis.

4 ἀντανάδοσις dissimilitudinis

5 Continuat eandem collationem dissimilium effectorum.

6 ἀντανάδοσις ex adiunctis.

7 Prosopis tertiæ dissimilitudinis de Antronio parium collatione ducta.

8 ἀντανάδοσις de Sylla ex remotione de scientiæ coniurationis.

falces, signa, legiones: ille relictus intus expectatus fuit, lentuli pœna compressus, conuertit se ali quando ad timorem, nunquam ad sanitatē: [2] hic contrà ita quieuit, vt eo tempore omni Neapoli fuerit. vbi neque hominem fuisse putātur huius affines suspicionis, & locus est ipse non tā ad infāmandos calamitosorum animos, quam ad consolandos accommodatus. [3] Propter hanc igitur tantam dissimilitudinem hominum atque causarum, dissimilem me in vtroque præbui. veniebat enim ad me, & sæpe veniebat [4] Antronius multis cum lacrymis supplex, vt se defenderem: & se meum condiscipulum in pueritia familiarē in adolescentia, Collegam in Quæstura commemorabat fuisse: multa mea in se, nonnulla etiam sua in me proferebat officia. Quibus ego rebus Iudices, ita flectebar animo atque frangebar, vt etiam ex memoria, quas ipse mihi fecerat insidias, deponerem: vt iam immissum esse ab eo [4] C. Cornelium, qui me in sedibus meis, in conspectu vxoris meæ ac liberorum meorum trucidaret, obliuiscerer, qua si de vno me cogitasset, qua mollitia sum animi ac lenitate, nunquam mehercule illius lacrymis ac precibus restitissem: [5] sed cum mihi patria, cum vestrorum periculorum, cum huius vrbis, cum illarum delubrorum atque templorum, cum puerorum infantium, cum matronarum ac virginum veniebat in mentem: & cum illa infelix ac funesta faces, vniuersumq; totius vrbis incendium, cum tela cum cædes, cū ciuium cruor, cum cinis patriæ versari ante oculos, atq; animum memoria referre cœperat: tum denig, ei resistebā. [6] neque solum illi hosti ac parricidæ, sed his etiam propinquis illius Marcellis patri & filio, quorum alter apud me parentis grauitatem, alter filij suauitatem obtinebat: neque me arbitrabar sine summo scelere posse quod maleficium in aliis vindicassem, idem in illorū socio, cum scirem, defendere. [7] Atque idem ego neque P. Syllam supplicē ferre, neq, eosdem Marcellos, neque huius M. Messalæ hominis necessarij preces sustinere potui. neq, enim est causa aduersata naturæ: nec homo, nec res misericordiæ mea repugnauit, [8] nusquam nomen, nusquam vestigium fuerat: nullum crimen, nullum iudicium. [9] suscepi causam Torquate, suscepi & feci libenter, vt me, quem boni constantem semper, vt spero, existimassent, eūdem me improbi quidem crudelem dicerent. [10] Hic ait se ille Iudices, regnum meum ferre non posse. quod tandem Torquate, regnum? Consulatus credo mei, in quo ego imperaui nihil, sed contra Patribus conscriptis, & bonis omnibus parui. [11] quo in magistratu non institutum est à me Iudices regnum, sed non permissum. Quem tum in [12] tanto imperio, tanta potestate non dicis fuisse Regem, nunc priuatum regnare dicis? [13] quo tandem nomine? quid in quo testimonio dixisti, inquit, damnati sunt: quem defendis sperat se absolutum iri. Hic tibi ego de testimoniis meis hoc respondeo: si falsum dixerim, te in eos dixisse: si verum, non esse hoc regnare, cum verum iuratos dicas probare. De huius spe tantum dico, nullas à me opes P. Syllam, nullam potentiam, nihil denique præter silem defensionis expectare. [14] Nisi tu, inquit, causam recepisses, nunquam mihi restitisses. sed iniqua causa profugisses. Si iam hoc tibi concedam,

1 Ornatē dictum ex subiectis à coniuratione alienis.
2 Conclusio collationis dissimilitudinē cū reprehensione argumenti, dilaratur explicatione dissimilium factorum in illis subiectis quorum dissimilitudo demōstrata est.
3 Prosafis dissimilitudinis.
4 Hic fuit vnus eorum qui specie salutationis Ciceronem Consulē domi suę interficere cogitauit.
5 Reddit rationem ex repugnātib⁹ Antronij factis eor illā non defendendi.
6 Addit collationem minorum.

PRO P. SYLLA. 349

1 Ornatē Dein de Sylla addit is efficientibus & adiuuātibus causis, cum remotione repugnantium.
2 Iterat fundamentum defensionis suæ ex remotione adiectorum.
3 Defensionis rationem reddit ex fine.
4 Occupat inuidiosam obiectionem eāmq; diluit ex contrariis.
5 Iterat eandem rationē contrariorū.
6 Collatione maiorum ei minoribus refellit obiectionem.
7 Per subiectionem (vt Quintilianus vocat) proponit aduersarij rationem ex effectis quibusdam, vt illi videbātur, regiāq; sol uit dilemma

te adiunctorum testimonij. Prior pars constat defensione parium, posterior verò repugnantibus.
8 Aduersarij rationem alterā ficta concessione elusam retorquet etiā in aduersarium quem minorum collatione docet esse regem.

Q4 Hort

Qu. Hortensium tantam gravitate hominū? si hæc tales viros non suo stare iudicio. sed meo: si hoc tibi idem, quod credo non potest, nisi ego huic adessem, hos absolutos non fuisse: viderandum Rex est ipse, cui innocentes inimici non resistunt, an is, qui calamitosis non desit? 1 At hic etiam, ad quod tibi necesse minime fuit, facetus esse voluisti, cum Tarquinium, & Numam, & me tertium peregrinum Regem esse dixisti: mitto iam de Rege quærere: illud quæro, peregrinū cur me esse dixerīs? nam si ita sum, non tam est admirandum Regem esse me, quia, ut tu vis, etiam peregrini Reges Romæ fuerunt, quàm Consulem Romæ fuisse peregrinum. Hoc duo, inquit, te esse ex municipio fateor, & addo etiam ex eo municipio, unde iterum iam salus huic urbi, tuæque missa est. sed scire ex te peruelim, quam ob rem qui ex municipiis veniant, peregrini tibi esse videantur. 2 nemo enim illuc M. illi Catoni suo, cum plurimos haberet inimicos, nemo T. Curiantano, nemo Curioni, nemo huic ipsi nostro C. Mario, cum ea mitteret, inuideret. obiecit unquam. 3 Equidem vehementer lætor eam esse mecum, quem ipse, cum cuperes, nullam contumeliam facere potuerīs, quæ non ad maximam partem ciuium conuerteret. 4 Sed tamen te à me pro magnis causis nostræ necessitudinis mercedem esse etiam atque etiam tuto. non possunt omnes esse patricij: si vis, imo quæso, ne curare quidem: nec se æquales tui propter istam causam abs te alienari putant. 5 At si tibi non peregrini videmur, quorum iam & nomen, & honos inuetterauit & huic urbi, & hominum famæ ac sermonibus: quam tibi illos competitores tuos peregrinos videri necesse erit, qui iam ex tota Italia delecti tecum de honore, & de omni dignitate contendunt? quorum cum tu quenquam peregrinum appellas, ne peregrinorum suffragiis abruare, qui si attulerint vermes & industriam multi creue, excutient tibi ista verborum tollationem, & te ex somno sæpe excitabunt: nec patientur se ibi te, nisi virtute viuentem, honore superari. 6 Ac si ludicis, cæteri patricii me & vos peregrinos videri oporteret, à Torquato tamen hoc vitium fieret. est enim ipse à materno genere municipalis honestissimi ac nobilissimi generis, sed tamen 7 Asculani. Aut igitur decuit Picentes solos non esse peregrinos, aut gaudeat suo genere me nemini non anteponere. 8 Quare neque me peregrinum posthac dixeris, ne grauius refutere: neque Regem, ne derideare. 9 nisi forte regium tibi videtur, ita viuere, ut non modo homini nemini, sed ne cupiditati quidem ullæ seruias: contemnere omnes libidines: non auri, non argenti, non cæterarum rerum indigere: in Senatu sentire libere: populi utilitati magis consulere, quam voluntati: nemini cedere, multis obsistere. sine putas esse regium, me Regem confiteor esse. 10 sin te potentia mea, si dominatio, si denique aliquod dictum arrogans, aut superbum mouet, quin tu id pectus prodas, quàm verè inuidiam, contumeliamque malediceris? Ego tantis à me beneficijs in Rempublicam positis, 11 si nullum aliud mihi præmium à Senatu populoque Romano nisi honestum etiam postularem, qui non concederet sibi habere tot honores, sibi imperia, sibi prouincias, sibi triumphos, sibi alia præclara laudis insignia: mihi liceret tuis verbis, quem conspectum, cum me in speculum tranquillo animo, & quieto tuli? 12 Quod si hoc non postulo? si ille labor meus pertinuit, si solicitudo, si officia, si opera, si vigilia deserunt

1 Respondet locis quibus Torquatus in ipsum vsus erat & collationem maiorū eos refellit, deinde etiam in suā laudē vertit.

2 Inuidiosis similium peregrini obiectionem diluit.

3 Ex remotione repugnantium significat integritatem suam.

4 In obiectione Torquati nullam vim contumeliæ inesse ostendit multorū testimonio.

5 Tradecit Torquati obiectionem ad collationem minorum & maiorum.

1 Retorquet in Torquatū ipsius vniuersionem.

2 Asculum oppidum Picentini fuit.

3 Conclusio refutationis superioris.

4 Exceptione quædā adhibita, quam tamen seuerioris non libenter admittat, Regem se videri posse ex Stoicorum sententia fatetur.

5 Ex remotione efferorum potentiæ regiæ, Regem se non esse eō eludit.

6 Collatione meorum cōcessi sibi ab ea parte debet, quā vi rex appellatur.

7 Reddit ea maiorum.

siunt amicis, præstò sunt omnibus: si neque amici in foro requirunt studiũ meũ, neq; R. in curia: si me non modò rerum gestarum vacatio, sed neque honoris, neq; ætatis excusatio vendicat à labore: si voluntas mea, si industria, si domus, si animus, si aures patẽt omnibus: si mihi ne ad ea quidem quæ pro salute omnium gessi, recordanda & cogitanda quicquam relinquitur temporis: tamen hoc regnum appellabitur? cuius vicarius qui velit esse, inueniri nemo potest. longè absit regni suspicio. [2] Si quæris, qui sint Romæ regnum occupare conati, ut ne replices annaliũ memoriã, ex domesticis imaginibus inuenies. [3] Res enim gestæ credo meæ, me nimis extulerunt, ac mihi nescio quæ spiritus attulerunt. Quibus de rebus tam claris, tam immortalibus Iudices, hoc possum dicere, me qui è summis eripuerim periculis urbem hanc, & vitam omnium ciuiũ, satis adeptum fore, si ex hoc tanto in omnes mortales beneficio nullũ in me periculum redũdabit. [4] Etenim in qua ciuitate res tantas gesserim, memini, & in qua urbe, intelligo plenum forum esse eorum hominum: quos ego à vestris ceruicibus depuli Iudices, à meis non remoui. nisi verò paucos fuisse arbitramini, qui conari aut sperare possent se tantũ imperiũ posse delere. Horum ego faces eripere de manibus, & gladios extorquere potui, sicut feci: voluntates verò conceleratas, ac nefarias nec sanare potui, nec tollere. [5] Quare non sum nescius, quanto periculo viuam in tanta multitudine improborum, cùm mihi vni cum omnibus improbis æternum videam bellum esse susceptum. Quòd si illis meis præsidiis fortè inuideri & si ea tibi regia videntur, quòd omnes boni omnium generũ atque ordinũ suam salutẽ cum mea coniunxerunt: [6] consulare te, quòd omnium mentes impro-

1 Ex remotione adiunctorum regni sibi tribui nõ debere ostendit.

2 Retorquet regni inuidiã in maiores ipsius Torquati. Intelligit autem Manlium Capitolinum.

3 impudẽs

4 Ex repugnãtibus indicat sibi non esse curæ rerum gestarũ memoriã insolenti efferatur, etiam eã obrem in maximo periculo versetur.

5 Ex causis antepositis et fecta consequentia concludit.

6 Transfert ad misericordiam commouendam illud Torquati maledictum.

improborum mihi vti maximè sunt infensa, & aduersæ. Quorsus non solum adierõ, oderũt, quòd earum conatus impios, & furorem cõsceleratum repressi? sed eò etiam magis, quòd nihil iam sit simile me vinci posse arbitrentur. [1] At verò quid ego miror, si quid ab improbis de me improbè dicitur? cùm L. Torquatus, primum ipse his fundamentis adolescentiæ iactis, ea spe proposita amplissimæ dignitatis, deinde L. Torquati fortissimi Consulis, constantissimi Senatoris, semper optimi ciuis filius, interdum efferatur immoderatione verborum? qui cùm suppressa voce de scelere P. Lentuli, de audacia coniuratorum omniũ dixissẽt, tantum modò vt ver, qui ea probarit, exaudire posseris: de supplicio P. Lentuli, de carcere magna & querebunda voce dicebat. [2] in quo primũ illud erat absurdum, quòd cùm ea quæ leniter dixerat, vobis probare volebat, eos autem qui circum iudicii stabant, audire nolebat: nõ intelligebat ea, quæ clarè diceret, ita illos audituros, quibus se venditabat, vt vos quoque audiretis, qui id non probabatis. [3] Deinde alterum iam oratoris vitium, non videre quid quæq; causa postulet. Nihil est enim tam alienum ab eo, qui alterum coniurationis accuset, quàm videri cantare rorum partem mouisse, lugere. [4] Quod cum is [5] Tribunus pleb. fecit, qui vnus videtur ex illis ad lugendos coniuratos relictus, nõ mirum est. difficile est enim tacere cum doleas. [6] te, si quid eiusmodi fecis, nun modò talem adolescentem, sed in ea causa, in qua te viuidiem coniuratis velis esse, vehementer miror. [7] sed reprehendo tamen illud maximè, quòd iste ingenio, & prudentia præditus, causam Reipu. non tenet, qui arbitretur plebi Romanæ res eas non probari, quas me Cõsule omnes boni pro salute cõmuni gesserunt

1 Ex antecedentibus deducit collationem minorũ malorũ. αὐτοπόδωσις proxedit prorasin.

2 Torquati actionem reprehendit ex repugnantibus.

3 Imprudentiæ arguit Torquatũ ex effectis.

4 Iterat eandem collationem minoris propositionis antapodosi.

5 Clodium intelligit.

6 Prorasis minorum.

7 Reprehendit Torquatũ ex repugnantibus.

Ecquem tu horum, qui adsunt, quibut te contra ipsorum voluntatē venditabas, aut tā sceleratum statuis fuisse, vt hæc omnia perire voluerit, aut tā miserum, vt & se perire cuperet, & nihil haberet quod saluū esse vellet? [1] An vero clarissimū virū generis vestri ac nominis nemo reprehendit, [2] qui filium suum vita priuauit, vt tu ceteris firmaret imperiū Rēpu. reprehendi, quæ domesticos hostes, ne ab iis ipsa necaretur, necauit? Itaq; attēdā iam Torquate, quàm ego nō disiuncta autoritatem Consulatus mei maxima voce, vt omnes exaudire possint, dico, semper, dicā. adsitate omnes animis qui adestis corporibus, quorum ego frequentia magnopere laterum meorum, curæq; vestras, et not de inuidiosis rebus, vt ille putat, diuersē attenduter. [3] Ego Consul, cum exercitus perditorum ciuium clandestino scelere conflatus crudelissimū, & luctuosissimum exitiū patriæ cōparasset: cum ad occasum, interitumq; Reip. Catilina in castris, mihi autem tēplis atq; rostris duæ Lentulus esset constituta: meis cōsiliis, meis laboribus, meis capitis periculis, sine tumultu, sine delectu, sine armis, sine exercitu, [4] quinq; hominibus comprehensis, atque confossis incensione vrbem, internecione ciues, vestitate Italiam, interitu Rempub. liberaui: ego vitam omnium ciuium, statū orbis terræ, vrbem hanc denique sedem omniū nostrum, arcem Regum ac nationum exterarum, lumen gentiū, domicilium imperij, quinque hominum amentiū ac perditorum pœna redemi. [5] An me existimasti hæc tam rata in iudicio vim esse dicturum, quæ vtrato in maxima concione dixissem? Atq; etiam illud addā, si qui fortè incipiat improbus subito te amare Torquate, & aliquid sperare de te: atq; vt idem omnes exaudiāt, clarissima voce dicā. [6] harum omnium rerum.

1 Argumentatur à maioribus ad minores.

2 Intelligit Manlium qui primus Torquatus apellatus est, vide Manliana imperia in proverbium abiere.

3 Prosopoia figura ad, qua profitetur Tullius quid in Consulatu suo gesserit.

4 De his quinque coniuratis vide 3. Catilinariam.

5 A minore ad maius.

6 Communicat inuidiam I. cū Torquato cōmunicando partem rerū gestarū vel potius societatem.

verum, quas ego in consulatu pro salute communi suscepi, & gessi, L. ille Torquatus cum esset meus contubernalis in Consulatu, cū signifer esset inuentutis, atque in Prætura fuisset auitor, adiutor, paricep exstitit: cum princeps, cum autor, cum signifer esset inuentutis. [1] parens eius bonus amantissimus patriæ, maximi animi, summi cōsilij, singularis constantiæ cum esset, tamē omnibus rebus illis interfuit: nūquam est à me digressus, studio, consilio, autoritate vnius adiuuit plurimū, cum infirmitatem corporis animi virtute superaret. Videtne, vt eripiā te ex improborū subita gratia, & reuocēliē bonis hominibus? qui te & diligūt, & retinent, retinebuntq; semper: nec si à me forte desideris, adeirco te à se, & à Repu. & à tua dignitate desicere patiētur. [2] Sed iam redeo ad causam: atq; hoc vos I. audiscer, testor: mihi de memetipso tam multa dicendi necessitas quæ dā imposita est ab ille. Nā si Torquatus Syllā solum accusasset, ego quoq; hoc tempore nihil aliud agerē, nisi eum qui accusatus esset, defenderem: sed cùm ille tota oratione in me esset inuectus, & cùm initio, vt dixi, defensionē meā autoritate spoliare voluisset, etiam si dolor meus respondere non cogeret, tamē ipsa causa hanc à me orationem flagitasset. [3] Allobrogibus nominatum Syllam esse dicitquis negat Sylla indicium? vide quem admodum nominatus sit. L. Cassium dicerunt cōmemorasse, cum ceteris Antronium secum fecere, quæro, num Syllam dixerit Cassius? nunquā? Sese aiunt quæsisse de Cassio, quid Sylla sentiret. Videte diligentiā Gallorum, qui vitam hominum naturam q; non nossent, ac tantū audissent, eos, pari calamitate qui fuerant, esse in eadem voluntate. [4] Quid tum? Cassius si respondisset idem sentire, & secum fecere Syllam, tamen mihi non

1 Hic nominatur in primis inter eos qui cōfuerūt coniuratos morte vindicādos. vide epist. ad Att.

2 Reuocatio est suipsius ad propositū vnde ad se de fendēdum digressus est, cuius rei rationem reddit ex causis eū circumstantibus dissimilitudine illustratis.

3 Accedit ad causā docēsque Syllā in cōiuratis nominatū fuisse.

4 Argumentatur à maiore ad minus, additque confirmationem ex causis.

videretur in hunc id crimen fum esse debere. Quid ita? quia qui barbaros homines ad bellum impelleret, non debebat minuere illorum suspitionem. & purgare eos, de quibus illi aliquid suspicarentur.

1 Redditio minorum.

[1] Non respondit tamen una facere Syllam. [2] etenim esset absurdum, cum caeteri sua sponte nominasset, mentionem Sylla facere nullam, nisi admonium. & interrogatam, si fortasse verisimile est, P. Sylla nomen in memoria Cassio non fuisse, si nobilitas hominis, si fama illa fortuna, si reliquae pristinae dignitatis non tabellariae fuissent, tamen Antronij commemoratio memoriam Sylla retulisset: etiam, ut arbitror, cum auctoritates principum conjurationis ad inuitandos animos Allobrogum colligeret Cassius, & cum scirat exteras nationes maxime nobilitate moueri, non prius Antronium, quam Syllam nominasset. Iam vero illud probari minime potest, Gallos Antronio nominato putasse propter calamitatis similitudinem sibi aliquid de Sylla esse quarendu: Cassio, si hoc esset in eodem scelere, ne cum appellasset quidem Antronium, huius in mentem venire potuisse. sed tamen quid respondit de Sylla Cassius? se nescire certu. non purgat, inquit dixi antea: [3] ne si arguerer quidem tum denique, cum esset interrogatus, ad meum crimen nosum videretur. sed ego in iudicijs, & quaestionibus non hoc quaerendum arbitror, num purgetur aliquis, sed num arguatur. etenim cum negat se scire Cassius, utrum sublenat Syllam, an satis probat se nescire? sublenat apud Gallos, quod stat? [4] ne indicent? Quid? si periculum esse putasset, ne vllo unquam indicarent, de seipso confitiis esset? nescit? [5] credo, Iudices, celatum esse Cassium de Sylla vno: nam de caeteris certe sciebat, & eo domi eius pleraque conflata esse constabat. qui

2 Argumentū est ex repugnantibus nascentibus ex infirmatione minorum & maiorum.

3 Iterat maiorum collationem.

4 Refellit finem ex destinatis.

5 Ignorare est ex repugnantibus cōfirmata.

negare noluit esse in eo numero Syllam, quo plus spes Gallis daret; dicere autem falsum non ausus est, nescire dixit. [1] atqui hoc perspicuum est, cum is, qui de omnibus sciret, de Sylla se scire negaret, eandem vim esse negationis huius, quam si extra coniurationem hunc esse se scire dixisset. [2] Nam cuius scientia de omnibus constat fuisse, eius ignoratio de aliquo purgatio debet videri. Sed iam non quaero, purgetne Cassius Syllā: illud mihi tātum satis est, contra Syllā nihil esse in iudicio. Exclusus hac criminatione Torquatus, vim sus in me irruit, me accusauit: [3] me aliter, ac dictum est, in tabulas publicas retulisse. [4] O di immortales, (vobis enim tribuā, quod vestra sanctitas vere possum meo tantū ingenio dare, vt res tam tetras, tam variis, tam repentinas in illa turbulentissima tempestate Reip. mea sponte dispexerim. Ivos profecto animus meus tum conseruandae patriae cupiditate incendit: vos me ab omnibus caeteris cogitationibus ad vnam salutē Reip. contulistis: vos denique in tantis tenebris erroris, & insciētia clarissimum lumen prudentiae mentis meae. [5] Vidi ego hoc Iudices nisi recenti memoria Senatus, auctoritatem huius indicij monimentis publicis tectatus essem, fore vt aliquando [6] non Torquatus, neque Torquati quispiam similis (nam id me malim fefellit) sed vt alii quis patrimonio naufragus, inimicus otij, bonorum hostis, aliter iudicata hac esse diceret, quae facilius vento aliquo in optimum quemque excitate, posset in malos Reip. partum suorum malorum aliquem inuenire. [7] Itaque introductis in Senatum inductibus: cōstituti Senatores, qua omnia iudicum dicta, interrogata, responsa perscriberet. [8] at quos vereri non solum summa virtute, & fide, cuius generis in Senatu facultas maxima: sed etiam, qui scie-

1 Collatione parium significat Syllam in numero cōiuratorum nō fuisse.

2 Confirmat proximā collationem cōparatione cōtrariorum.

3 Redit Cicero ad fundamentum illud defensionis sue ex remotione adiunctorum.

4 Exclamatio ad Deos, quibus acceptam fert suam diligentiam.

5 Subiecta suis cōstituit.

6 Dissimiliter dicit ubiter perstrigit Torquatum.

7 Explicat de finitu ad sequentem suā spectantia.

8 Grauissimorum virorum testimonio refellit crimen a Torquato obiectum.

bam memoriæ, scientiæ, consuetudine & celeritate scribendi facillimè, quæ dicerentur, persequi posse: C. Cosconium, qui tunc erat Prætor, M. Messalem, qui tum præturam petebat, P. Nigidium, Appium Claudium: credo esse neminem, qui his omnibus, aut verè rescindi, aut etiam scribendis putet ingenium defuisse. Quid deinde? quid feci? cùm scirem ita iudicium in tabulas publicas relatum, vt illa tabula priuata tamen custodiæ more maiorum cõtineretur, non occultari, nõ continuò dimitti, sed describi ab omnibus, statim librariis, diuulgari passim, & permulgari, atque edi pop. Ro imperauit diuisi toti Italiæ, diuisis in omnes prouincias iudicij, & quæ falsa ablata essent omnibus, expertem esse neminem voluit. Itaq; dico locum in orbe terrarum esse nullum, quo ex loco populus Ro. nomen sit, quin eodem perscriptum hoc iudicium peruenerit.[1] In quo ego tam subito, & exiguo, & turbido tempore multa diuinitus, ita vt dixi, non mea sponte, prouidi primum, ne quis posset tãtum aut de Reipub aut de alicuius periculo meminisse, quantũ vellet: deinde ne cui liceret vnquam reprehendere illud iudicium aut temerè credulum criminari: postremò ne quid fam à me, ne quid ex meis cõmentariis quæreretur: ne aut oblivio mea, aut memoria videretur nimia: ne denique aut negligentia turpis, aut diligentia crudelis putaretur.[2] Sed tamen abs te Torquate quæro, cùm indicatus tuus inimicus esset, & esset eius rei frequens Senatus, & recèns memoria testis: tibi meo familiari, & contubernali prius etiam edituri fuerint iudicium scribæ mei, voluisses, quàm in eodem retulissent, videre aliter fieri,[3] cur tacuisti? passus es? non mecum aut cum familiari meo quæsisti es? aut quoniam tam facilè commoueris in auiceps, iracundius aut vehementius

1 Finem dilligentiæ suæ hoc loco maximè notat, non vnum nos dolo, sed plures.

2 Ex remotio ne adiunctorũ quorumdam cauillationes esset subiecta, remouet quasi spinas Torquati iudicio.

3 Ex adiuncto silentio Torquati cõsensũ & approbationem eius elicit eiusque argumentorum lepius repetit.

vehementius expostulasti? Tu, cùm tua vox nunquam sit audita, cùm indicio lecto, descripto, diuulgato, quieueris, tacueris, repente tantã rem enuntiare audeas? & in eum locũ te dedicas, vt antè, quàm me commutatis iudicijs coarguaris, te summæ negligentiæ, tuo iudicio conuictum esse fateare?

1 Addit alia argumẽta ex pluribus reipublicæ rationibus.

[1] Mihi cuiusquam salus tanti fuisset, vt meam ne diligerem? per me ego veritatem patefactam contaminarem aliquo mendacio? quamquam denique ego innocentem, à quo crudeles insidiæ in Rempublicam, & in me potissimum Consulem putarẽtur? Quòd si tam essem obstinatæ sanitatis, at constantiæ mea, tamne esset erã, vt cùm litera posteritatis causa reperta sint, quæ subsidia oblivionis esse possent, ego recentem putarẽ memoriã cunctis Senatus commẽtariis meis posse superari? [2] Fero ego te Torquate, tandudum, fero & nonnunquam animum inuitatum ad vlciscendã orationem tuam, reuocoipse, & restella permitto aliquid iracundiæ tuæ, do adolescentiæ, do amicitiæ, tribuo parentiscid nisi tibi aliquem modum vita constituerit, cogesq; oblitum me nostræ amicitiæ habere rationem meæ dignitatis. Nemo vnquam me tenuissima suspicione perstrinxit, quem non præuerterim. sed mihi hoc credas velim: nõ iis libentissimè soleo respondere, quos mihi videor facilimè posse superare. Tu quoniã minimè ignoras consuetudinem dicendi meã, noli hac noua lenitate abuti meam oli [3] aculeos orationis meæ, qui reconditi sunt, excussos arbitrari: noli id putare omnino à me esse omissum, si quid est tibi remissum, atque concessum. cum illa valent apud me excusationes iniuriæ tuæ, iratus animus tuus, ætas, amicitia nostra: tum nondum statuo te virum satis habere, vt ego tecum luctari, & congredi debeam: quòd si esses vsu atque ætate robustior,

2 ἐπαγωγὴ ἐξ ὀνόματος in verbo, Pero. ἀποφασις in tota sententia cum quadam permissione.

3 Metaphora ducta à telis aculeatis.

1 Animaduerte dici in malam partem. Refer gratiam.

2 Argumẽtatio ex cõparatione cõtrariorũ idq; argumẽtum non multum immutatis verbis repetit.

3 Prolepsis ad refellendã obiectionẽ: illas cõtradictione aucta minorũ collatione & alinoũit.

4 Aliæ obiectiones euacuatæ partim ex caussis partim ex contrariis diffluũt.

esſem idem qui fuerо, cùm ſum laceſſitus: nunc tecum ſic agam, tuliſſe vt putes iniuriam, [1] quàm retuliſſe gratiam videar. [2] Neque verò quid mihi irascare, intelligere poſſum: ſi quòd cum diffuderim quem tu accuſaſti, cur tibi quæ ipſe non ſuccenſes, qui accuſes eum, quem ego defendi? inimicum. inquit, accuſo meũ: & amicũ ego defendo meũ. [3] Non debes tamen quenquam in coniurationis quæſtione defendere. imo nemo magis eum, de quo nihil eſt ſuſpicatus, quam is, qui de aliis multa cogitauit. [4] Cur dixiſti teſtimonium in alios? quia creditum eſt. Regnum eſt dicere in quem velis, ac * defendere quem velis: imò ſeruitus eſt. non dicere in quem velis, ac defendere quẽ velis. [1] Ac ſi conſiderare cœperis, vtrum magis mihi hoc neceſſe fuerit facere, an tibi: intelliges, honeſtius te inimicitiarum modum ſtatuere potuiſſe, quàm me humanitatis. [6] At verò cũ honestabatur amplißimus familiæ veſtræ, hoc eſt Conſulatus parentis tui ſapientiſſimus vir familiaris ſimus fuit non ſuccẽſuit pater tuus, cùm Syllam & defenderent & laudarent. Intelligebat hanc nobilitatem à maioribus eſſe traditam diſciplinam, vt nullius amicitia ad propulſanda pericula impediremur: & erat huic indicio longè diſſimilis illa contentio. Nam illo P. Sylla Conſulatus vobis pariebatur, ſicuti partus eſt: honoris erat certamen, ereptum repetere vos clamitabatis, vt victi in campo, in foro tutro loco ro vinceretis. tum qui contra vos pro hoſtium ſalute pugnabant, amiciſſimus veſtri, quibus non irascequiritur.

* Vide num ſic legendum ſit, non defendere quem velis, aut, defende re quem nolis. Nam al

1 Collatione minorum facti ſui rationem probat.

6 Torquati querelam reprehendit ex repugnantibus, ex maiorum inſtitutione naſcentibus. Prior pars collationis habet maiores cauſſas querelarum, quæ tamẽ Torquato patre remouebatur.

bamini. Conſulatum vobis eripiebant, honori veſtro repugnabant: & tamen id inuiſlata veſtra amicitia, integro officio, veteri exemplo, atque inſtituto optimi cuiuſque faciebant. [1] Ego verò quibus ornamentis adnerſor tuis? aut cui dignitati veſtræ repugno? Quid eſt, quod tam ab eo exſpetas? honor ad patrem, inſignia honoris ad te delata ſunt. [2] Tu ornatus armatis venis ad eum lacerãdum, quem interemiſti: ego iacentem & ſpoliatum defendo, & protego. [3] atq; hic tu & reprehendis me, quia defendam, & iraſceris: ego autem non modo tibi non iraſcor, ſed ne reprehendo quidem ſi tum. Te enim exiſtimo tibi ſtatuiſſe quid faciendum putares, & ſatis ideneũ officij iudicem poſuiſſe. [4] At accuſas C. Cornelij filium, idémque valere debet, ac ſi pater indicaret. [5] O patrem Cornelium ſequentem: qui quod præmij ſolet eſſe in iudicio, reliquerit: quod turpitudini in confeſſione, id per accuſationem filij ſuſceperit. [6] Sed quid eſt tandem, quod indicat per illum puerum Cornelius? Si eſt cauſa mihi ignota, cũ Hortenſio communicata, reſpondeat Hortenſius. * Sin tu ais illum comitatũ Antronij & Catilinæ, cùm in campo Conſularibus comitiis, quæ à me habita ſunt, eadem facere voluerunt: Antronium tum in campo vidimus: [7] & quid dixi vidiſſe? nos ego vidi. vos enim tum iudices nihil laborabatis, neque ſuſpicabamini: Ego rectus præſidio firmo amicorũ, Catilinatum & Antronij copias, & conatum repreſſi. [8] Num quis eſt igitur, qui tum dicat in campum

* Vide num ita legẽdum ſit: Sin vt ais illum comitatũ Antronij & Catilinæ cũ eadem facere voluerunt, Sylla ſecutus eſt. Antronium & Catilinam vidimus. 7 ἐναργῶς.

8 Redditio diſſimilitudinis ex qua Cicero repugnantia collig't.

2 ἀντόδοσις minorum ex minore materia cõqueredi.

2 Torquato inuidiam ex repugnantibus factis, Sylla verò ex adiunctis miſereri cordiam quæreit.

3 Inſirmatio cõſecutionis maiorum hoc loco eſt. Nam cũ ille cui inſtior iraſcendi cauſſa erat iratus nõ fuerit, non debebat is iraſci, cui nulla erat cauſſa iraſcendi.

4 Obiectionẽ diluit collatione partis.

5 Reiicit quæ obiectionem in ipſum authorẽ ex repugnantibus.

6 Addit aliud argumẽtũ ex contradictione, quæ diſſimilitudine illuſtrat.

7 ἐναργῶς.

aspicasse Syllam? Atqui si tuus se cum Catilina sceleratæ scelerum communerat, cur ab eo discedebat? cur cum Antronio non erat lege in pari causa non paria signa reperiantur criminis? Sed quoniam Cornelius ipse etiam nunc de iudicando dubitat, vt accitis, informat ad hoc adumbratum iudicium filium: quid tandem de illa nocte dicit, cum inter falcarios ad M. Lecam nocte ea, quæ cœcenta est posterum diem Nonarum Nouembr. nec Consul Catilinæ denuntiatione conuenit? quæ nox omnium temporum coniurationis acerrimo fuit, atque acerbissima.[1] tum Catilina dies exeundi, tum cæteri monendi cuiusque, tum descriptio totam per urbem vadii, atque incendiorum constituta est: tum tuus pater Cornelii, id quod tandem aliquando confitetur, sibi efficiosam provinciam deposcit: vt cum prima luce Consulem salutatum venisset, introrumpat meo more, & iure amicitiæ, me in meo lectulo trucidaret hoc tempore, cum arderet acerrimè coniuratio, eiq; Catilina egrederetur ad exercitum, Lentulus in urbe relinqueretur, Cæsar incendiis. Cethegus cædi præponeretur, Antronio vt occuparet Hetruriam præscriberetur, cum omnia ordinarentur, instituerentur, pararentur.

[2] vbi fuit Sylla Cornelii? num Romæ? imò longè abfuit: num in iis legionibus, quas se Catilina ciebat? multò etiam longius animi in agro Camertì, Piceno, Gallico? quas oras maximè quasi morbus quidam illius furoris peruolarat? nihil verò minus. fuit enim, vt iam antè dixi, Neapoli: fuit in ea parte Italiæ, quæ maximè ea suspitione caruit.[3] Quid ergo indicat, aut quid affert, aut ipse Cornelius, aut vos, qui ab eo hæc mandata defertis? gladiatores emptos esse Faustì simulatione, ad eadem ac tumultum. ita prorsus: interpositi

1 His de rebus vide primâ Catilinam.

2 Argumentatur ex remotione obiectorum confirmationi aperiè & constitutione reipublicæ.

3 Refellit obiectionem aduersarij ex dubia, & dissimilium causarum opposita collatione.

interpositi sunt gladiatores, quos testamento patris videmus deberi. Arrepta est familia: quæ si esset prætermissa, posset alia familia Faustì munus præbere. vtinam quidem hoc ipsa non modò iniquorum inuidia, sed & æquorum expectationi satisfacere posset.[1] Properatum vehementer, cùm longè tempus muneris abesset quasi verò tempus dandi muneris non valde appropinquaret. Nec opinante Fausto, cum is neque sciret, neque vellet, familia est comparata. At literæ sunt Faustì, per quas ille precabas à P. Sylla petit, vt emat gladiatores, & vt hos ipsos emat:[2] neque solum ad Syllam missa, sed ad L. Cæsarem, Q. Pompeium, C. Memmium, quorum de sententia tota res gesta est.[3] At præfuit familiæ Cornelius. tam si in comparanda familia suspicio est nulla quod præfuit, nihil ad rem pertinet. sed tamen munera servili abstulit si ad ferramenta proficienda, præfuit verò nunquam: eáque res per Bellum Faustì libertum omni tempore administrata est.[4] At enim Cincius est ab hoc in ulteriorem Hispaniâ missus, vt eam provinciam perturbaret. Primum Cincius iudices, L. Iulio, C. Figulo Consulibus profectus est aliquanto ante suorum Catilinæ, & ante suspitionem huius coniurationis: deinde est profectus non tum primùm, sed cum in eadem locis aliquanto antè eadem de causa aliquot annos fuisset, ac profectus est non modò ob causam, sed etiam necessariam causam, magna ratione cum Mauritania Rege contracta. tum autem ille profectus, Sylla procurante eius rem, & gerente plurimis & pulcherrimis P. Cinciì prædiis venditis,[5] eas alienum eiusdem dissolutum est: vt quæ causa cæteros ad faciendum impulit, cupiditas vehemens possessionis, ea Cincio non fuerit prædiis dimittendis.

Iam

1 Ex contrariis argumentatur per ironiam.

2 Aliorum testimonio Syllam purgat.

3 Diluit obiectionem collationi parilì.

4 Alterà obiectionem itè dissimilibus causis subiectis dilui.

5 Ex finis euersione demonstrat remotionem.

1 Tandē ob lectionem rebellis ex repugnantibus.

[1] Iam verò illud quàm incredibile? quàm absurdum? qui Romæ eadem facere, qui hanc urbem incendere vellet, eum familiarissimum suum omittere ab se? & mandare in ultimas terras eum, quò facilius Romæ ea, quæ conabatur, efficeret, si in Hispania turbatis rebus? at hæc ipsa per se sine ulla contentione agebantur, an in tantis rebus tam variis consiliis, tam periculosis, tam turbulentis hominem amantissimum sui, familiarissimumque suum? callidissimum efficiis, usu, consuetudine, dimittendum esse arbitrabatur? verisimile non est, vt quemvis secundis rebus, quem in otio secum semper habuisset, hunc in aduersis, & in eo tumultu, quem ipse comparabat, ab se dimitteret.[2] Ipse autem Cornelius non enim mihi deferenda est causa amici veteris, atque hospitis sic homo est, aut ea familia, ac disciplina, vt hoc credi possit, eum bellum Reipublicæ facere voluisse? vt cuius pater, cum cæteri de vicerent finitimi ac vicini, singulari existerit in Rempublicam nostram officio, & fide, is sibi nefarium bellum contra patriam suscipiendum putaret? cuius ad alienum videmus Iudices non libidinē sed negotij gerendi studium esse contractum? qui Romæ debuit, vt in prouinciis, & in regnis maximæ pecuniæ deberentur: quas cum peteret, non cum misit, vt sui procuratores quicquam oneris absente se sustinerent, venire omnes suas possessiones, & patrimonio se ornatissimo spoliari maluit, quàm vllam moram cuiquam fieri creditorum suorum.[3] A quo quidem genere Iudices ego nunquam timui, cum in illa Reipubli. tempestate versaret:[4] illud erat genus hominum horribile & pertimescendum, qui tanto amore suas possessiones amplexi tenebant, vt ab iis membra diuelli citius abstrahi posse diceres.[5] Cinciat nūquam sibi eam rationem

2 Obiter etiã ipsius Cinci) crimen defendit ex repugnantibus cauſis.

3 Interponit authoritatem ſuã addita diſſimilitudine.

4 Protaſis diſſimilitudinis.

5 ἀνταπόδοσις

tionem cum prædis esse eripiendam fuit. Itaque se non modo ex suspicione tanti sceleris, verum etiam ex omni hominum sermone, non armis, sed patrimonio suo vendicauit.[1] Iam verò, quod facinus Pompeianos esse à Sylla impulsos, vt ad illam cum orationem, & ad hoc nefarium facinus accederet id cuiusmodi sit intelligere non possum. an tibi Pompeiani coniurasse videntur? quis hoc vnquam dixit? aut quæ fuit vllius rei vel minima suspicio? Disiunxit, inquit, eos à colonis, vt hoc: dissidio ac dissensione facta[2] oppidum in sua potestate posset, & Pompeianos habere.[3] Primum, omnis Pompeianorum, colonorumque dissensio delata ad patronos est, cum tam iniucta esset, ac multos annos esset exagitata: deinde ita à patronis res cognita est, vt nulla in re à cæterorum sententia Sylla dissenserit: postremò coloni ipsi sic intelligunt, non Pompeianos à Sylla magis, quàm sese, esse defensos.[4] Atque hoc, Iudices ex hac frequentia colonorum honestissimorum hominum intelligere potestis: qui adsunt, laborant: hunc patronum, defensorem, custodem illius coloniæ, si in omni fortuna, atque omni honore incolumem habere non potuerunt, in hoc tamen casu, quo afflictus iacet, per vos tutari, conseruareque cupiunt. Adsunt pari studio Pompeiani, qui ab illis etiam in crimen vocantur: qui ita de ambitione, & de suffragiis suis cum colonis dissentiunt, vt idem de communi salute sentiant.[5] Ac ne hæc quidem P. Sylla mihi videtur silentio prætereundam esse virtus, quòd cum ab hac illa colonia deducta sit, & cum commodo colonorum à fortuna Pompeianorum pop. R. e fortuna diuersa, ita charus vtrique est, atque iucundus, vt non alteros dimouisse, sed vtrosque coniunxisse videatur.[6] Ai enim & gladiatores, & om-

1 Aliud crimen refellit remotione ad iudicium.

2 Pompeios intelligit Capuæ oppidum.

3 Aliorum cognitione & iudicio propositum crimen purgat.

4 Vtriusque partis testimonia laudationēsque commemorat.

5 Ex repugnantibus cauſis idem crimen falsum esse docet.

6 Per prolepſin accedit ad aliud crimen, de quo priusquam respondeat. L. Cæcilium purgat de ſuſpicione quadā in quam inciderat.

nes

Universidad de Deusto
Biblioteca

nis ista de rogationis Caecilia causa comparabantur. atque in hoc loco in L. Caecilium prudentissimum, atque ornatissimum virum vehementer invectus est: cuius ego de virtute & constantia iudices tantum dico: talem hunc in ista rogatione quam promulgauit, non de tollenda, sed de leuanda calamitate fratris sui, fuisse, vt consulturus esset voluerit fratri: tamen cum Reipub. pugnare noluerit: promulgarit impulsus amore fraterno, desiterit fratris auctoritate deduci. Atque in ea re per L. Caecilium Sylla accusatur, in qua re est vterque laudandus: primum Caecilius, qui id promulgarit, in quo res iudicatas videbatur velasse rescindere, vt statueretur: Sylla vtile reprehendit. Status enim Reip. maxime iudicatis rebus continetur. neque ego tantum fraterno amori dandum arbitror, vt quisquam de salute suorum consulat, communem relinquat. nihil de iudicio ferebat, sed ponam ambitus tam ferebat, quae fuerat nuper sanctissimis legibus constituta. Itaque hac rogatione, non iudicium sententiam, sed legis vitium corrigebat. Nemo iudicium reprehendit: cum de pena quaeritur, sed legum. Damnatio enim est iudicium, quae manebat: pena legis, quae leuabatur. [2] Roboratur animus eorum ordinum, qui praesunt iudiciis summa cum grauitate, & dignitate, alienare à causa: nemo labefactare iudicium est conatus: nihil est eiusmodi promulgatum. semper Caecilius in calamitate fratris sui iudicia potestatem perpetuandam, legis acerbitatem mitigandam putauit. [3] Sed quid ego de hoc plura disputo? Dicerem fortasse, & facile, & libenter dicerem: si paulo etiam longius, quam sunt quotidiani usus, efficij postulat, pietas & fraternus amor L. Caecilium protulisset, implorarem sensus vestros

a Argumentum ab ea diffimili fine.

b Remouet inuidiae causam vt iudicia ipsam remoueat addita repetitione superioris dissimilitudinis.

c Renocatio sui ipsius eo concessione quadam in qua inest tacita ratiocinatio colatio hac antapodosi, nihil forte ex antecedentibus repetatur.

* restituerit

stros: vniuscuiusque indulgentiam in suos tribuere: petere errato veniam L. Caecilij ex intimis vestris cogitationibus, atque ex humanitate communi. lex dicitur proposita paucis ferri cepta, nunquam posita est in Senatu, pop. Rom. latuit: eius in Capitolium nec Senatum conuocassimus, nihil est actum prius: & id mandato Sylla Q. Metellus Prator se loqui dixit. Syllam illam rogationem de se nolle ferri. [1] Ex illo tempore L. Caecilius multa de Repub. egit: Agraria lex, quam tota à me reprehensa & abiecta est, intercessorem fore *professus est: improbis largitionibus restitit: Senatus auctoritatem nunquam impedit: ita se gessit in Tribunatu, vt vsere deposito domestici officij, nihil postea nisi de Reip. commodis cogitarit.

Atque in ipsa rogatione, ne per vim quid ageretur, quis tamen vestrum Syllam, aut Caecilium verebatur? nonne omnis seditionis timor atque periculum, ex Antronij improbitate pendebat? eius vocem, eius mina ferebantur: eius aspectus, concursatio, stipatio, greges hominum perditorum, metum nobis, seditionem que afferebant. Itaque P. Sylla hoc importunissimo tum honoris, tum etiam calamitatis socio atque comite, & secundas fortunas amittere coactus est, & in aduersis sine vllo remedio, atque alleuamento permanere. [2] Hic tu epistolam meam saepe recitasti, quam ego ad Cn. Pompeium de meis rebus gestis, & de summa Reip. misi: & ex ea crimen aliquod in P. Syllam quaeris: & si furorem increuisse biennio ante conceptum erupisse in meo Consulatu scripsi, me hoc demonstrasse dicis Syllam in illa fuisse superiore coniuratione. scilicet is sum, qui existimem Cn. Pisonem, & Catilinam, & Varguntei, & Antronii nihil scelerate, nihil audaciter ipsos per se sine P. Sylla facere potuisse

1 Opposita alia quadam L. Caecilij facta illi rogationi dissimilia vt cum bonum ciuē esse ostendat, rogationem vero illam fraterno amore impulsum tulisse.

*perpessus

2 Remouet suspitionem, ne perturbādi alicuius impetus fuisse per dissimilium causarum collationem testimonio confirmatam.

3 Respondet obiectioni quā Torquatus ex quadā Cic. epistola colligebat eā que refellit ex repugnantibus cautis

repugnātes tractatis. Cautse enim absolutę nō egent adiutoriō, nisi vbi instrumenta necessario adhibēda cōsuluimus quae tamen facile absunt.

permisse de quo etiam si quis dubitasset antea, nunc id quod tu arguis, cognitasset? interfecto patre tuo Consule descendere Cal. Ian. cum lictoribus? sustulisti hanc suspicionem, cum dixisti hunc vt Catilinam Consulem efficeret. contra patrem tuum operam, & manum comparasse. Quod si tibi ego concederem, vt mihi concedas necesse est, hunc cum Catilina suffragaretur, nihil de suo Consulatu, quem iudicio amiserat, per vim recuperãdo cogitauisse. neq; enim illorum facinorum tantorum, tam atrocium crimen Iudices P. Sylla persone suscipiam. Etenim criminibus omnibus fere dissolutis, contrà atque in cæteris causis fieri solet, vt nunc denique de vita hominis, ac de moribus dicam. Etenim de principio studuit animus occurrere magnitudini criminis, satisfacere expectationi hominum, de me aliquid, & de ipso qui accusatus est, dicere. nunc tam remorandi effugio eo, quo vis ipsa causa etiam tacente me cogit, animus. Omnibus in rebus Iud. qua grauiores maiorisque sunt, quid quisque voluerit, cogitarit, admiserit, non ex crimine, sed ex moribus eius, qui arguitur, est pondrandum. Neque enim potest quisquam nostrum subitò fingi, neque cuiusquam repente vita mutari, aut natura conuerti. Cum cuiuspiam pauliser mentibus vestris, vt alia omittamus, fuisse ipsos homines, qui huic affines fuerunt. Catilina contra Remp. coniurauit, cuius aures unquam hoc respuerunt, conatum esse nouarum rerum à pueritia non solum intemperantia, & scelere, sed etiam consuetudine, & studio, in omni flagitio, stupro, cæde versatum? Quem contra patriam pugnantem peruisse miratur, quem semper omnes ad simile latrocinium natum putauerunt? Quis Lentuli societatem conin-

1 Ex remotione finis q̃ potior esset, destinata remouit.

2 Extrapolatis rebus causis alterã effectã remouet.

3 Epilogus quidem est totius superioris orationis ad hunc locum vsque.

4 Tuetur alterã partem argumenti, quæ proximè positum est ad communem locũ transferri. Sylla est integer. Propositio hoc loco est aliis repugnantibus confirmata.

5 Propositionis alterã confirmatio ex inductione specialiũ quorundam.

6 Prima pars inductionis de Catilina.

7 Secunda de Lentulo, qui Prætura se abdicare coactus est.

cubus? quis insaniam libidinum? quis peruersam atque impiam religionem recordatur, qui illam aut nesciè, aut studiè cogitasse miretur? 1 Quis de C. Cethego, atque eius in Hispaniam profectione, ac de vulnere Q. Metelli Pij cogitat, cui non ad illius pœnam carcer ædificatus esse videatur? omitto cæteros, ne sit infinitum: tantum à vobis peto, vt taciti de omnibus, quos coniurasse cognitum est, cogitetis: intelligetis vnumquemque illorum, prius à sua vita, quam nostra suspicione esse damnatum. Ipsum illum Antronium, quem iã eius numen finitimum maximè est huius periculo & crimini) non sua consuetudo, ac vita conuincit? semper audax, petulans, libidinosus, quem in stuprorum defensionibus non solùm verbis vti improbissimis solitum esse scimus, verùm etiã pugnis, & calcibus: quem exturbare hominem è possessionibus, eadem facere vicinorum, spoliare sana sociorum, vi conatum & armis disturbare iudicia, in bonis rebus omnes contemnere, in malis pugnare contra bonos, non Reipub. cedere, non fortunæ ipsi succumbere: huius si causa non manifestissimis rebus teneretur, tamen eum mores ipsius, ac vita conuincerent. 2 Agedum conferte nunc cum illius vita vitam P. Sylla, vobis populóque Romanissimam Iudices. & eam ante oculos vestros proponite. 3 ac quod huius factum, aut commissum non dicam audacius, sed quod cuiquam paulò minus consideratum videretur factum, quæro? verbum ecquod vnquam ex ore huius excidit, vnde quispiam posset offendi? 4 At verò in illa tyranni L. Sullæ victoria turbulentáque, quis P. Sylla nitor? quàm multorum hic vitam est à L. Sylla deprecatus? quam multi sunt summi homines, & ornatissimi, & nostri, & Equestris ordinis,

1 Inductionis conclusio, cui etiam aliud exemplum de Antronio subiicitur, ex eî effectis & moribus.

2 Assumptio syllog. de P. Sylla per collationem dissimilium.

3 Remouet initio maledicendi consuetudinem à Sylla.

4 Confirmit in P. Sylla mores repugnantes suspitioni coniurationis & ex effectis probat.

quorum pro salute se hic Sylla obligauit quos ex
nominarem: neque enim ipsi nolunt, & huic ani-
mo gratissimo adsunt. sed quia maius est beneficiū
quam posse debet ciuis ciui dare, ideo a vobis peto,
vt quod potuit, tempori tribuatis: quod fecit, ipsi
[1] Quid reliquam constantiam vita communem?
dignitatem, liberalitatem, moderationem in priua-
tis rebus, splendorem in publicis? qua ita a fortuna
formata sunt, vt tamen a natura inchoata esse
pareant. Qua domus? qua celebratio quotidiana?
qua familiaris dignitas? qua studia amicorum?
qua ex quoque ordine multitudo? Hæc diu, mul-
tum, & multo labore qua sita, una eripuit hora.
Accepit P. Sylla Iudices vehemens [3] vulnus, &
mortiferum: veruntamen eiusmodi quod videretur
eius vita, & natura accipere potuisse: honestatis
& dignitatis habuisse nimis magnam indicatur
est cupiditatem: quam si nemo alius habuit in Co
sulatu petendo, cupidior iudicatus est hic fa
quam ceteri; [4] sin etiā in aliis nonnullis fuit ista
Co sulatus amor, fortuna in hoc fuit furtasse gra
uior, quam in ceteris. [5] Pulsa verò quis P. Syllam
nisi mœrentem, demissum, afflictumq; vidit? quo
vnquam est suspicatus hunc magis odie, quam do
dore, hominum aspectum, lucemq; vitare? Qui dum
multa haberet inuitamenta vrbis, & fori propter
summa studia amicorū, quæ tamen ea sola in mœ
restituerunt, a fuit ab oculis vestris &, cum lege
retineretur, ipse se exilio pene multauit. [6] In hoc
vos pudore iudicij, & in hac vita tantis sceleri bus
fuisse creditis? Aspicite ipsum, contuemini atq; ex-
pendite crimen cum vita ipsa, ad hoc ipsum explorata
tū crimen recognoscite. mitto Remp. quæ fuit sem
per Sylla charissima: hos ne amicos tales vero, tam
cupidos sui per quos res eius secunda quondam

1 Accuratim reliquas virtutes, effecta, adiūctaq; bonis moribus consentanea perstringit.
2 Mouet cōmiserationē ex priuatione tantorum quæ bonorū, quibus Sylla quondam floruisset.
3 Metaphora.
4 Parū collatione excusat P. Syllæ ambitionē quā tamen περιφράσει κοσμεῖ honestè appellat honoris cupiditatem.
5 Remouet alia effecta bonis moribus repugnantia quorū tamen aliqua Syllæ culpa aut occasio obiata videbatur.
6 Cōplexio syllog. cum repetitione arg.

erant ornata, nunc sublemantur aduersæ, crudelis-
simè pertæ voluit, vt cum Lentulo, & Catilina,
& Cethego fœdissimam vitam ac miserrimam,
turpissima morte proposita degeret? [1] Nam in quā
cadit in hos mores, non in hunc puderem, non in
hanc vitam, non in hunc hominem ista suspicio.
noua quædam illa immanitas exorta est. incredi
bilis fuit ac singularis furor: ex multis ab adole-
scentia collectis perditorum hominum vitiis repen
te tanta ista importunitas inauditi sceleris exar
sit. [2] Nolite hoc arbitrari hominum illum impetū,
& vanatum fuisse. neque enim ulla gens tam bar-
bara, aut tam immanis vnquam fuit, in qua non
modò tot, sed vnus tam crudelis hostis patriæ sit
inuentus: belluæ quædam illæ ex portentis immā
nes, ac fera forma hominum indutæ exiterunt,
perspicere etiā atque etiā hoc nihil enim est, quod
in hac causa dici possit vehementius. [3] penitus in-
trospicite Catilinæ, Antronij, Cethegi, Lentuli, ea-
rumque mentes: quas vos in his libidines, quæ
flagitia, quas turpitudines, quantas audacias,
quam incredibiles furores, quas notas scelerum,
quæ iudicia parricidiorum, quantos acerbos faci-
norum reperietis [4] ex magnis, & diuturnis, & iā
desperatis Reip. morbis ista repente vis erupit, vt
ea confecta, & ciecta conualescere aliquādo, & sa-
nari ciuitas posset. Neq; enim est quisquam, qui ar
bitretur illis inclusis in Rep. pestibus diutius hoc
imperium stare potuisse. Ita q; res non ad perficien-
dum scelus, sed ad tollendas Reip. pœnas furia quæ
dam incitauerunt. [5] In hunc igitur gregem vel
nunc P. Syllā Iudex hoc qui cum hoc vnum ata q;
vixerit, honestissimorū hominū gregibus reiecerit
ex hoc hominū numero, ex hac familiari dignitate
in impiorū partem atq; in parricidarum cūm ac-

1 Epiphonema iterat vim repugnātium.
2 Auget crimen coniurationis ex collatione minorū cauſſarū.
3 Repetit sententiam superioris inductionis.
4 Cauſſas cōburationis notat cū hac parte facta diuina ope conuulsionis addit vis etiam repugnantibus & efficientib⁹.
5 Redit ad sententiā cōplexionis & indignitatem rei maiorem interrogando facit repetitionem etiam aliam pelone exp te.

Universidad de Deusto
Biblioteca

numerum transferetis? Vbi erit igitur illud fortissimum præsidium pudoris? quo in loco nobis vtatur ante actæ proderit? quod ad tempus existimationi parta fructus reseruabitur, si in extremo discrimine ac dimicatione fortunæ deseruerit. si non aderit, si nihil adiumenti? Quæstiones vobis seruorum ac tormenta accusator minitatur. in quibus quamquam nihil periculi suspicamur, [1] tamen illa[a] tormenta gubernat dolor, moderatur natura cuiusque tum animi, tum corporis, regit quæstor. si libet libido, corrumpit spes, infirmat metus, vt in tot rerum anfractibus nihil veritati loci relinquatur. [2] Vita P. Sylla torqueaturiex ea quæratur, num qua occultetur libido, num quod lateat facinus, num qua crudelitas, num qua audacia: nihil erit erit in causa, nec obscuritatis iudices, si à vobis vita perpetua vox ea, qua grauissima debet esse, audietur. [3] Nullum in hac causa testem timemus, nihil quenquam scire, nihil vidisse, nihil audisse arbitramur. Sed tamen si nihil vos P. Sylla fortuna mouet iudices, vestra moueat, vestra enim, quam maximè interest, [4] non ex libidine, aut simultate aut leuitate testium causas honestorũ hominũ ponderari, sed in magnis disquisitionibus, repentinis, periculis vitã vniuscuiusq; esse testem. [5] Quæ vos iudices: nolite armis suis spoliatã, atque nudatam abiicere inuidia, dedere suspicioni: munite eã munem arcẽ honorũ, obstruite perfugia improbis. valeat ad pœnã & ad salutem plurimum, quã solam videtis ipsam ex vi sua naturaq; facillimè perspici, subitò fieri, fingiq; non posse. [6] Quid verò hæc auctoritas, semper enim de ea dicendum est, quamquam à me timidè modiceq; dicetur, quid, inquã, hæc auctoritas nostra? qui à cæteris coniurationis causis

a Tormentorum leuitatẽ atque incertam rationẽ oẽdit ex dissimilibus eau sis.

*tormenta omnino legendum est.

1 Redit idem ad proximam argumentũ maximẽque assumptionis sententiã repetit.

2 Addit etiã primum illud & principale argumẽtũ ex remotione ad inactorũ qẽ inditio inculcatum est.

3 Repetit propositionẽ proximi syll. ad causam communem accommodandam Syllæ periculum.

4 Concludit crimine ex arcana cuiusque vita esse ponderanda Arg. ex fine.

5 Addit authoritatẽ defensionis suæ ad purgandã Syllã de coniuratione. Ac.

causis abstinuimus, P. Syllam defendimus: nihil hunc tandẽ mouebit? graue, si appetimus aliquid, si cũ cæteri de nobis silent, nam etiã nosmetipsi tacemus, graue, sed si laduimur, si accusamur, si inuidiam vocamur, profecto concedetis Iudices, [1] vt nobis libertatẽ retinere liceat, si minus liceat dignitatẽ. [2] Accusati sunt vno nomine Consulares: vt iam videatur honoris amplissimi nomen plus inuidiæ, quàm dignitatis afferre. affuerunt, inquit, Catilinæ, illúmque laudarunt. nulla tum patebat, nulla erat cognita coniuratio: defendebant amicum, aderant supplici, vita eius turpitudinem in summis periculis non insequebantur. [3] Quinctiam parens tuus Torquate Consul reo de pecuniis repetundis Catilinæ fuit aduocatus: improbo hominis, at supplici: fortasse audaci, at aliquando amico. cui cum adfuit post delatam ad eum primum illam coniurationem, indicauit se audisse aliquid, non credidisse. At idem non adfuit alio in iudicio cum adessent cæteri si postea cognorat ipse aliquid quod in Consulatu ignorasset, ignoscendum est iis qui postea nihil audierunt. sin illa res de pecuniis repetundis prima valuit, non inueterata, quam recens debuit esse grauior. [4] Sed si tum parenti etiam in illa suspicione periculi sui tamen humanitate adductus aduocationem hominis improbissimi sella curuli, atque ornamentis & suis & Consularibus, qui Catilina adfuerunt, reprehendantur? At idem ijs, qui ante hunc causam de coniuratione dixerũt, non adfuerũt: tanto scelere astrictis hominibus statuerũ nihil à se adiumenti, nihil auxilij ferri oportere. Atq; vt de eorum constantia atq; animis Remp. dicam, quærũ tanta gratia, & fides de vnoquoq; loquitur, neque

a Obliquacelatio minuit.

1 Respondet obiectioni Torquati qui vt Ciceronis authoritatẽ in defendendo Sylla minueret, Consulares ipsi Catilinæ adfuisse dixerat. Cicero eius rei causam reddit, obiterq; de conditione Consulatum querit. Arg. ex ea adiunctis.

2 Collatione pariũ diluit obiectionem propositam adulta etiam dissimilitudine.

3 Accommodat factũ L. Torquati patris ad collationẽ pariũ.

4 Exurgat factum Cõsulatium ex dissimilibus factis vnde causa Syllæ cõmendatur, quod à talibus viris defensus sit. Arg. ex adiunctis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cuiasquam ornamenta orationis desiderat: patet quisquam dicere vnquam meliores, fortiores, constantiores Consulares fuisse, quam ijs temporibus & periculis quibus penè oppressa est Respub. Quis non de communi salute apertissimè sit quis non fortissimè? quis non constantissimè sensit? Neque ego præcipuè de Consularibus disputo. nam hæc & hominum ornatissimorum, qui Prætores fuerunt, & vniuersi Senatus cõmunis est laus: vt constet post hominum memoriam, [1] nunquam in illo ordine plus virtutis, plus amoris in Rempub. plus grauitatis fuisse. Sed quia sunt deserpti Consulares, de his tantũ mihi dicendum putaui, quòd satis esset, attestante memoria omnium, neminem esse ex ille honoris gradu, qui omni studio, virtute, auctoritate incubuerit ad Rempub. conseruandam. [2] Sed quid ego, qui Catilinam non laudaui, qui reo Catilinæ Consul non adfui, qui testimonio de coniuratione dixi in alios, adeone vobis alienus à sanitate, adeò oblitus cõstantiæ meæ, adeò immemor rerum à me gestarum esse videor, vt cùm Consul bellum gesserim cum cõiuratis, nũc eorum ducẽ conseruare etiam & in animũ inducam, cuius nuper ferrum retuderim, flammámq; restinxerim eiusdem hunc causam, vitámq; defendere? [3] Si meditus fuissem Iudices, non me ipsa Respub. meis laboribus & periculis conseruata, ad grauitatem animi & constantiam sua dignitate reuocaret, tamen hoc naturæ est insitum, vt quem timueris, quicum de vita certasque contenderis, cuius ex insidiis euaseris, hunc semper oderis. [4] Sed cũ agatur bonis rerum amplissimarum, gloria rerũ gestarũ singularis cùm quoties quisquam est in hoc scelere cõsultus, totiès renouetur memoria per me inuentæ salutis. [5] ego sim tã demens, ego committã, vt ea, quæ pro salute

1 Hoc idem Cic. de senatu. qui ipso Consule fuit. confirmat epist. lib. 5. ad Lentulũ.

2 Ex paribus satis regnãtia remouet: vnde etiam colligit Syllã non esse talem qualem essent ij quos defendere noluisset.

3 Auget proximum argumẽtum collatione minorum pleno syllogismo concluso. Propositio præcedit.

4 Assumptio in qua est ἀντιπάθεια maiorum.

5 Complexio assumptioni annexa.

omnium gesta, casu magis & felicitate à me, quàm virtute & cõsilio gesta esse videatur? [1] Quid ergo hoc tibi sumis, ducet fortasse quispiam, vt quia tu defenderis innocentes iudicetur? ego verò I udicet, non modò nihil mihi assumo, in quo quispiam repugnet. sed etiam si quid ab omnibus concedatur, id reddo ac remitto. non in ea Rep. versor, non ijs temporibus caput meum obtuli pro patria periculis omnibus, nẽ aut ita sunt extincti, quos vici, aut ita grati, quos seruaui, vt [2] ego mihi plus appetere cuiquã quã quantũ omnes inimici, inuidiq; putantur. [3] Graue esse videretur eum, qui vnus interfuerit coniurationẽ, qui patefecerit, qui oppresserit, cui Senatus singularibus verbis gratias egerit, cui vni togato supplicationẽ decreuerit, dicere in iudicio, nũ defenderẽ, si coniurasset. non dico id quod graue est: dico illud, quod in his causis coniurationis non auctoritati assumam, sed pudori meo. [4] ego ille coniurationis inuestigator atque vltor, certè non defenderem Syllam, si coniurasse arbitrarer. [5] ego I udices de tantis omnium periculis cum quærerem omnia, multa audirem, non crederem omnia, eane rem omni adduce hoc, quod initio dixi, nullius indicijs, nullius suspitione, nullis literis de P. Sylla rem vllam ad me esse delatam. [6] Quamobrem vos dẽ patrij ac penates, qui huic vrbi atque huic imperio præsidetis, qui hoc imperium, qui hanc libertatem, populumque Romanum, qui hæc tecta atque templa me Consule, vestro numine auxilióque seruastis, testor, integro me animo ac libero P. Syllæ causam defendere, nullum à me scelere factum occultari, nullum scelus susceptũ cõtra salutẽ omnium defendi ac tegi. nihil de hoc Consul comperi, nihil suspicatus sum, nihil audiui. [7] Itaque idem ego ille, qui vehemẽs in alios, qui inexorabilis in cete-

1 Per speciem prolepseos cõfirmat authoritatem defensionis suæ. Subiectio autem exornat concessione quadam.

2 eo

3 Per dissimilitudinem ita rari illud augex repugnãtibus adiunctis, Prætaxis manifestam ἀντιπάθειαν habet.

4 ἀντιπάθειας idẽ prope est quod cõiunct.

5 Reddit rationẽ cur non arbitretur Syllam coniurasse. Arg. est ex remotione adiunctorum.

6 Peroratio cũ graui quadam deorum obtestatione ad quos sermone auertit confirmando illã adiunctorũ remotionẽ.

7 Dissimilitudo est rationẽ reddit ex dissimilibus ex usus.

rus esse visus sum, per vos patria quod debui: reliqua iam à me mea perpetuæ consuetudini naturæq; debentur. tam sum misericors Iudices, quam vos, tam mitis, quam qui leuissimus. in quo vehemens fui vobis sum, nihil feci, nisi coactus: Respub. præcipitanti subuenis: patriam demersam extulit misericordia ciuium adductus nunc fluctus tam vehementes, quam necesse fuit salus esset omnium amissa una nocte, nisi esset feneritas illa suscepta.

a Redditio dissimilitudinis cum repetitione prioris.

b Remouet in iudicij subiecta à Sylla cõtra que in eodẽ misericordiæ subiecta cũmunit per dissimilitudinem.

c Prioris dissimilitudinis.

d ἐφυσία.

e ἀντανάδοσις dissimilitudinis.

f Addit Syllę filij deprecationẽ ad commiserationẽ vehementius permouendã. Qua in re obliqua est collatio minorũ.

[1] Sed ut ad sceleratorum pœnam animo Respub. sum addactus, sic ad salutem innocentium voluntate dedecor. nihil video esse in hoc P. Sylla Iudici [2] odiosum, misericordia digna multa. Neque enim nunc propulsandæ calamitatis suæ causa supplex ad vos Iudices confugit: sed neque generis ac nominis sui nota nefaria turpitudinis inuratur. [3] Nam ipse quidem, si erit vestro iudicio liberatus, quæ habet ornamenta, quæ solatia reliquæ vitæ, quibus latari et perfrui possit? domus erit, [4] credo, exornata: aperientur maiorum imagines: ipse ornatum ac vestitum recuperabit. omnia Iudici bona amissa sunt, omnia generis, nominis, honoris insignia atque ornamenta unius iudicij calamitate occiderunt. [5] sed ne extinctus patria, ne proditus hostis appelletur, ne hanc labem tanti generis familia relinquat, id laborat, id metuit: cui honoris integros fructus non sit traditurus, ne æternam memoriam dedecoris relinquat. [6] Hic vos orat Iudices parum, vt se aliquando si non integra fortuna, at afflicta patri suo gratulari finatis. hunc miseræ naturæ sunt iudiciorum itinera & fori, quam disciplinarum. Non iam de vita P. Sylla Iudicis, sed de sepultura contenditur. vita erepta est superiore iudicio: nunc, ne corpus eiiciatur, laboramus. Quid enim est huic reliqui, quod cum in vita hoc tenea[tur]

tenea[tur] aut quid est quamobrem hæc cuiquam vita videatur? [1] Nuper is homo fuit in ciuitate P. Sylla, vt nemo ei se neque honore, neque gratia, nec fortuna anteferret: nunc spoliatus omni dignitate, quæ erepta sunt, non repetit: quod fortuna in malis reliquis fecit, vt cum parente, cum liberis, cum fratre, cum his necessariis lugere suam calamitatem liceat, ad sibi ne eripiatis, Iudices, vos obtestatur. [2] Te ipsum iam Torquate expletum huius miseriis patear. si nihil aliud Sylla, nisi Consulatum, abstulisses: tamen eo vos contentos esse oportebat. honoris enim contentio vos ad causam, non inimicitias deduxerunt. [3] Sed cum inuisa omnia cum honore detracta sint, cum in hac fortuna misera ac luctuosissima destitutus sit: quid est, quod expetas amplius? lucisne hanc usuram ei reperis? vis plenam lacrymarum atque mœroris, in qua cum maximo cruciatu atque dolore retinetur? libenter reddiderit adempta ignominia fœdissimi criminis. an verò inimicum vt expellas? cuius ex miseriis, si esses crudelissimus, videndo fructum caperes maiorẽ, quam audiendo? [4] O miserum, & infelicem illum diem, quo Consul omnibus centuriis P. Sylla renuntiatus est: o falsam spem: ô volucrem fortunam: ô eandem cupiditatem: ô præpropera gratulationem: quam citò illa omnia ex lætitia, & voluptate ad luctum, & lacrymas reciderũt? vt qui paulò antè Consul designatus fuisset, retineret repetè nullum vestigium pristinæ dignitatis. [5] Quid enim erat mali, quod huic spoliato honore, fama fortunis, deesse videretur? aut cui nouæ calamitati locus nullus relictus esset? [6] urget eadem fortuna quæ cepit: repetit nouum mœrorem: non patitur hominem calamitosum vno modo afflictum vno in luctu perire. [7] Sed iam impedior egomet Iudices dolore ani-

a Collatione dissimilium misericordiam mouet.

b Apostrophe ad accusatorẽ cum minorũ collatione.

c Redditio maiorum

d Exclamatio cũ grauí deploratione rerũ aduersarũ p dissimilitudinem.

e Iterat collationẽ minorum

f ἀντανάδοσις maiorum.

g Remouetur ipsius ad Iudices cũ implorationem misericordię quæ confirmat collationẽ similium.

mi,ne de huius miseria plura dicam.vestræ iam sunt partes Iudices:in vestra mansuetudine,atque humanitate causam totam repono vos & reiectione interposita nihil suspicantibus nobis repentinum in nos iudices consedistis,ab accusatoribus,delecti ad spem acerbitatis,à fortuna nobis ad præsidium innocentiæ constituti.[1] Vt ego quid de me populus Romanus existimaret,qua severus in improbos fueram,laborani,& quæ prima innocentiæ mihi defensio est oblata, suscepi:[2] sic vos severitatem iudiciorum,quæ per hos menses in homines audaciss. malos est,lenitate ac misericordia mitigate.Hoc cũ impetrare à vobis ipsa causa debet:tum est vestri animi atque virtutis declarare,non esse eos vos,ad quos potissimum interposita reiectione devenire cõsenerit.[3] in quo ego Iudices vos,quantum mens amor in vos pectulat tantum hortor, vt communi studio, queniam in Rempublicam venimus,mansuetudine,& misericordia vestra falsam à nobis crudelitatis famam repellamus.

1 Protasis similitudinis.

2 ἀπόδοσις similitudinis.

3 Prætulit finẽ absolvendi fyllæ.

PRO

PRO A. LICINIO ARCHIA POETA.

ORATIO XXVI.

[1] QVID est in me ingenij iudices,quod sentio quàm sit exiguum: aut si qua exercitatio dicendi,in qua me non inficior mediocriter esse versatum: aut si huius rei ratio aliqua ab optimarum artium studiis, & disciplina profecta, à qua ego nullum confiteor ætatis meæ tempus abhorruisse: earum rerum omnium vel in primis hic A. Licinius [2] fructum à me repetere prope suo iure debet.[3] Nam quoad longissimè potest mens mea [4] respicere spatium præteriti temporis, & pueritiæ memoriam recordari ultimam,inde usque repetens hunc video mihi principem,& ad suscipiendam,& ad ingrediendam rationem horum studiorum extitisse.[5] Quòd si hæc vox hanc hortatu, præceptisque confirmata,nonnullis aliquando saluti fuit:à quo id accepimus,quo cæteris opitulari, & alios servare possemus,huic profectò ipsi, quantum est situm in nobis,& opem, & salutem ferre debemus.[6] Ac ne quis à nobis hæc ita dici forte miretur,quòd alia quædam in hoc sit facultas ingenij,neque hæc dicendi ratio aut disciplina:meo nos quidem hunc omnes studio pertinui vnquam dedisse fuimus.[7] Etenim omnes artes,quæ ad humanitatem pertinent,habent quoddam commune vinculum,

1 Exordij huius duo sunt præcipua capita. Priore Cicero reddit officij sui rationem.Ostendit enim Archiam sibi defendendum fuisse,qd ab eo dicendi facultatem reperit. Arg. est ex materia. Complexio præcedit instar quæstionis apposita.
2 Metaphora.
3 Assumptio syllogismi.
4 Metaphora ex immutatis abstineribus.
5 Propositio quasi complexionis speciem expressa augetur minorum collatione.
6 Occupatio est quæstionis ex proxima sententia nata.

sentis,quę dissolui ne dissimilitudine possunt,deinde etiam argumento à genere ad speciem
7 Vide num quid desit. Nam hæc ratio non coheret cum sententia anteposita sed ad aliquid speciale confirmandum adhibita videtur fuisse.

Universidad de Deusto Biblioteca

lum

Universidad de Deusto
Biblioteca

1 Altera pars exordij qua petit sibi dari veniã paulo liberius de literis dicendi. Arg. est ex subiecta tum in obiectione, tũ in subiectione: sed hic ex confessionis, illic vero ex repugnãtibus specie quadã.

2 Deprecatio est præcipua vim subiectionis continẽs.

3 Conclusio est exordij appositionem, vt Rhetores vocant, totiꝰ orationis continens, id est, summam quæstionẽ ad iudicis collationem minorum.

4 Narratio qua causas ex aliis ducit, quibus adiutus Archias ciuis Romanus factus fuerit. Prima est ingenij & doctrinæ fama atque admiratio.

lum, & quasi cognatione quadam inter se continentur. [1] Sed ne cui vestrum nimiũ esse videatur, me in quæstione legitima, & in iudicio, publice cum res agatur apud Prætorẽ Pop. Rom. lectissimũ virum, & apud sapientissimos iudices, tanto conuentu hominum ac frequentia, hoc vti genere dicendi, quod non modo à consuetudine iudiciorum, verùm etiam à foren si sermone abhorreat: [2] quæso à vobis, vt in hac causa mihi detis hãc veniam, accommodatam huic rei, vtilis quemadmodum spero non molestam: vt me pro summo iudicio atque eruditissimo homine dicentem, hoc concursu hominum literatissimorum, hac vestra humanitate, hoc denique Prætore exercente iudicium, patiamini de studiis humanitatis, ac literarum paulò loqui liberius: & in eiusmodi persona, quæ propter etium ac studium ruminẽ in iudiciis periculisque tractata est, vti propè nouũ quendam, & inusitato genere dicendi: [3] quòd si mihi à vobis tribui concedique sentiam, perficiam profectò, vt hunc A. Licinium non modo non segregandum, cùm sit ciuis, à numero ciuium, verùm etiam, si non esset, putetis asciscendum fuisse. [4] Nam vt primum ex pueris excessit Archias, atque ab ijs artibus, quibus ætas puerilis ad humanitatem informari solet, se ad scribendi studium contulit: primùm Antiochiæ (nam ibi natus est, loco nobili, & celebri quondam urbe & copiosa, atque eruditissimis hominibus, liberalissimisque studijs affluenti) celeriter antecellere omnium ingenij gloria contigit. Post in cæteris Asiæ partibus, cunctaq; Græcia, sic eius aduentus celebrabatur, vt famam ingenij, expectatio hominis, expectationem ipsius aduentus, admiratioque superaret. [5] Erat Italia tunc plena Græcarum artium ac disciplinarum:

rum: studiaque hæc & in Latio vehementiùs tum colebantur, quàm nunc ijsdem in oppidis: & hæc Romæ propter tranquillitatem Reipublicæ non negligebantur: Itaque hunc & Tarentini & Rhegini & Neapolitani ciuitate cæterisque præmijs donarunt: & omnes, qui aliquid de ingenijs poterant iudicare, cognitione atque hospitio dignum existimarunt. Hac tanta celebritate famæ, cùm esset iam absentibus notus, Romam venit Mario Consule, & Catulo, nactus est primùm Consules eos, quorum alter res ad scribendum maximas, alter cùm res gestas, tum etiam studium atque aures adhibere posset, [1] statim Luculli, cùm prætextatus etiam tum Archias esset, eum domum suam receperunt, [2] sed enim hoc non solùm ingenij ac literarum, verùm etiam naturæ atque virtutis fuit, vt domus quæ huius adolescentiæ prima fuerit, eadem esset familiarissima senectuti. Erat temporibus illis iucundus Qu. Metello illi Numidico, & eius Pio filio: audiebatur à M. Aemilio: viuebat cum Qu. Catulo, & patre, & filio: à L. Crasso colebatur: Luculles vtrũ, & Druſum & Octauios, & Catonem, & totam Hortensiorum domum deuinctam consuetudine cùm tenerent, efficiebatur summo honore, quòd eum non solùm colebant, qui aliquid percipere aut audire studebant, verùm etiam, si quis fortè simulabant. [3] Interim satis longo intervallo, cùm esset cum L. Lucullo in Ciliciam profectus, & cùm ex ea prouincia cum eodem Lucullo decederet, venit [4] Heracleam: quæ cùm esset ciuitas æquissimo iure ac fœdere, ascribi se in eam ciuitatẽ voluit: idq; cùm ipse per se dignus putaretur, tum auctoritate, & gratia Lucullj ab Heraclienſibus impetrauit. [5] Data est Ciuitas Syllani lege & Carbonis,

1 Accommodat ingenij & doctrinæ cõmendationẽ ad proferendam causſam intermediam quæ tamẽ ratione superioris est effectus quidam.

2 Collatione minorũ augetur Archiæ laudẽ.

1 Declinatur ad tertiã causſam, quæ nascitur ex secũda, vt secũda ex prima. In hac autẽ probanda, totius causæ cardo vertitur. Syllest 3. modi 1. generis. Assũptionis pars præcedit causſas adiungit ibusexplicata.

2 Hæc vrbs Italiæ fuit in tert Appẽninũ & finum Taẽtinũ. Nã hoc nomine multæ aliæ vrbes in variis regionibus fuerunt.

3 Propositio ex causſis principibus.

bonis, si qui fœderatis civitatibus ascripti fuissent. si tum, cum lex ferebatur, in Italia domicilium habuissent. & si sexaginta diebus apud Prætorem essent professi.[1] Cum hic domicilio Romæ multis iam annis haberet, professus est apud Prætorem Q. Metellum familiarissimum suum,[2] Si nihil aliud nisi de civitate, ac lege diceremus, nihil dici amplius: causa dicta est.[3] Quid enim horum infirmari Gracche potest? Heraclea ne esse eum adscriptum negabit? adest vir summa auctoritate & religione, & fide L. Lucullus, qui se non opinari, sed scire:[3] non audisse, sed vidisse: non interfuisse, sed egisse dicet.[4] adsunt Heraclienses Legati, nobilissimi homines, qui huius iudicij causa cum mandatis, & cum publico testimonio venerunt, qui hunc ascriptum Heraclensem dicunt.[5] Hic tu tabulas desideras Heraclienses publicas, quas Italico bello incenso tabulario interisse scimus omnes. Est ridiculum ad ea quæ habemus nihil dicere, quærere quæ habere non possumus: & de hominum memoria tacere, literarum memoriam flagitare: & cum habeas amplissimi viri religionem, integerrimi municipij iusiurandum, fidemque eam, quæ depravari nulla modo possunt, repudiare: tabulas quas idem dicis solere corrumpi, desiderare.[6] At domicilium Romæ non habuit is, qui ante annis ante civitatem tantam, sedem omnium rerum ac fortunarum suarum Roma collocandi?[7] At non est professus: imo vero is tabulis professus, quæ sola ex illa professione, colleguique Prætorum obtinent publicarum tabularum auctoritatem. Nam cum Appij tabulæ negligentius asservatæ dicerentur, Gabinij, quandiu incolumis fuit, levitas, post damnationem, calamitas, omnem tabularum fidem resignasset: Metellus homo sanctissimus modestissimusque omnium, tanta diligentia fuit, ut ad L. Lentulum Prætorem, & ad Iudices venerit, & vitiosi nominis litura se comotum esse dixerit.[1] Hi igitur tabulas nullam lituram in nomen A. Licinij videtis.[8] Quæ iusta sunt, quid est quod de eius civitate dubitetis? præsertim cum alias quoque in civitatibus fuerit adscriptus.[2] Etenim cum mediocribus multis, & aut nulla, aut humili aliqua arte præditis gratuito civitate in Græcia homines impertiebantur, Rhegyni,[4] credo, aut Lucrenses, aut Neapolitani, aut Tarentini, quod scenicis artificibus largiri solebant, id huic summa ingenij prædito gloria noluisset?[5] quid? cum cæteri non modo post civitatem datam, sed etiam post[6] legem Papiam, aliquo modo in eorum municipiorum tabulas irrepserunt: hic qui nec vitium quidem illis, in quibus est scriptus, quod semper se Heraclienses esse volaut, reiecturus?[7] Censui nostri requirris scilicet. Est enim ubicunque proximus Censoribus, huic cum clarissimo Imperatore L. Lucullo apud exercitum fuisse, superioribus, cui quod Quæstore fuisse in Asia, primis Iulio & Crasso, nullam populi partem esse censum.[8] Sed quoniam censui non ius civitatis confirmat, ac tantummodo indicat, eam, qui sit census, ita se iam tum gessisse pro

1 Assumptionis reliquæ partes duæ ex adiunctis quibusdam.

2 Completionis sententiæ hoc loco est.

3 Confirmationis vis tota in probanda assumptione versat. Prima autem pars eius testimonii probatur.

4 Orbis concinnitatis.

5 Alterum testimonii quo primam assumptionis partem confirmat.

6 Prolepsis qua diluit obiectionem ac cautionis ex repugnantibus quæ nascuntur ex infirmatione maiorum. Nam si grauissimis testibus non habetur fides, nec tum tabulis.

7 Alteram assumptionis partem per speciem occupationis confirmat ex parte ad totum. Nam si Romæ domicilium habuit, habuit in Italia.

8 Tertiam partem assumptionis item per prolepsin confirmat ex obiectis, quæ augentur collatione minorum.

tertium

1 Ex remotione subiectorum repugnantium verum esse professionem Archiæ probat.

2 Copulatio syllogismi principis cui quadam repetitione partis assumptionis.

3 Proximam sententiæ cum fit ut minorum collationem.

4 ἰσοσθένεια.

5 Altera collatio sed maiorum quæ aliquot verbis mutilata est. Legendum autem fortasse ita fuerit: Quia cum cæteri qui non modo (tacti) irrepserunt, non reiecturi hic qui &c.

6 Lex Papia acerbius erat quā quæ Licinia eos qui cives Rom. nō esse renuntiari iubebat in suis civitatibus.

cuius

1 Pro causa q. Archię defuerat alia adulta & effecta status Rationis Archiæ obtinuit.

2 Permissio cum licentia quam figurâ Græci παρρησίαν vocant.

3 Altera pars confirmationis, qua probat alteram partē propositæ initio collationis. Disputat autē primum de se ac deinde de studijs literarum in genere.

4 Prolepsis dissimilitudinis.

5 Legēdum est (si nullius vnquam me tempore aut cōmodō &c.) vtendi ipsa sententia. Nam dissimilitudinē sui & alio rū Cic. vult ostēdere. Si aliter legas nulla erit dissimilitudo.

ciue: [1] ijs temporibus, quæ tu criminaris, ne ipsius quidem iudicio ciuium Romanorum esse versatum, & testamentum, sæpe fecit noster is legibus, & adijt hereditates ciuium Romanorum, & in beneficijs ad ærarium delatas est à L. Lucullo Prætore, & Consule. [2] Quære argumenta, si qua potes: nunquam autem hic neque suo, neque amicorum iudicio restituetur. [3] Quares à nobis Gracche, cur tantopere hoc homine delectemur? quia suppeditat nobis, vbi & animus ex hoc forensi strepitu reficiatur, & aures conuicio defessæ conquiescant. An tu existimas, aut suppetere nobis posse, quod quotidie dicamus in tanta varietate rerum, nisi animos nostros doctrina excolamus? aut ferre animos tantam posse contentionem, nisi eos doctrina eadem relaxemus? [4] Ego verò fateor me his studijs esse deditum: cæteros pudeat, si qui ita se literis abdiderunt, vt nihil possint ex his neque ad communem afferre fructum, neq; in aspectum lucémq; proferre. [5] Me autem quid pudeat? quis tot annos ita vitam Iudices, vt ab [6] illis nullo me vnquam tempore aut commodū, aut otiū meū abstraxerit, aut voluptas auocarit, aut denig somnus retardarit. [6] Quare quis tandem me reprehendat, aut quis mihi iure succenseat, si quantum cæteris ad suas res obeundas, quantum ad festos dies ludorum celebrandas, quantum ad alias voluptates, & ad ipsam requiem animi & corporis conceditur tempori: quantum alij tribuunt in tempestiuis conuiuijs: quantum denique aleæ, quantum pilæ, tantum mihi egomet ad hæc studia recolēda sumpserō? [7] Atque

1 ἀντιπαράστασις dedicit, idq; auget cōparatione subiectorū ex quibus vīnulla vim habēt minorū.

6 Concludit sibi vltio dandū nō esse q. sit literis 7 Studia literarū ex consequētibus esse vtilissima quæ quidem transfert ad collationem minorum.

hoc adeò mihi concedendum est magis, quod ex his studijs, hoc quoque ereuerit oratio, & facultas: quæ quantacunque in me est, nunquam amicorum periculis defuit. Quæ si cui iniuriè videtur, illa quidē tertia, quæ summa sunt, ex quo fonte hauriā, sentiat. [1] Nam nisi multorum præceptis, multisq; literis mihi ab adolescentia suasissem, nihil esse in vita magnopere expetendum, nisi laudem atque honestatem? in ea autem persequenda omnes cruciatus corporis, omnia pericula mortis, atque exitij parui esse ducenda: nunquam me pro salute vestra in tot ac tantas dimicationes, atq; in hos prostigatorum hominum quotidianos impetus obiecissem. Sed pleni omnes sunt libri, plenæ sapientum voces, plena exemplorū vetustas: quæ iacerent in tenebris omnia, nisi literarum lumen accederet. Quam multæ nobis [2] imagines, non solū ad intuendū, verūm etiam ad imitandum fortissimorum virorum expressæ, scriptores & Græci, & Latini reliquerūt! quas ego mihi semper in administranda Repub. proponens, animum, & mentem meam ipsa cogitatione hominum excellētium conformabam. [3] Quæret quispiam, quid? illi ipsi summi viri, quorum virtutes literis proditæ sunt, istāne doctrinam, quā tu laudibus effers, ervditi fuerunt? difficile est hoc de omnibus confirmare: sed tamen est certum quid respondeam. [4] Ego multos homines excellenti animo ac virtute fuisse, & sine doctrina naturæ ipsius habitu prope diuino, per seipsos & moderatos, & graues extitisse fateor: etiam illud adiū vsq; ad laudem atque virtutem [5] naturā sine doctrina, quam sine natura valuisse doctrinam. [6] atque ideo ego hoc tendo, cum ad naturam eximiam atq; illustrē accesserit ratio quædā conformatq; doctrina, tum illud nescio quid præclarum ac singulare

1 Reddit solutionem maiorum esse factorum syllogismo concluso quo probat literarum præstantiam ex effectorū præstantia.

2 accenderet. Hoc verbum nullo pacto conuenit.

2 Alegoria à picturibus.

3 Occupatio est quæstionis quæ nascebatur ex superioribusq; quædam solui dilatione quādam ex loco dissimili. m.

4 Prolepsis dissimilitudinis.

5 ἐνάντιόν Nam ex duobus verbis alterum primo loco positum intermedio loco reperitur, alterum inter medios loco positum reperitur extremo.

6 Reddit solutionem maiorum collatam ex minorum.

solere existere.[1] Ex hac esse inuno numero, quem patres nostri viderunt, diuinũ hominem[2] Africanum: ex hac C. Laliũ, L. Furium, modestissimos homines & cõtinentissimos: ex hac fortissimũ virum, & alios temporibus doctissimum, M. Catonẽ illum senẽ:[3] qui profectò si nihil ad percipiendã colendãq; virtutem literis adiuuarentur, nunquã se ad earum studium contulissent.[4] Quòd si non hic tantus fructus ostenderetur, & si ex his studijs delectatio sola petereturtamen, vt opinor hãc[a] animaduersionem humanissimã ac liberalissimã iudicaretis.[5] Nam cætera neque temporũ sunt, neq; ætatũ omniũ, neque locorum:[6] hæc studia adolescentiam alunt, senectutem oblectãt, secundas res ornant, aduersis perfugium ac solatium præbẽt, delectant domi, non impedium foris, pernoctãt nobiscum, peregrinantur, rusticãtur.[7] Quod si ipsi hæc neque attingere, neq; sensu nostro gustare possemus, tamẽ ea mirari deberemus, etiam cùm in aliis videremus.[8] Quis nostrum tã animo agresti ac duro fuit, vt Roscij morte nuper nõ cõmoueretur? qui cùm esset senex mortuus, tamen propter excellentem artem ac venustatem, videbatur omnino mori non debuisse.[9] ergo illic corporis motus tantum amorem sibi conciliarat à nobis omnibus, non animorum incredibilis memoria celeritasq; ingeniorum negligenda?[10] Quamobrem ego hunc Archiam vidi Iudices (futuri enim vsum boni[b] rogatione, quoniã me in hoc nouo genere dicendi tam diligenter attendistis)[11] quoties ego hic versiculum aliquem scripsisse nullum, magnũ numerum

1 Illustrat specialibus exemplis sententiã prorsus positam.
2 Minorem Africanum intelligit. Vide in Bruto.
3 Ex cõfessis propositionẽ hanc colligit.
4 Auget laudem literarũ collatione minorum effectorũ & cauſarũ.
a animi remissionem.
5 Prosapiæ collationem.
6 ἀντικόλπισις maiorum ex præstantioribus affectis & pluribus eorum modis.
7 Propius accedit ad hypothesin ſyll. propositionẽ exemplo quæ ſpeciatim Archiæ accõmodari poſſe arguit ex ad munditis ad ſubiecta.
8 Confirmat propositionem collatione minorum.
9 Redditio maiorum cum repetitione arg. 10 Tandem ſpeciatim ad Archiã delabitur, cuius doctrinam atq; eruditionẽ exemplo probat ex effectis teſtimonio ſuo confirmatis. Atque hic quidẽ aſſumptio intro-

optimorum versuum de his ipsis rebus quæ tũ agerentur, dicere ex tempore quoties reuocatum eandem rem dicere cõmutatis verbis atque sententijs![1] quæ vero accuratè, cogitatè, scripsissit, ea sic vidi probari, vt ad veterum scriptorum laudem peruenirent.[2] hunc non ego diligentiã admirer? non omni ratione defendendum putem?[3] Atqui sic à summis hominibus, eruditissimis, accepimus, cæterarum rerum studia & doctrina, & præceptis, & arte constare: poëtam natura ipsa valere, & mẽtis viribus excitari, & quasi diuino quodã spiritu afflari.[4] Quare suo iure noster ille Ennius sanctos appellat poëtas, quòd quasi deorum aliquo dono atque munere commendati nobis esse videantur.[5] Si igitur Iudices, sanctum apud vos humanissimos homines hoc poëtæ nomen, quod nulla vnquã barbaria violauit,[6] Saxa & solitudines voci respondent, bellua sæpe immanes cantu flectuntur atque consistunt: nos instituti rebus optimis non poëtarum voce moueamur?[7] Homerum Colophonij ciuem esse dicunt suum, Chij suum vendicant, Salaminij repetunt, Smyrnæi verò suum esse confirmant: itaque etiam delubrum eius in oppido dedicauerunt: permulti alij præterea pugnant inter se, atque contendunt.[8] Ergo illi alienum, quia poëta fuit, post mortem etiam expetunt: nos hunc viuum, qui & voluntate, & legibus nostris est, repudiabimus? præsertim cùm omne olim studium atque omne ingenium contulerit Archias ad populi Romani gloriam laudemq; celebrandã nam & Cimbricas res adolescens attigit, & ipsilli C. Mario, qui dubitor ad hæc studia videbatur, iucundus fuit.[9] Neq;

1 Addit erãt collationem partium.
2 Cõplexio, itaque admirandus est Archias.
3 Redit ad thesin & in genere de poëtarũ præstantia disputat ex præsationis cauſarum collatione, quæ tamen dissimilium ſpeciem obtinet.
4 Arg. à ſubiectis ad adiuncta. Poëtæ omnes ſancti esse debent. Hæc propositio Ennij testimonio & etymologia nominis firmatur.
5 Auget ſententiam propositionis collatione minorum.
6 Addit alteram collationem imperiti ſed ex minorum loco.
7 Altera collatio minorũ.

enim quisquam est tam aversus [1] à Musis, qui non mandari versibus æternum suorum laborum facile præconium patiatur? [2] Themistoclem illum summum Athenis virum dixisse aiunt, cum ex eo quæreretur, quod acroama aut cuius vocem libentissimè audiret: cui, à quo sua virtus optimè prædicaretur. Itaq; ille Marius item eximie [3] L. Plotium dilexit, cuius ingenio putabat ea, quæ gesserat, posse celebrari. [4] Mithridaticum verò bellum magnū atque difficile, & in multa varietate terra mariq; vexatum, totum ab hoc expressum est: [5] qui libri non modò L. Lucullum fortissimum, & clarissimum virum, verùm etiam populi Romani nomen illustrant. Populus enim Rom. aperuit Lucullo imperante Pontum, & regis quòdam opibus & ipsa natura regionis vallatis: populi Romani exercitus eodem duce non maxima manu innumerabiles Armeniorum copias fudit: populi Romani laus est, urbem amicissimam Cyzicenorū eiusdem consilio ex omni impetu regio, ac totius belli ore ac faucibus ereptam esse, atque conservatam: nostra semper feretur, & prædicabitur L. Lucullo dimicante cum interfectus ducibus depressa hostium classis, & incredibilis apud Tenedum pugna illa navalis: nostra sunt trophæa, nostra monimenta, nostri triumphi. [6] Quare quorum ingenio hæc firmantur, ab iis po. Rom fama celebratur. [7] Charus fuit Africano superiori noster Ennius: itaque etiam in sepulchro Scipionum putatur is esse constitutus è marmore. At iis laudibus certè nō solum ipse, qui laudantur, sed etiam populi Romani nomen ornatur. In eorum hunc proæmii Cato tollitur magnus honos populi Romani rebus adiungitur. omnes denique illi Maximi, Marcelli, Fulvii nostræ communi omnium vestrum laude decorantur.

1 Metonymia
2 Primum exemplum.
3 Secundum exemplum inductionis quæ aliquando per intermissa posita reperire ut
4 Addit alia etiam subiecta in quibus Archias scribendo versatus sit.
5 Arg. est ex materia laudis suæ nominis quæ constat ex bene factis & rebus præclare gestis. Syllogismus est plenus. Complexio prima fuit assumptio sequitur in amplificationem rerum à pop. Rom. gestarū. De quibus vide Appian. in Mithridatico.
6 Propositio instar complexionis expressa.
7 Confirmat proximā propositionē speciali exēplo Ennij.

tur. [1] Ergo illum, qui hæc fecerat, [2] Rudinum hominem maiores nostri in civitatem receperūt: nos hūc Heracliensem, multis civitatibus expetitum, in hac autem legibus constitutum, de nostra civitate eiiciemus? [3] Nam si quis minorē gloriæ fructum putat ex Græcis versibus percipi, quam ex Latinis, vehementer errat: propterea quòd Græca leguntur in omnibus fere gentibus, Latina suis finibus, exiguis sanè continentur. [4] Quare si res hæ, quas gessimus, orbis terræ regionibus definiuntur, cupere debemus, quò manus manuum nostrarum tela pervenerint, eòdem gloriam famamq; penetrare: quod cum ipsis populis, de quorum rebus scribitur, hæc ampla sunt: tum iis certè, qui de vita gloriæ causa dimicant, hoc maximum & periculorum incitamentum est, & laborum. [5] Quam multos scriptores rerum suarum magnus ille Alexander secum habuisse dicitur? atque ei tamen, cum in Sigæo ad Achillis tumulum astitisset, O fortunate, inquit, adolescens, qui tuæ virtutis Homerum præconem invenieris: & verè. nam nisi * illa ars extitisset, ille idem tumulus, qui corpus eius continebat, nomen etiam obruisset. [6] Quid noster hic Magnus, qui cum virtute fortunam adæquavit? nonne Theophanem Mytilenæum scriptorem rerum suarum in concione militum civitate donavit? & nostri illi fortes viri, sed rustici ac milites, dulcedine quadam gloriæ commoti, quasi participes eiusdem laudis magno illud clamore approbarunt? [7] Itaque, credo, si civis Romanus Archias legibus non esset, ut ab aliquo Imperatore

1 Per collationem minorū accommodat tenuj exēplō ad causam Archiæ.
2 Rudinæ Tenuj patria, unde hic dicitur Rudinus.
3 Occupatio est quæ solvitur ex contrariis & collatione minorum subiectarum linguæ tam Latinæ, quam Græcæ.
4 Concludit ex fine suo per dissimilitudinem rerū gestas Romanorum Græca lingua celebrari oportere.
5 Tertiū est intermissis superioris inductionis exemplum.
* Ilias illa extitisset, id.
6 Quartum exemplum de Pompeio in quo animad-

uerte allusionem ad similitudinem cognominis
7 Concludit Archiam commendatione artis poeticæ civitatem Romanam facile impetrare potuisse. Sed hoc superiorib⁹ expungitur.

1 Altera ipsorum vim repugnantium habens ex dissolutione minorum. Iterat vim enthymematis collationis sed sine ironia.

2 Obiit Archias fuisse in ea civitate aliis variorum[a] adiiscendi civitatem Romanam addita etiam aliorum collatione maiorum.

3 In hac collatione quintus est exemplum Inductionis.

4 Conclusio inductionis per epiphonema.

5 Addit etiam testium exemplum auctum minorum collatione.

[a] prædicari se

[b] Decimus

6 Septimum exemplum.

7 Octauum exemplum, vnde elicit conclusio per collationem minorum.

8 Addit nouum exemplum de sua expiditate

civitate donaretur, perficere non potuit? [b] Sylla cum Hispanos, & Gallos donaret, credo, hunc petentem repudiasset, quem nos in concione vidimus, cum ei libellum malus poëta de populo subiecisset, quod Epigramma in eum fecisset tātummodo alternis versibus longiusculis, statim ex iis rebus, quas tunc vendebat, subere ei præmium tribui sub ea conditione, ne quid posthea scriberet.[2] Qui scelus tatem mali poëtæ duxerit aliquo tamen præmio dignam, huius ingenium, & virtutem in scribēdo, & copiam non expetisset? Quid? a Q. Metello Pio familiarissimo suo, qui ciuitate multos donauit, neq; per se, neque per Lucullos impetrauisset qui præsertim vsq; eo de suis rebus scribi cupiebat, [3] vt etiam Cordubæ natis poetis pingue quiddam sonantibus, atq; peregrinum, tamen aures suas dederet. [4] Neq; enim est hoc dissimulandum, quod obscurari non potest: sed pro nobis ferendum: trahimur omnes laudis studio: & optimus quisque maximè gloria ducitur.[5] Ipsi illi philosophi, etiam in illis libellis, quos de contemnenda gloria scribunt, nomen suum inscribunt: in eo ipso, in quo prædicationem nobilitatemq; despiciūt,[a] prædicari de se ac nominari volunt.[b] [6] Decuit quidem Brutum, summum illum virum & Imperatorem, Accij amicissimi sui carminibus templorum ac monimentorum aditus exornari suorum.[7] Iam verò ille, qui cū Aetolis Ennio comite bellauit Fulvius, non dubitauit Martis manubias Musis consecrare. Quare in qua vrbe Imperatores propè armati poetarum nomen, & Musarum delubra coluerūt: in ea non debent togati iudices à Musarum honore, & à poëtarum salute abhorrere.[8] Atque vt id libentius fa-

ciatis, iam me vobis Iudices, indicabo, & de meo quodam amore gloriæ, nimis acri forte fortasse, verumtamen honesto, vobis confitebor. Nam quas res nos in Consulatu nostro vobiscum simul prosalutē huius vrbis, atque Imperij, & privita ciuium, proq; vniuerso Reipub. cessimus, attigit hic versibus, atque inchoauit: quibus auditis, quod mihi magna res, & iucunda visa est, hunc ad perficiendum hortatus sum. Nullam enim virtus aliam mercedem laborum periculorumq; desiderat, præter hanc laudis, & gloriæ:[1] qua quidē detracta, Iudices, quid est quod in hac tam exigua vitæ curriculo, & tam brevi, tantis nos in laboribus exerceamus? certè si nihil animus præsentiret in posterum, & si, quibus regionibus vitæ spatium circumscriptum est, eisdem omnes cogitationes terminaret suas: nec tantis se laboribus frangeret, neque tot curis, vigiliisq; angeretur, nec totiēs de vita ipsa dimicaret.[2] nunc insidet quædam in optimo quoque virtus, quæ nos stimulet, & dies animorum gloria stimulis cōcitat, atque admonet, non cum vita tempore esse dimittendam commemorationem nominis nostri, sed cum omni posteritate adæquandā.[3] An verò tam parui animi videamur esse omnes, qui in Reipub. atque in hac vitæ periculis laboribusque versamur, vt cum vsque ad extremum spatium, nullum tranquillum atq; otiosum spiritum duxerimus, nobis cum simul moritura omnia arbitremur?[4] An, cum statuas & imagines non animorum simulacra, sed corporum, studiosè multis summis hominibus reliquerint, consiliorum relinquere ac virtutum nostrarum effigiem nonne multò malle debemus, summis ingeniis expressam, & politam?[5] Ego verò omnia, quæ gerebam, tam tum in gerendo spargere me ac disseminare arbitrabar in orbis terræ memoriā sempiternam.

[a] Decuit

1 Argumentatur à fine ad destinata. & syllogismo connexo concludit, Propositio complexionem sequitur Assumptio ratio est.

2 Assumptio per confirmationem finis.

3 Argumentatur ex repugnantibus effectis ad ipsas repugnantes causas.

4 Addit collationem minorum.

5 Exemplo sibi illudens proximam sententiam

nihil erat necesse dicere. Nemo enim id ignorabat.

piternam. Hæc vero siue à meo forsè post mortem ad futuros sunt, siue, vt sapientissimi homines putauerunt, ad aliquam animi mei partem pertinebunt, nunc quidem certè cogitatione quadam, spe q; delector. [1] Quare conseruate Iudices hominem, pudore eo, quem amicorum studijs videtis cõprobari, tum dignitate, tum etiã verecundia: ingenio autem tanto, quantum id conuenit existimari, quod summorum hominũ ingeniis expetitum esse videatur: causa verò eiusmodi, quæ beneficio legis, auctoritate municipij, testimonio Luculli, iudicio Metelli comprobatur. [2] Quæ cum ita sint, petimus à vobis Iudices, si qua non modo humana, verum etiam diuina in tantis negotijs commendatio debet esse vt eum, qui vos, qui vestros Imperatores, qui pupillum Romuli gestas semper ornauit, qui etiam his recentibus nostris vestrisq; domesticis periculis attentum se testimonium laudum daturum esse profitetur, quiq; est ex numero, qui semper apud omnes sanctissimi fuit habiti, atque dictissimi in vestram accipiatis fidem, vt humanitate vestra leuatus potius, quàm acerbitate violatus esse videatur. [3] Quod si causa pro mea cõsuetudine, breuiter, simpliciterq; dixi Iudices, ea confido probata esse omnibus: quæ non fori, neque iudicialis consuetudine, & de hominis ingenio, & communiter de ipsius studio locutus sum, ea Iudices, à vobis spero esse in bonam partem accepta: ab eo, qui iudicium exercet, certè scio.

1 Peroratio est cum epilogo summorum capitum.

2 Deprecationem adhibet ad benevolentiam cõciliandã. Argumentatio sunt ex causis, effectis, subiectis & adiunctis.

3 Totius orationis conclusio ex distinctione partiũ per dissimilitudinem.

AD POPVLVM ET EQVITES RO. ANTEQVAM IRET IN EXILIVM.

ORATIO XXVII.

[1] QVANDO inimicorum impetum propulsare ac propellere cupistis, defendite vos: vniuersi vt adulteri vnum, qui ne omnes succideretis, arderet, flamma conflagraretis, mei capitis periculo non dubitaui prouidere. [2] Nam quem virtutis gloria cum summa laude ad cælum extulit, eundem inimicorum inuidia indignissimè oppressum deprimat ad supplicium. [3] Si liberum conceptam dulcedinem animo inclusam continetis, nolite eo velle carere, qui charissimam vestram præcationem sui esse duxit. [4] Est enim liberale officium, serere beneficium, vt metere possit fructum. Fidei conducit, in loco debitum retribuere. Illic enim animi voluntas prompta comprobatur: hic memoria collaudatur. Itaque si omnibus graue seruitutis iugum esse debet in libertate educatis, sit is vestris animis acceptissimus, qui à vestro corpore iugũ acerbissimum repulit seruitutis. [5] Et si maiores vestri eos Imperatores, qui militum virtute hostium fregerunt furorem, iucundissimo fructu libertatis reconciliato, non solum fructus dignos putarunt, sed

* Hæc Oratiuncula vetustissimi sunt adulteri, ne Ciceronique ingenio indigna à plerisque reputetur.

1 Tota hæc oratio ad cõmiserationẽ Ciceroni quærendam comparata est. in fine Quirites hortat ad ipsius defensionem. Arg. ex partibus.

2 Constituit subiecta liberationis auctadissimilibus.

3 Aliud arg. ex subiectis beneficij sui in populum Romanum.

4 Hæc ratio

5 Ex paribus.

1 Ratio comparationis.
2 Argut collationē minorū
3 ἀντανάκλασις maiorum.
4 Confirmat prioris collationem alia collatione minoris ac a maioris magnitudine ex quibus enthymema conflat.
5 Addit etiam collationem minorum seiunctam cū maioribus.
6 ἀντανάκλασις maiorum.
7 Cōfirmat ex antecedentibus argumentis se iure petere vt sibi Quiritibus defendatur.
8 Confirmat repugnantibus proximam cōplexione.
9 Prolepsis obiectionis quæ fieri posset ipsum fortasse iacere quod deliquerit. Resp. dē autem remouendo primā materiā.
10 Remotione proximæ dissimilitudine ipsi iterata allusione citatur

etiam æterna triumphi laude decorarunt: [1] tum vos eum Consulem, qui non multum præsens fortitudine, sed sua eximia animi virtute hostilem ciuium mentem Senatus auctoritate vindicauit, existimate vobis veniendum in eundem esse. [2] Si quæ beneficia singulis ciuibus, primo timēti, dantur, ea solēt vt esse fructuosa, à quibus sunt profecta: [3] ita & merito possum ego vos ad defensionē meæ salutis aduocare, quos conseruasse universos. [4] Nam neq; maius est defendere vnū, quā populū: neque verius à singulis, quām ab omnibus repetere officij præmiū, & fructum propterea quòd in vnius periculo sæpe cōtentio parua est, vt leuis sit labor defensoris sustinendus: in Rempub. insidiis, quo firmius est quod oppugnatur, eo paratiores sunt inimici, vt sine magna sollicitudine, industria, virtute nemo queat resistere. [5] Et singulorū opes sæpe sunt tenues, & infirma ad gratiam referendā, vt opitulari benemerentibus nō queant, si maximè cupiāt: [6] vniuersorum auxilium eō plurimū prodest, quod firmioribus opibus est nixum. [7] Itaque igitur, quoniam & maior impensa in patriam vestra est, quām in priuatam fit defensione, & plus à vobis præsidij, quā à cæteris opis ad salutem potest afferri: vos obtestor, quos mihi & debere, & posse intelligo opitulari. [8] Non vēnerit enim, tum ego ad premerer dum essem tam fuerim expeditus, vos ad referendam gratiā esse tardiores: ne cuius amplitudinem ac gloriam laude, atq; honoribus amplificare debetis, eius incolumitatē & salutem deferendā existimetis. [9] Etenim errat si quis arbitratur M. Tullium idcirco in capitis periculum vocari, quòd dixerit aliquid, quòd patriā laserit, quod improbè vixerit. [10] non citatur reus audaciæ: virtutis reus citatur non accusatur quòd Rempu. oppugnarit sed quòd homo nouus perniciosum nobilium restitterit furorem. Non obest mihi turpis, & nocens, sed honestissimè, laudatissimēq; acta vita, non opes honorū, sed inuidia premor malorū. intelligūt homines tot, & tam præclaris testimoniis, monimentisq; virtutis comparatis. M. Tulli, domus sit in columis, fore voluptati, ideireo vitā eripere cupiūt, vt cum spiritu sensum quoq; adimant incundi-tatis. [1] Nonne igitur indignum est, eos præmia meis inuidere, qui virtute certare noluerunt? eos in contentionem honoris venire, qui officijs se superari aquissimo animo tulerunt? Si dulcis est gloria, [2] consequere virtutem, nulli alicuius labores. [3] petere honorem dico? imò verò famam, fortunas, familiam, liberos, caput, corpus, ipsum denique sanguinem, & animam. [4] Cedo inuitus de Repub. cedo oppressus de fortuna, de dignitate, discedo à Repub. vtilius audacia malorum. [5] Liceat manere, si non illum M. Tullium eundem vrbis, defensorem omnium, patrem patria, at certè reliquias Tullij: [6] liceat in conspectu ciuium, in hac vrbe, quam ex parricidarum faucibus eripui, versarer, tecta omnium fana deorum, vniuersam videri periculo liberata sue ciuitatem: liceat hæc ex flāma euolare, præsertim qui illud impium incendium perduxerim luminū lacrymis potius meis, quām sanguine vestro restingui malui. [7] Neque enim peto, vt mihi datis vitā sed datam repeto, vt reddatis. Si meminissitis quod dedi, vos non deberis obliuisci. sed retribuere quod debetis. [8] Vos, vos obtestor Dij immortales, qui mea menti lumina præstulistis, cum consensum extinxit coniurationis, arcēmque vrbis ab incendijs, ac flamma liberans, liberauit, vestros è gremio, & complexu maiorum ad cædem, & eruersionem

1 Arg. ex repugnantibus.
2 Argumentū ex ea causa efficientibus.
3 Vel mutila sententia est, vel hic Ciceronis adiunctum sit facile & crebro in scriptis sententiā amittit.
3 Correctio.
4 Alium sermonem iam infert quem scribo etiam omittet.
5 Deprecatio cum obliqua maiorum collatione.
6 ἀντιφορά
7 Inculcat beneficium suū & accommodat ad collationem pariū & ἀντιστροφὴν ad Deos in qua hic simul sententias integras ad verbum descriptis ex oratione pro Sylla.

1 Arg. ex ima loco ad minus, quæ quidem multiplicatur aliquoties.

non sacris passim abstrahi? Num igitur potest fieri à clientibus vt recipiar, cùm à quibus debeam retineri, reuocare instituant? Socij quo fugiant, cum aditus custodi patria præclusus sit? quomodo spes salutis reliquis residebit, cum ciuibus præclusa sit expectatio incolumitatis? pax & concordia extremi gignatur, cum iam domesticis non insideat, sed publicè prouidenti eripiatur? Nam quid est improborum factæ recentis orationis, vt redintegratione illius coniurationis animos vulnerem vestros? auxilium ab alienis efflagitabo, cùm ciues vestros deserati? Sociorum inuoco subsidium, * cùm à ciuibus interclusum sit præsidium? 2 quam celere genus nunc inferri nostrum vt cultus accipiat, an vt prodesse excludar? si vt conseruator, vestra ero ignominia? si vt oppugnator, præcisa erunt omnia. Itaq; quid putauis fore gaudium, id exitij extimum? 3 Si Quirites eundè in cæterorũ periculis haberemus animos, què in nostris difficultatibus, & pro innocentissimo quoque propugnare, & nocentissimum quenq; oppugnare nobis vtilissimum esse arbitraremur: & si cum optimis cuiusq; rebus aduersis nostram salutem, cum deterrimorum hominum secundis, nostra pericula putaremus coniuncta, frequentes profectò tuliuis conatibus obuiam ire niterentur nec, partim innocentia freti partim nobilitate nixi, partim potentia ac multitudine amicorum fulti, cum perfacilè existimaremus aduersariorum vim, ac facilenè à nobis repelli posse, subitò ipsi simili periculo circũuenti, in nostro casu aliorum reminiscentes casus, iure id nobis accidere nequicquam quererentur. 4 Quis enim est Quirites, qui nunc cum inimicorum nostrorũ vim aut violentiã, perspiciat, quiq; nostrum ipsum periculosissimum casum recognoscat, qui non sibi ac

* cùm ciuibus

2 Dilẽma est ex subiectiõ distributione

3 Significatex priuatis periculi neglectione grauia dãna accidere cõ pluribus.

4 vel deest aliquid, vel hoc non satis cohæret cum superioribus. Debuit enim hic author quispiã fuit prius docere, à Quiritibus periculum Ciceronis negligi, ac postea subiicere periculum commune, quod inde omnib⁹ impenderet. Tũ rectè hãc cõsirmationẽ addidisse quæ ex specie cura ea est.

fuis diffidat fortunis? 1 Quo enim se satis tutũ arbitrabitur præsidio? virtutis & gloriæ? at ea nos ipsa hoc tempore oppugnãt multitudine amicorũ? 2 aperuerunt non fortes esse se amicos, si in eorum potestate nostra sita salus non est. paucitate inimicorum? at id non in ipsis, sed in aliorum voluntate positum est. nam non satis est, ne cui iniuriam faciam, prouidere, si tamen sunt voluntary inimici, qui tuis 3 præmiis se oppugnent. 4 Aig, cùm hæc omnia omnibus sint grauia, atq; acerba, tum verò nobis miserа atque intelerandа. quorum & officia in Remp. recentissima, & incommoda ob Remp. frequentissima in familia versantur. 5 Nunc si eadem condicio disceptationis proponeretur, aequi auditores adhibebuntur, aures non obtusa criminatione, sed vacuæ præbebũtur: qui sunt assecuti summam gradum honoris, non dispolsabuntur honore: qui sperant, facilius & proclimius ad laudem nobilitatis peruenient. Quamobrẽ nolo me duce supplicij vos ad fraudem deduci, vt ego ad pristinum statum recidam casus. Nunc igitur si lingua est concertandum, innocentiæ virtute fretus superè: si fulta compensanda sunt, contiramus æquitatem: si violentia impetu opprimimur, cedam pro omnibus. Tribunitios furori, quoniam labrem pro cunctis ferre consueui. Si igitur aliquo tempore iis hominibus consulsi, quorum animus est religiosa pietate desuetus, deuetis mihi quoque prospicere, qui numini deorum 1 consecratum sæcrum ab vno * piaculo conseruem, & vos vt intam tranquillamq; fortunã traheretis, mea perfici vigilantia. Nam me quẽ paulo ante fortuna erexerat ad gloriã, virtus exulis ad laudẽ, populus tribunũ honorem eundẽ Tribuni furor exagitatus depulit ad calamitatem. Et quoniam animaduerti sus illam

1 Remotio est facultatum salutis defendẽdæ per enumerationẽ singularũ, siue inductionem.

2 Præmia laborum, virtutis, operæ, diligentiæ, indurix sæpe dicit Cic. Præmia vero hominis ei, quæ homini data fuerint, vbiuã Cicero vnquã dicit?

3 Collationem minorum augent suæ calamitatis magnitudinem.

4 Hæc quo pacto, & cum antecedẽtib⁹ & cum sequẽtibus cohærent, alij videriut.

5 Quidnam illud est conferatis, qd hic se sactu rectũ cõferualle dicit? An Cicero vnquã dixit rutiam trãquillãmque fortunam trahere?

* periculo

1 ἀγχόνῃ similē vllam quis proferre apud Ciceronem Tribunitiam temeritatē. 2 Argumētū ex fine per remotionem. 3 Misericordiā mouet ex iuuenis id ætatis indignitate in tam turpi quæ ipsi nocet. 4 Quis vnquā eo modo locatus est? An relinquitur mānus ad inferorū deorūq; laniationē inclinatur ad exclamitandum deplorandumq; Reuocatio sui ipsius ex repugnāti cōsultatione finis. 6 Deprecatio. 7 Epiphonema cū deploratione suæ calamitatis, quā transfert ad collationē meritorum.

¶ Cōsugit periculū sui cū causa cōmuni atque inde elicit cohortationē ad se defendendum.

conflagrationem conflatam ita esse restinctam, vt nulla scintilla comparet incendij, vos quæq; Tribunitiam sedate temeritatem (qui nunc se mihi inimicum ostendit, se prius esse vestrū professus est inimicum) 3 ne rei crudelitas experta in me, in vos conualescat, & calamitas remorata longius serpat atque progrediatur, præcauete. Nunc vel sui delectus ad calamitatem, vel primus vocatus ad tale periculum, omnibus animis iure debeo commouere. 5 Omnia sunt immutata mānus ad deprecandam religantur iniuriam: lingua incidatur 6 ad deplorandā calamitatē: animus præcludatur ad expendēdā rei indignitatem, humilitatē genteris obiectum nobis, qui nouā rationem sufficiant, veteres maiorū obterūt laudes. 7 Sed quid ego plura de illorū aut in me maledictis, aut in vos scelere loquor? satisq; quorūdā conuicia improbitas, me tacente conarguitur turpitudine vitæ, vt de iis non sit necesse inimicos prædicare, de quorum scelere ne amici quidem, aut ipsi possent negare. 8 Vos ego appello, quorū de me maxima est potestas: apud vos loquor de mea calamitate, quæ habuit semper innocentia & virtutis meæ testes. 9 Igitur ex ea ciuitate benemeritus de Rep. ciuis exturbatur? innocens, expellitur? Consularis hemēnan fructu tabernaculi quondam minimis amicorum mulierū præsidio munitus, nunc partim ab inuidis, partim ad inimicis circumuentus ac pene indefensus? hunc si opē non tuleritis in periculo capitis, vos, credo, retinebitis vestram libertatem: qui neq; tanta valuit autoritate, neq; tantorū officiorum imperfam egisse patriam. 10 mihi credite, hoc in vna re commodū confirmatum, multorum infirmabit incolumitatē: & semitio non erit refutatum, impunē ad omniū perniciem conualescet. Proinde aut in meo periculo

saluti integrā præstate communē, aut in vestris hoc idem incommodū expectate fortunis. Nemo tā perdita autoritate, 1 tam sacrum-sā inuentus est vita, qui eum de scelere faceretur, non tamen sententia prius iudicum constituerat, quàm supplicium adhiberetur. Ego repetitā vi Tribunitia correptus, 2 non modo loquēdi libere in iudicio, sed ne ēē sistendi quidem in ciuitate habeo potestatē. Ejicior non salum sine teste, sine iudice, sine crimine, sed sine accusatore, sine etiā scelere. 3 Hostibus in bello, qui dissident voluntate, denicant arms, vitā quotidie oppugnāt, in ipsa acie cum præliantur, licet loqui, licet disputare: mihi in pace cum, qui perditorum hominum furēs furarem, pro fortunis meis apud vos loqui non licebit? 4 Serui qui ad supplicia cæsi verberibus trahuntur, apud eos sæpe disputant, quos necare volunerunt: ego Consularis apud vos non loquar, quæ conseruauit? 5 Tacebo, si necesse est: tacebo, inquam, animo æquo, quoniam virtus mea me tacente agit causam meam. Itaq; vt ego in concione mea nihil parum de rebus meis gestis, tamen in animis & memoria vestra largiter relinquam: illi modò videant, qua ratione hanc inuitā me 6 fugā ferre possint. 7 Etenim si à me, vt illi existimant, Catilinæ mortui sordes, si Catilinæ nefarium furor, si amentia Catilinæ, si lux vires ac spes Cassij pœnas reperunt: profecto illis horā nulla, cicllo Tullio, aucta periculo, aut periculi expectatione relinquetur. Itaq; illi in dies non meos fidos, quæ nulla a me parentur, sed suorum scelerum conscientia cruciati, vnbi absenti & populo Romano pœnas dabunt. 8 Quas ob res ego in misericordiam auaritiæq; cupiditati que parcorum, omnium salutis causa decedam: neque eò declinabo, aut prouocabo patiar: vt opera mea mānus inser vos

1 Ex minorū in formatione repugnantia elicit.
2 Vbi igitur Cicero hanc orationē habere potuit?
3 Alterū argumētū ex eodem repugnātium loco.
4 Tertiū eiusdē generis argumentum.
5 Apophasis.
6 Fugam Cicero non dicit. Honestiore vocabulo dilectum semper appellat.
7 Minuit ad veritatis ex dissimilibus exulis
8 Quo fundamento nitatur hæc conclusio alij videant. Debuit enim aliquid antecedere, vnde hæc conclusio penderet.

consecratis, cædeq; ciuium inter se fiat: multoq; peius ipse patria liberis, meis carebo, quàm propter unum me vos de fortunis vestris, Reip. pubdimicetis. Sic enim ab initio fui animatus, vt nemagis me mea causa putarem esse natum, quàm Reip. procreatum. [1] Sed illud queror, quod non ad unius perniciem, sed ad vniuersorũ insidias calamitatem conquerti, & miserari, dicere, expurgare, suspicionem dimouere, crimen diluere non licere: ore oppressa cernices esse prabenda: quæ tamen omnia iam non sunt tam calamitosa, quòd multa sunt subeunda, quàm perniciosa, quòd in Rempsunt introducta. [2] Quamobrem si statutum est, aliq; decretum, in his temporibus ciuitatis omnia perpeti, quæ velit furor libidinesui. [3] Vim volũt adhibere? prosit: iam ego sum, excere volunt? exeo. indicta causa volunt audire? causam non dico. aliud quippiam conuitiari? gaudeo: nihil duri, nihil acerbi mihi erit, quod Reip. tribuitur. [4] Non enim illis victus succedo, sed incolumitati vobis me condono. [5] Neq; enim mors miseranda est, quæ ob Rẽp. capitur: neq; exilium turpe, quod virtute suscipitur: cum præsertim nonnullam habeam habeant in se consolationem. Nã vitam si eripiant, non adimunt gloriam in mortalem: si exilio mulctabũt corpus, non animũ à Reip. remouebunt. Nam vbicunq; ero, hæc cogitabo, hæc semper cura mea erit: meq; vobis ereptũ, non à vobis repudiatũ existimabo. [6] Illud ab vniuersis postulo petoq; à vobis, si cum in ciuitate manere licitum sit, nemini inuisũ periculũ creem, nemini inuidiæ sim calamitati: si omnibus auxilio præsidioq; ipse consaepsi, plurimosque in hac ciuitate sum intuitus vt vos liberos meos in vestram fidem reciperetis, eosq; defendatis, neue inimicos meos in familiam vestram longius progredi patiamini: vtique sine hac abiero

1 Per apophasim dissimilitudine inuolutã traduxit rursum causã suam ad commune periculum.

2 Similis superiori conclusio nisi quod hæc paulo magis cohæret cum antecedẽtib.

3 Subiectio sequitur.

4 Illustrat locum suã dictã mitti sine.

5 Consolatur ipse se ex repugnantib. fine & efficientib. exilij causis.

6 Deprecationem repetit cum quadam commiseratione.

abiero, sine ero hic oppressus, ea maneat opinio & existimatio, qua virtute parta non, qua in felicitate illata est. [1] Nunc ego te Iupiter Optime Maxime, cuius nutu ac diuine sola terrarum gubernantur, teq; particeps connubij, socia regni Regina Iuno, teq; Tritonia, armipotens [2] Gorgona, Pallas, Minerua, cæteriq; dij, deæq; immortales, qui excellentis tumulo ciuitatis sedem Capitoliq; in sæua in colitis constitutam, vt non solum cunctã [3] intueri, sed etiam tueri possitis ciuitatem: à quorũ ego quondã altaribus impiam manum ciuium remoui a quorum templis meo periculo, funestam facem repuli ne illustrissimum orbis terrarum monimentum cum principe omnium terrarum occideret ciuitate: teq; Iupiter Stator, [4] quem verè huius imperij Statorem maiores nostri nominauerunt, cuius in templo hostilem impetũ Catilinæ repuli à muris, cuius ẽplum à Romulo vltis Sabinis in Palatij radice cum victoria est collocatum: ore atque obsecro, ferte opem pariter Reip. cunctiq; ciuitati, meis fortunis: resistite Tribunitiis furoribus, fruete in necessitate, subuenite solitudini, miseremini senectutis, nolite cum supplicem à vobis abiterrere & excludere, qui in suo magistratu funestam facem à vestris repulit templis. [5] Si C. Mario auxilio fuistis, quod in clino Capitolino improborum ciuium eadem fecerat: si P. Scipioni, quòd Annibalis furibundam mentem à vestris repulit templis: si deniq; Cn. Pompeio, quòd terra marique hostes reddidit pacatos: sic nunc in meis calamitatibus aliquam ferte opem diuinam, vt sæpe multorum in periculis fecistis: sic nunc in meis miseriis diuinũ aliquod auxilium & numen ostendite. Deinde vos, quorum puteal ac proximè ad deorum immortalium numen accedit, ero atque obsecro, quibus sicil

Cc latum

1 Apostrophe, ad Deos.

2 Gorgonephora.

3 παρεπροσωποποιία.

4 Hæc verba ex prima Catilinaria eodẽ ordine translata sunt imitationis gratia.

5 Collatio pro ciuũ inuenustè nec dicã inepte exposita.

6 Fit orat. pro Rabirio perd. reo hæc verba huc assita.

Iterat commendationē innocētiæ suæ ex remotione repugnantiū effectorum & admonitione consentaneorum.

a Quo pacto igitur hæc ipsa Ciceronis dicere licuit? Cōcludis rursum se dicere futura & aliquot exēplorum similitudine facti sui commendat.

b Ne hæc quidem ratio cū superioribus magnopere cohæret.

c Ex dissimilibus eadēm ratiōne deducitur argumentū.

d Scipionis Africani maioris exēplū longe illustrius & aptius fuisset Popilio, aut Opimio, quam Macini latim sæpe supplex ad pedes iacuit: cum quem singulis tratum atque abcēsum subleuastis, nunc universi conseruatum velitis? e Si neminem vnquā vestrum læsi, si nemini innocenti obfui, si etiam contrario, vt quisq; auxilium meum desiderauit opem ferre non dubitaui, & denique quæcunque administrauī, ex vestra autoritate & Patrum Conscriptorum voluntate feci: si malui inimicorum crudelitati, quàm Reipu. & legitimæ autoritati pœnas subire: vt existimetis ex illo crudelissimo inimicorum impetu ereptum, tantique statum dignitatis restitui cōuenire: b sed quoniam neque mihi libere loquendi, neque vobis clementer audiendi, neque omnino iudicandi pauciorum furore & audacia facta est potestas, sed oppressa est Respublica metu debilitata seruili, vt liberum spiritum auris nullam habeat potestatem: c cedam interim iniquitati, innocens nocentibus, priuatus sicubunda magistratui. Neque enim Q. Metellus quicquam ex virtute detraxit, quò tempore L. Saturninus seruitio, C. Cotta, quòd Q. Mario Trib. pl. inferuire genere orto cedendum putauit: neq; C. Marius quantas res gesserit, vestra vobis libertas indicio esse poterit: d neq; verò M. Tullius suum animum vestra ab alienauit potestate, cum præsertim vobis obsidem sui animi, vestram reliquerit libertatem. f Quamobrem tuemini dij, deæq; omnes immortales, vestras, maximè mentes, me non vitæ tantum die, non pro magnitudine scelerum, non propter vitia ætatis infamiam, pœnas iure & lege persolvere, sed propter virtutis inuidiam, propter singularem ingenij laudem, propter magnanimitatem rerum gestarum, crudelissimè ciuitate primos. Quòd si idem accidit Q. Catoni, si Mancino, si Rutilio, si multis aliis quoque hoc accidisse non magnopere erit mi-

randum, cū præsertim non generis antiquitate, sed virtutis ornamentis summā laudem sim consecutus. g Nunc ego vos Equites Ro. obtestor, quorū virtute nomen Romanum victoriam cum laude possidet coniunctam, quorū factis gloriantur ciues, lætantur socij, gementi hostes, vt si erga vos omni tempore optimè fui animatus, si mea pericula neglexi, dum timerem à patria propulsarem, si aquè liberis vestris prospexi, ac vos parentibus consuestis: h vt nūc me vestris vestrorū opibus defendatis, & columem in hac ciuitate retinere, quæ cum à scelerata coniuratione esset incensa, meo dolore ac labore restincta est: nec patiamini me à liberis meis abstractum, à coniuge abreptū, ab aris focisq; innocentē fratellū vitam degere in exilio, miserrimū mortalis cōsum subire. Proinde tuemini Tullios in exilio aut à quo nemo unquam innocens ab inimico, religiosus à scelerato, benevolus huic ciuitati ab hoste. i O miseram vitæ ratiō, quæ tandiu retinet in voluptate, quādiu fortunæ, posuit libide? egone inimi. ut huic ciuitati quam obrem? quia inimicos necaui. egone hostis? quod ita? quia hostes interfeci. Eu conditionē horum temporis, antea gloria & laude dignissimi ducebantur, qui hæc perfecerunt: nunc scelerati & parricidæ esse dicuntur, qui hæc administrarunt. k sint sanè scelerati superet iisdem victoria. si mea victoria appellanda est, in qua ciuitatis incolumitatem habeant hanc palmam ex innocentis cruore. tantum à vobis illud Equites Ro. peto & rogo, vt quem saluum esse vestra laude cohonestatis, eundem in dubiis vitæ periculis vestra virtute conseruetis.

f Apostrophe ad Equites Romanos.

g Quorsū hæc est inconstantia, se abiturū pollicēri & regnare vt vi defendatur?

h Exclamatione mouet misericordiam.

i Cōsessio cū permissione cui subiungit repetitam illam abhorrēs deprecationē. Sed vt ex sequentibus orationibus & ex Plutarcho non constaret Ciceronē nullo pacto habere posse illā sectam-non oratio ipsa se Ciceronis nō esse clamitet.

AD QVIRITES POST REDITVM.

ORATIO XXVIII.

1 Initio gratulatur Cic plebi Romanæ de reditu suo quo Dij, Ciceronis multo centiam tenati sint Arg ex ex consequen tibus eventis syllogismus co clusio propon tio prædicatio ducta distinctis locis.

2 Reditio dissimilitudinis propositionis sententiæ non tinens ex duo per singulas partes rerū à Cicerone gestarum demōstrato.

3 Assumptio complectens mi permissa. Atqui revocat lo. Itaque Dij approbarunt eaque gesta Reipublicæ salutaria esse gesta.

4 Augere rei beneficij magnitudinē

1 VOD precatus à Ioue Optimo Maximo, ceterisque dijs immortalibus sum Quirites eo tempore me fortunasq; meas pro vestra incolumitate, otio, concordia que deinde, vt si mea ratione vnquam vestra salus antepositura esset, semper libenter pænam sustinerem mea voluntate susceptā.[1] ea & ea, quæ ante gesseram, conseruanda ciuitati causa gessissem. & illam miseram profectionem vestre salutis gratia suscepissem, vt quod odium sceleratis hominibus, & audacibus in Remp. & in omnem bonam conceptum iamdiu continerent, id in me vnum potius, quam in optimum quemq;, & in vniuersam Remp. conferrent: hoc ego non recusarem. & in vniuersam Remp. desiderent: hoc si animo in vobis liberos q; vestros fuissem, vt aliquando vos. Patres conscripti Italiam, vniuersam, memoria mei, misericordia, desiderium q; teneret.[2] eius deuotionis me esse commissum iudicio deorum immortalium, testimonio Senatus, consensu Italiæ confessione vniuersorum, beneficio diuino immortalique vestro maxime later Quirites.[4] Et si homini nihil est magis optandum, quam vita prospera, aquabilis, perpetua, & fortuna, secundo vitæ fine vita esse finita: cursus tamen si mihi tranquillus & placatus omnis fuisset, si credibile quadam, & pene diuina, quæ nunc vestro beneficio fruor, lætitia voluptate carui-

1 Prima pars inductionis

2 Secūda pars inductionis in qua vsus ceteris varietatē eopiq; que orationis animadverte

3 Tertia pars inductionis.

4 Quæ tā

5 Quinta.

6 Sexta pars inductionis pluribus verbis expōsita ex singulis partibus & adiunctis.

7 Conclusio inductionis illustrata similitudine

8 Per speciem prolepsios accommodātē que modestiæ vt ad ampliorā de beneficiis populi Romani per collationem minorum quæ rursus augeruntur

9 disputat.

minorum collatione quæ per singulas partes rerum optabilium per inductionem deducitur.

sum

sem.[1] Quid dulcius hominum generi à natura datum est, quam suis carum, liberisque vestris vere & propter indulgentiam meam & propter excellēs eorum ingenium, vita sunt mea charissima: tamen non tanta voluptate erant susceptī, quanta nunc sunt restituti.[2] Nihil cuiquam fuit vnquam iucundius, quam mihi meus frater: non tam id sentiebam cum fruebar, quam tunc cum carebam, & postea quam vos mihi & mihi eum reddidistis.[3] Res familiares, sua quenque delectat: reliqua mea fortuna recuperata plus mihi nunc voluptatis afferunt, quam tunc incolumis afferebant.[4] Amicitiæ, consuetudines, necessitudines, clientelæ, hospitia denique & dies festi, quod haberent voluptatis, carendo magis intellexi, quam fruendo.[5] Iam vero honos, dignitas, locus, ordo, beneficia vestra, quanquam mihi semper clarissima visa sunt tamen ea nunc renouata illustriora videntur, quam fuerant obscurata non essent.[6] Ipsa autem patria, hoc nomine ales, dici nec potest, quid charitatis, quid voluptatis habet: qua specie Italiæ quæ celebritas oppidorum, quæ forma regionum? qui ager, qua fruges, quæ pastionis vbertas? qua humanitate ciuium? quæ Reip. dignitas? quæ vestra maiestas? quibus ego omnibus antea rebus sic fruebar, vt nemo magis.[7] sed tanquam bona valetudo iucundior est ei, qui è graui morbo recreati sunt, quam quæ numquam ægro corpore fuerunt: sic ea omnia desiderata magis quam assidue percepta, delectant.[8] Quorsum igitur hæc? disputatis? quorsum? vt intelligere possitis, neminē vnquam tanta eloquentia fuisse neque nunc esse posse, neque posthac futurum, qui vestrorum magnitudinem multitudinemq; beneficiorum, quæ in me, fratremq; meum liberosque nostros contulistis, non modo augere

aut ornare oratione, sed enumerare, aut consequi possit. [2] A parentibus, id quod necesse erat parvum sum procreatus, à vobis natus sum Consulatus. [3] Illi mihi fratrē incognitum qualis futurus esset, dederunt: vos spectatum & incredibili pietate virtutum reddidistis. [4] Rempublic. accepi temporibus eam, quæ pene amissa est, à vobis eam recuperavit, quā aliquando omnes unius opera servatam iudicaverunt. [5] Dij immortales mihi dilecti, dederunt, vos reddidistis. [6] multa præterea à dijs immortalibus optata consecuti sumus: nisi vestre voluntati fuisset omnibus donis muneribus carui semus. vestra denique honores quos eramus gradatim singulos assecuti, nunc à vobis universos habemus: [7] ut quantum ante à parentibus, quantum dijs immortalibus, quantū vobis ipsi, tantum hoc tempore, universo cunctæ Pop. Rom debeamus. Nam cum in ipsa beneficio vestre tanta magnitudo sit, ut eam complecti oratione non possimus: tum in studijs vestris [7] tanta animorū declarata est voluntas, ut non solū calamitatem mihi detraxisse, sed etiam dignitatem auxisse videamini. [8] Non enim pro meo reditu, ut pro [9] P. Popilij nobilissimi hominis adolescentes filij, & multa præterea cognati atque affines deprecati sunt: non ut pro Q. Metello clarissimo viro tam spectata ætate, [10] & tam pio filio, non [11] L. Dalmatici Consularis, summa auctoritate viri: non Q. Metellus Conformi, non eorum liberi, nō Q. Metellus nepos qui tum Consulatum petebat, non sororū filij Luculli, Serullij

1 Specie dissimilitudinis amplificat populo se beneficentia per collationem minorū respectam.
2 Secunda collatio minorū.
3 Cert ia collatio.
4 Quarta.
5 Quinta.
6 Colligit beneficia singulorum & eorū beneficiorum in magnitudinem numeroque paria facit populi unius in ipsum beneficia.
7 Transit ad augendas beneficiorū easdē & minorū effectorū collatione eas extollit.
8 Amplificat reditū suum ex eius quas prestationes ostendit collatione minorū. Protasis tria habet exempla quæ licet dissimilia specie tractentur tamē ad quæstionē quā elicuerat eandē referuntur.
9 Hic rogatione C. Gracchi quod Tiberio Graccho acriter obtulerat è ciuitate pulsus est.
10 Q. Metellus Pius.
11 Hic Metellus Dalmaticus à victis Dalmatis dictus est.

rum. Reipublicæ enim tum Metelli, aut Metellorum liberi pro Qu. Metelli reditu vobis ac patribus vestris supplicauerunt: quòd si ipsius summa dignitas, maximaque res gesta non satis valerent: tamē filij pietas, propinquorum preces, ad hæc squalor, manuū natu lacryma Po. Ro. monere potuerūt. [1] Nā C. Marij, qui post illa ve tera clarissimi Consulatus, vestra patrumq; memoria, ærtius ante me Consularis, subito indignissimam fortunā præstantissima sua gloria, dissimilis fuit casus. Nō enim ille deprecatione redijt, sed ui defensus est. exercitu se armisq; munitū, nō ante a propinquis, nulla cognatione munitū, nullo armorū ac tumultus metu, C. Pisonis generi mei diuina quadā & inaudita autoritate, atq; virtus, fratris q; mei miserrimi, atq; optimi quotidiana lachryma, sordesq; lugubres à vobis deprecata sunt. [2] Frater erat unus, qui suo squalore vestros oculos offenderet: qui suo fletu desiderium mei memoriamq; renouaret: qui statuerat Quirites, si vos me sibi nō reddidisseris, eandē sibi fore fortunam: et tāto in me amore extitit, vt negaret fas esse non modo domicilio, sed ne sepulcro quidē se à me esse seiunctū. Pro me præsente Senatus, hemiciclumq; præterea viginti millia vestē mutauerunt: pro eodē me absente omnes squalorē, sordesq; vidistis. Vnus hic, qui domi, qui in foro posset esse mihi pietate filius, iuuentus est beneficio parēs, amore idem, qui semper fuit frater. Nam cōiugis misera squalor & luctus, atq; optima filia mœror assiduus, filiaq; parui desiderium mei lachrymæq; pueriles, aut itineribus necessarijs, aut magna parte tenebris, ac tenebris contemebātur. [3] Quare hoc maius in vestrū in nos promeritū, quod non multitudini propinquorū, sed nobis metipsis nos reddidistis. Sed

1 Dissimilitudo Marij cum superiori bus, ex dissimili causa reditionis.
2 Redditio principis collationis.
3 Q. Cicero.

*ætate
4 Collationis accommodatio ad beneficij amplificationē ex causis præcipuis quæ minorum repetitione augent.

quemadmodum propinqui, quos ego parare non potui, mihi ad deprecandā calamitatem meam non affuerunt: sic, illud quod mea virtus præstare debuit, adiutores, autores, hortatoresq; ad me reficiendū ita multis fuerūt, vt longè superiores omnes hac dignitate, copiaq; superarē. Nunquā de P. Popilio clarissimo, atq; fortissimo viro nunquā de Q. Metello nobilissimo & cōstantissimo ciue nunquam de C. Mario custode ciuitatis, atq; imperij vestri, in Senatu mentio facta est.[1] Tribunitios superiores illis rogationibus, nulla auctoritate Senatus sunt restituti. Marius vero non modo non à Senatu, sed etiā oppresso Senatu est restitutus: nec rerum gestarū memoria in reditu C. Marij, sed exercitus atq; arma valuerūt. [2] At de me vi valeri, semper Senatus flagitauit: vt aliquando perficeretur, cū primū licuit frequētia, atq; auctoritate perfecit, nullius in eorū reditu motus municipiorū. & coloniarū factus est: at me in patriā ter suis decretis Italia cuncta revocauit. Illi inimicis interfectis, magna ciuiū cade facta, reducti sunt: ego eā quibus eiectus sum,[3] prouincias obtinentibus. [4] inimico autē optimo viro, & mitissimo,[5] altero Consule referēte reductus sum: cui si inimicus, qui ad meam perniciē voce suam cōmunibus hostibus præbuisset, spiritu duntaxat vineret, re quidē in eo omnes mortuos[6] amandatus esset.[7] Nunquam de Popilio L. Opimius fortissimus Consul, nunquā de Q. Metello nō modò C. Marius, qui erat inimicissimus, sed ne is quidē, qui secutus est, M. Antonius homo eloquentissimus, cū A. Albino collega Senatum aut populū est cohortatus ut pro me supererent Cōsules semper vt referrent, efflagitarunt: sed [8] veriti sunt ne gratiæ causā facere viderentur, quod alter mihi affinis erat, alterius causam capitis

1 Popilius L. Rufus, Metellus Calidij rogatione reuocatus est.

2 Iterat ἀντιπόδοσιν collationis & per partes singulas dilatat.

3 Pisonem & Gabinium intelligit.

4 Q. Metellū Nepotē indicat. Intelligit P. Lentulū Spinther.

6 Clodiū intelligit.

7 Reperit dissimilitudinē antepositam.

8 ἐξουσίαν, qua Piso & Gabinius non meruit.

capitis receperam: quū prouinciarum foedere[1] arretiti, totum illū annū, querelas Senatus, lachrymas, Italiæ gemitū pertulerunt, Calendis verò Ianu. postridiè orba Resp. Consulis fidem tanquā legitimi tutoris implorauit, P. Lentulus Consul parens, deus, salus nostra vitæ, fortuna, memoriæ, nominis, simul ac de solenni religione retulit, nihil humanarum rerū sibi prius, quā de me agendum iudicauit: atq; eo die confecta res esset, nisi is[2] Tribunus plebis, quē ego maximis beneficijs Quæstorem Consul ornauerā, cum & cunctus ordo, & multi cum summa viri orarent, & Cn. Oppius frater, optimus vir, ad pedes eum flens iaceret, nollem sibi ad deliberandum postulasset:[3] qua deliberatio non in reddenda, quemadmodum nonnulli arbitrabantur, sed vt patefactum est, in augenda mercede consumpta est. Postea res acta est in Senatu alia nulla: & cùm variis rationibus impediretur, voluntate tamen perfecta Senatus, causa ad vrbem Ianu. deferebatur.[4] Hic tantum interfuit inter me, & inimicos meos.[5] ego cùm homines in tribunali Aurelio palàm conferibā, centuriatis videssem: cum intelligerem veteres ad spem cadis Catilinæ copias esse reuocatas: cùm viderem ex ea parte homines, cuius partis nos vel principes numerabamur, partim quòd mihi inuiderent, partim quòd sibi timerent, aut proditores[6] esse, aut desertores salutis meæ: cum duo Consules empti pactione prouinciarū, autores se inimicis Reip. tradidissent: cum egestatē, anaritiam, ibidines suas videremus explere non posse, nisi me constrictum domesticis beneficijs dedidissent: cùm Senatus, Equester, Respublica pro me acmutata velle vobis supplicare diceret, atq; imperijs vetaretur: cum omnium prouinciarum actiones, cùm omnia cum omnibus

1 Metaphora à vinculis aut laqueis.

2 Intelligit Antistium Gamanum.

3 Vide orat. pro Sest.

4 Dissimilitudine inimicorū factum suū commendat.

5 Prætulit dissimilitudinis.

6 Causas vel efficientes vel adiuuantes exilij sui obiter enumerat

1 Metaphora à victimis quę in fœderibus immolari solent.

2 Reditio divini iudicii.

3 P. Sestium in primis intelligit.

4 Hoc dicit propter templū Nympharū à Clodio incensum.

5 Argumētā ex caussis restitutionis sue

6 Fortasse Appium Prætorē Clodij fratrem intelligit.

fœdera, reconciliationes gratiarū, [1] sanguine meo sanciuntur: cum omnes boni non recusarent, quin vel pro me, vel mecum perirent: arma decertant pro mea salute nolui, quòd & vincere, & vinci luctuosum Reipu. fore putaui. [2] At inimici mei mecū sic iam cum de me ageretur, corporibus ciuium tuis ciuitatis: flaminę sanguinis meum reditum intercludendum putauerunt. Itaq; cùm ego ob sic eam Remp. habuissem, ut aquè me, atq; illam restitutam dam putaretis: ego autē in qua ciuitate nihil valaret Senatus, omnis esset impunitas, nulla iudicia, vis & ferrū in foro versarentur, cum priuati sē parietum præsidio, non legum, tuerentur. [3] Tribuni plebi vobis inspectantibus vulnerarentur, ad magistratuum domos cum ferro & facibus iretur, Consulis fasces frangerentur, [4] deorū immortaliū templa incenderentur, Remp. nullam esse putauissem, neq; Reipub. exterminata, mihi locum in hac urbe esse duxissem: si illa restituretur, dubitauissem quin me secum ipsa reduceret. [5] An ego cùm mihi esset exploratissimum, P. Lentulum proximo anno Consulem futurum, qui illis ipsis Reipu. periculosissimis temporibus Aedilis curulis me Consule omnium meorum consiliorum particeps, periculorum socius fuisset: dubitarem, quin is meconfectū Consularibus vulneribus Consulari medicina ad salutē reduceret? Hoc duce, collega autē eius clementissimo, atq; optimo viro primo non aduersante, pēsē etiā adiuuante, reliqui magistratus pene omnes fuerūt defensores salutis meæ. ex quibus ex cellens animo, virtute, auctoritate, præsidio, T. Annius, & P. Sestius, præstanti in me benevolentia & diuino studio exstiterunt: eodemq; P. Lentulo autore, & pariter referente collega, frequentissimus Senatus [6] vno dissentiente, nullo intercedente,

dignitatem meam quibus potuit verbis amplissimis ornauit: salutem vobis, municipiis, coloniis, omnibus commendauit, [1] ita me nudū a propinquis, nulla cognitione munitū, & quasi Prætores, Tribu plebi Senatus, Italia cuncta semper a vobis deprecata est: denig; omnes, qui vestris maximis beneficiis, honoribus q; sunt ornati, producti ad vos ab eodem, non solum ad me conseruandum vos cohortati sunt, sed etiam rerum mearum gestarū auctores, testes, laudatores q; fuerunt. Quorū princeps ad cohortandos vos & ad rogandos fuit Cn. Pompeius, vir omnium, qui sunt, fuerunt, erunt, virtute, sapientia ac gloria princeps: qui mihi vnus ex priuato amico eadem omnia dedit, quæ vniuersa Reip. salutem omnium, dignitatem. [2] cuius oratio fuit, quæ admodū accepi, tripartita: primum vos docuit, meis consiliis Remp. esse seruatam: cau sam q; meam cum communi salute coniunxit: horta tus q; est, vt auctoritatē Senatus, flatum ciuitatis, fortunas ciuis bene meriti defenderetis: tū in perorando posuit, vos rogari à Senatu, rogari ab Equitibus Rom. rogari ab Italia cuncta, denig; ipse ad extremū pro mea vos salute non rogauit solum, verum etiam obsecrauit. Hæc ego homini Quirites tantum debeo, quantum hominem homini debere vir sus est. Huius consilia, P. Lentuli sententiam, Senatus auctoritatem vos secuti, in eo me loco, in quo vestros beneficiis fueram, ipsi dem [3] centuriis, qui bus collocaratis, reposuistis. Eodem tempore audistis [4] eodem ex loco summos viros ornatissimos atque amplissimos homines: principes ciuitatis, omnes Consulares, omnes Prætorios eadem dicere, vt omnium testimonio per me vnum Remp. conseruatam esse constaret. Itaque cùm P. Seruilius grauissimus vir, & ornatissimus ciuis dixisset, opera

1 Epilogus superioris orationis.

2 Capita orationis à Pōpeio habitæ pro Cicerone.

3 Metonymia ex reb. adiunctis: Centuriæ pro ciuitatis cōmitiis.

4 Addit aliorum etiā clarissimorū virorum testimonia.

mea Remp. incelumem magistratibus demeque traditam, dixerunt in eandem sententiam caeteri. Sed audistis eo tempore clarissimi viri non solum auctoritatem, sed etiam testimonium L. Gellij, qui quia suam classem ostentatio magno cum suo periculo pene sensit, dixit in concione vestra, si ego Consul, cum fui, nō fuissem, Reip. fundibus interitum fuisse.[1] Ego vero tot testimonijs Quiritis, hac auctoritate Senatus, tanta consensione Italiæ, tanto studio bonorū omnium agente P. Lentulo, consentientibus caeteris magistratibus, deprecante Cn. Pompeio, maximis hominibus functionibus, abiens, immortalibus, singulari Deorum pietate, vestra, vestrisque fortunis, reditū meum comprobantibus, mihi, meis, Reip. restitutus, tantum vobis, quantum facere possum Quirites,[2] polliceor primum, qua sanctissimi homines pietate erga deos immortales esse solent, eadem me erga Pop. Rom. semper fore. numenq; vestrum æque mihi grave, & sanctum, ac deorum immortalium in omni vita futurū deinde, quemlibet in ciuitatem Resp. ipsa reduxit, nullo me loco Reip. defuturum.[3] Quod si quis existimat, aut voluntate esse mutata, aut debilitata virtute, aut animo fracto, vehementer errat. mihi quod potuit vis, & iniuria, & sceleratorum hominum furor detrahere, eripuit, abstulit, dissipauit: quod vero fortis adimi non potest, id manet, & permanebit. Vidi ego fortissimum virū[4] municipem meum C. Marium, quoniam nobis quasi aliqua fatali erat obstitit, non solum cum his, qui hæc delere voluissent, sed etiam cum fortuna bellitergerandum fuisse.[5] eum tamen vidi, cum esset summa senectute: non modo non infracto animo propter magnitudinem calamitatis, sed confirmata atq; renouata, quem egomet dicere audirem, tum se fuisse miserum, nisi cæ-

1 Iterat eundem epilogū repetitione amplioe causæ sui reditus, itemque nonnullorum adiunctorum.

2 Pollicetur suum officiū plebi Romanæ (quam per synecdochē populi nomine appellat) idantem pariū cuiusque declaraturū. Deinde etiam vniuersæ Reip. suam operā defert.

3 Occurrit nō nullorum de se ipso opinioni, eamq; soluit per dissimilitudinem.

4 Municipem suum vocat Marium quod ex eodem municipio esset, vterque enim erat Arpinas.

5 Exēplo Marij profitetur se ad fortitudinem & animi magnitudinem erudiri.

reret patria, quā obsidione liberauisset: cum sua bona possideri ab inimicis, ac diripi audiret: cum adolescentem filium videret eiusdē socium calamitatis, cum in paludibus demersus concursu, ac misericordia Minturnensium corpus ac vitam suam conseruasset: cū parua nauicula traiectus in Africam, quibus rebus ipse dederat, ad eos inopi, supplexq; venisset: recuperata vero sua dignitate, se non commisurū, vt cum ea, quæ amisisset, sibi restituta essent, virtutē animi nō haberet, quā vnquam perdidisset.[1] Sed hoc inter me, atq; illū interest: quod ille, quæ re plurimum potuit, ea ipsa re inimicos suos vltus est, armis: ego, quas consurgam, vtar pietate: quoniam illi artium bella, ac seditione locus est, huic in pace, atq; otio quamquam ille animo erat nihil nisi de inimicis vlciscendis agebat: ego de ipsis inimicis tantum, quantum mihi Resp. permittet, cogitabo.[2] Denig; Quiritis, quoniam me quatuor omnium generā hominum violarunt: vnam eorum, qui odio Reipu. quod eam ipsis inuitis conseruarā, mihi inimicissimi fuerunt: alterum, qui per simulationem amicitiæ, nefarie prodiderunt: tertiū, qui cū propter inertiā suam, eadem assequi nō possent, inuiderent laudi, & dignitati meæ: quartū, qui cum custodes Reipu. esse deberent, salutē meam, salutem ciuitatis, dignitatem eius imperij, quod erat penes ipsos, vendiderunt: sic vlciscar genera singula, quem admodum à quibusq; sum prouocatus: malos cruce, Resp. bene cōsulentes perfidos amicos, nihil credendo, atq; omnia casum deorum laudi, virtuti & gloriæ seruiendo: mercatores prouinciarum, reuocando domum, atque ab his prouinciarum rationem repetendo.[3] Quanquā mihi maiori cure est, quem admodum quidem vobis, qui de me ostis optime meruistis, gratiam

1 Dissimilitudinem Marij ac sui cōdit dissimilitudinem earum collatione.

2 Distributio est inimicorū Ciceronis in quatuor genera.

3 Pisonem & Gabinium notat.

4 Per correctionem redit ad gratias agēdas Quiritib⁹ & promittēdā sui vnius tutā & referendæ gratiæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiam referam, quàm quemadmodum iniuiçorum iniurias, crudelitatemq; persequar. [1] Etenim ulciscenda iniuria facilior ratio est, quàm beneficij remunerandi, propterea quòd superiorem esse contra improbos, minus est negotij, quam bonis exæquari: tum etiam nec tam necessarium quidem est, male meritis, quàm optimè meritis referre quod debeas. Odium vel precibus mitigari potest, vel temporibus Reipæ communi, vtilitate deposci, vel difficultate vlciscendi teneri, vel vetustate sedari bene meritos quin culpa, nec exorari fas est, neq; id Reip. repetere vtrunq; necesse est, neq; est excusatio difficultatis, neq; æquum est tempore, & die memoriam beneficij definire. Postremò qui in vlciscendo remissior fuit, mox aperte laudatur: at grauissimè vituperatur, qui in tantis beneficiis, quanta vos in me contulistis, remunerandis est tardior: neq; solum ingratus, quod ipsum graue est, verùm etiã impius appelletur necesse est. [2] Atq; in officio persoluendi dissimilis est ratio, & pecunia debita, propterea quòd pecuniã qui [3] retinet, non dissoluit: qui reddidit, non habet: gratiam & qui retulit, habet: & qui habet, dissoluit. [4] Quapropter memoriam vestri beneficij colam benevolentia sempiterna, non solùm dum anima[a] spirabo mea, sed etiam cum mortuo monimenta vestri in me beneficij permanebunt. In referenda autem gratia hoc vobis repromitto, semperq; præstabo, nihil neq; in consiliis de Repu. capiendis diligentiam, neq; in periculis de Rep. propulsandis animum, neq; in sententia simpliciter referenda fidem, neq; in hominum voluntatibus pro Repu. fundendis libertatem, nec in perferendo labore industriam, nec in vestris commodis augendis gratam animi benevolentiam desiderari. [5] Atq; hæc cura Quiritet erit infixa animo

1 Collatio est minorum ex minoribus, cuius multa sunt membra.

2 Dissimiliter dicit referendæ gratiæ & reddendæ pecuniæ ex diuersis rebus ad iudicij.

3 introducit

4 Concludit orationem ostendit sui pollicitatione ex causis efficientibus & subiectarum rerum enumeratione.

a Victorius legit superare P. Manutius superabo.

5 Studij sui semper.

meo sempiterna, vt cum vobis, qui apud me deorum immortalium vim & numen tenetis, tum posteris vestris, cunctisque gentibus, dignissimus existimer videar, quæ suam dignitatem non posse tenere se, nisi me recuperasset, cunctis suffragijs iudicarunt.

POST REDITVM IN SENATV.

ORATIO XXIX.

[1] PATRES Conscripti, pro vestris immortalibus in me, fratremq; meum, liberosq; nostros meritis parum vobis cumulatè gratias egero, quæso, obtestorq;, ne meæ naturæ potius, quàm magnitudini vestrorum beneficiorum, id tribuendum puteris. [2] quæ enim tanta potest existere vberitas ingenij, quæ tanta dicendi copia, quod tam diuinum atque incredibile genus orationis, quo quisquam possit vestra in me vniuersa promerita, non dicam complecti orando, sed percensere numerando? qui mihi fratrem optatissimum, me fratri amantissimum, liberis nostris parentes, nobis liberos, qui dignitatem, qui ordinem, qui fortunas, qui amplissimam Reip. quæ patriam, quæ mihi posse esse iucundius, qui denique nosmetipsos nobis restituistis. [3] Quòd si parentes charissimos habere debemus, quod ab iis nobis vita, patrimonium, libertas, ciuitas tradita est: si deos immortales, quorum beneficio

1 Reprehendit iniustitiam Senatus huius orationis tenuitatem ipsius animum metiatur. Ratio ducta est ex collatione minorum.

2 Argumentatur à genere ad speciê, augetque eam rationem minorum collatione.

3 Proponit beneficium sibi à Senatu datũ in qua frequẽter

a minuscule notabis.

4 Amplificat propositum beneficium minorum collatione.

neficio & hac tenuibus,& ceteris rebus auctis fumus:si pop.Rom.cuius honoribus in amplissimo consilio,& in altissimo gradu dignitatis,atq;in hac omnium terrarũ arce collocati sumus:si hunc ipsum ordinẽ,à quo sæpe magnificentissimis decretis sumus honestati:immensum quoddam & infinitum est,quod vobis debeamus,qui vestra singulari studio atque consensu parentum beneficia,decorum immortalium munera,Popu.Roma.honores,vestra de me multa iudicia,nobis omnia uno tempore reddidistis:vt cùm multa vobis,magna Popu.Rom.innumerabilia parentibus,omnia diuinmortalibus debeamus,quod hæc antea singula per illos habuerimus,nunc universa per vos recuperauerimus.[2] Itaq; P.C. quod ne optandum quidem est homini,immortalitatem quandam per vos adepti videmur.quod enim tempus erit unquam, quæ vestrorum in nos beneficiorum memoria,ac fama peruiatur?[3] qui ille ipso tempore,cum vi,ferro, metuque omnis obsessi teneremini,non multò post discessum meum universe me revocauistis,referente L.Munatio fortissimo, atq; optimo viro[4] quem habuit ille pestifer annus & maximè fidelem,& minimè timidum,& si dimicare placuisset, defensorem salutis meæ.postea quàm vobis potestas decernendi non est permissa per [4] cum Trib.pleb. qui cum per se Rempub lacerare non posset,sub alieno scelere delituit,nunquam de me silueritis, nunquam meam salutem non ab his Consulibus, qui vendiderant, flagitastis.[5] Itaque vestro studio, atque auctoritate perfectum est, vt ille ipse annus,quem ego mihi,quam patriæ maluerã esse fatalem,[6] nos Tribunus haberet,qui promulgarent de salute mea,& ad vos sæpenumero referrent.[6] nam Consules modesti,legumq; metuentes,impedie-

1 Ex ornamentis minorum.

2 Ex cõsequentibus effectis beneficiũ amplificat.

3 Senatus decreta de suo reditu facta commemorat vt gratianimi memoriam ostendat.

4 Clodium intelligit.

5 Et effectis causas commendat.

6 scilicet Trib.

7 iniuriam.

diabentur lege, non ea quæ de me,sed ea quæ de ipsis lata erat,cùm meus inimicus promulgauit, ne si remixissent hi,qui hæc penè delerunt,tum ego redirem,quo facto vtrunque confessus est,& se illorum vitam desiderare,[7] & magno in periculo Rempub. futuram,si aut hostes atque interfecturi Reip.reuixissent,aut ego non reuertissem.Itaque illo ipso anno,cũ ego cessissem,[8] princeps autẽ ciuitatis,non legum præsidio,sed partetum, vitam suam tueretur,Respu.sine Consulibus esset,neque filium parentibus perpetuis,verùm etiam tutoribus annuis esset orbata,sententias dicere prohibueremini,caput meum proscriptionis recitaretur nunquam dubitastis meam salutem cum cõmuni salute contungere. Postea verò quàm singulari & præstantissima virtute P. Lentuli Consulis ex superioris anni caligine & tenebris lucem in Repu. Cal.Ian.respicere cœpistis,cùm Qu.Metelli nobilissimi hominis atque optimi viri summa dignitate,cùm Fratrum,Trib.pleb.pene omnium virtute,& fide Reip.subuenisset,cùm virtute,gloria, rebus gestis Cn.Pompeius omnium gentium, omnium seculorum,[9] omnis memoriæ facile princeps, tuis se in Senatum venire arbitraretur:tantus vester consensus de salute mea fuit, vt licet corpus abesset meum,dignitatem in patriam reuertisset.[10] Quo quidem meuse,quid inter me & meos necessitudines interfuisset,existimare potuistis.ego meam salutem deserui,ne propter me ciuium vulneribus Resp.cruentaretur:illi mihi reditum nõ Po. Ro. suffragijs,sed flumine sanguinis intercludendum putauerunt. Itaque postea nihil vos cimibus,nihil fecistis,nihil Regibus respondistis:[11] nihil Iudices sententijs,nihil populus suffragijs,nihil hic ordo auctoritate declarauit:munium forum, elinguẽ cu-

1 Metonymia.

4 Factum suũ cõmendat collatione dissimilium.

5 Adiũcta subiectis relata, & effecta causis.

viam, aciem & fcalam cinxerit videbatis. quæ quidem tempore, [1] cùm is excessisset, quæ cædes & flamma vobis autoribus restiterat, cum ferro & facibus homines tota urbe volitantes, [2] magistratuum[3] tecta oppugnata, decretum[4] templa inflammata, fanum vires[5] & clarissimi Consules fascesq; fractos, fortissimi atque optimi viri [6] Trib. plebis sanctissimum corpus non solum tactum ac violatum manu, sed vulneratum ferro, cognoscebatis, videbatisq; quam strage nonnulli pernoti magistratus, partim metu mortis, partim desperatione Reip. paulatim a mea causa recesserunt: reliqui fuerunt, qui nec quæ terror, nec vis, nec spes, nec metus, nec promissa, nec minæ, nec tela, nec faces à vestra auctoritate, à Pop. Rom. dignitate, à mea salute depellerent. [7] Princeps P. Lentulus patres, ac deus vester ea forma, memoria, nomine, hoc specimen virtutis, hoc indicium animi, hoc lumen Consulatus fore putauit, si me mihi, si mecis, si vobis, si Reipublicæ reddidisset qui vt est designatus, vnquam dubitauit sententiâ de salute mea & de Repub. dicere? cùm a Trib. plebis vociferaretur, cùm præclarum caput recitaretur, ne quis ad vos referret, ne quis decerneret, ne disputaret, ne loqueretur, ne postularet, ne scribendo adesset: etiam illa [8] cantabantur, vt ante dixi, proscriptionem, non legem putauit: quæ ciuis optime de Rep. meritus nominatim sine vlla ciu, vna cum Senatu Reip. esset ereptus. Vt vero iniit magistratum, non dicam quid egerit primo quid omnino egerit aliud, nisi vt me conseruatorem rerum in posterum dignitatem auctoritatemq; faceret? [9] Dij immortales, quantis nubibus sustulerunt, quod hoc anno P. Lentulus Consul fuisset, quanto maior desiderium, si fuisset, orta esset? nec enim eguissem[2] medicina Cæsaris, nec

[1] Milone. vt nonnulli putant intelligit, [2] intelligit in primis L. Cæcilij Prætoris domum.
[3] Synecdoche
[4] Altera Synecdoche rerum templi Nymipharum inflammatarum a Clodio.
[5] Hæc de re in orat. de Aruspic. elp.
[6] vide orat. pro Sextio.
[7] Ilicenus in genere magis quàm ipsi ciatim de singulis authoribus atque ad interfectos sui reditus. Nunc ad singulos accedit, ac primum de Consulibus agit.
[8] Exclamatio
[9] Argumentum ex subiectis ad adiuncta.

Consulari vulnere cecidissem. Audieram ex sapientissimo homine atque optimo ciue & viro Q. Catulo, nec sæpe vnu Consulem imprudentem, duos vero nunquam, excepto illo Cinnano tempore, fuisse. quare meam causam semper fore firmissimam dicere solebat, dum vel vnus in Rep. esset Consul. quod verò dicerat, si illud de duobus Consulibus, quod ante in Rep. non fuerat, perenne, ac proprium manere potuisset. [1] Quod si Dn. Metellus ille tempore Consul fuisset unicus, dubitatis quo animo fuerit in me conseruando futurus, cum in restituendo alterum sustulerit, ascripteremq; videatis? [2] Sed fuerunt duo Consules, quorum mentes angustæ, humiles, prauæ, oppletæ tenebris, ac sordibus, nomen ipsum Consulatus, splendorem illius honoris, magnitudinem tanti Imperij nec intueri, nec sustinere, nec capere potuerunt: non Consules, sed mercatores prouinciarum, ac venditores vestræ dignitatis: [3] quorum alter à me Catilinam amatorem suum multis audientibus, [4] alter Cethegum consobrinum suum repostulabat: qui me duo sceleratissimi pœ hominum memoriam, nō Consules, sed latrones, [5] non modò deseruerunt, in causa præsertim publica, & Consulatu, sed prodiderunt, oppugnarunt, omni auxilio nō solum suo, sed etiam vestro, cæterorumq; ordinum spoliatum esse voluerunt, quorum[6] alter tamē neque me, neque quenquā fefellit. quis enim vllam vllius boni spem haberet in eo, cuius primum tempus ætatis palam fuisset ad omnes libidines diuulgatum? qui ne à sanctissima quidē parte corporis potuisset hominum impurā intemperātiam propulsare? qui cum suam rē nō minus sterneret, quàm pudicam publicam confecisset, egestate, & luxuriam domestico lenocinio sustentauit? qui nisi in aram Tribunatus confugisset, neque vim Prætoris, nec

[1] Accedit, ad alterum Consulem de eo argumē. aurcs paribus et fectis.
[2] Per dissimilitudinem digreditur in vituperationē Gabinij & Pisonis qui anno superiore Consules fuerant.
[3] Gabinium obtrat.
[4] Pisonem intelligit.
[5] Coniunctim eorum in ipsis malefacta commemorat.
[6] Separatim inuehitur in Gabinium ex eius turpitudine factis.

multitudinem creditorum, nec bonorũ proscriptionem effugere potuisset qui in magistratu nisi [1] negationem de piratico bello tulisset, profectò & egestate, & improbitate creatus piraticam ipse fecisset: ac minare quidem eũ Reip. detrimento, quam quòd intra mœnia nefarius hostis, prædaq; versatur aspectus insp[e]ctare, ac sedente, legem Tribunus plebis tulit, ne auspiciis obtemperaretur, ne obnuntiare concilio, aut comitiis, ne leges intercedere liceret, ut lex Aelia & Fufia ne valerent, quæ nostri maiores certissima subsidia Reipublicæ contra Tribunitios furores esse voluerunt. idemq; pestem cum innumerabilis multitudo bonorum de Capitolio supplex ad eum sordidata veniisset, cumq; adolescentes nobilissimi, cunctiq; Equites Ro. se ad genua impurissimi pedes abiecissent: [2] quo vultu cinctumatus ganeo non solum civium lacrymas, verùm etiam patria preces repudiauit? neque contentus fuit, sed etiam in concionem ascendit: eaq; dixit, quæ si eius vir [3] Catilina retexisset, dicere non esset ausus: se [4] Nonarum Decembrium, quæ tu Consule fieri essent, eiusq; Capitolini pœnas ab Equitibus Rom. esse repetiturum. neq; solùm id dixit, sed quis ea comadum fuit, cupellauit: L. verò Læmiam Equitem Romanum præstantis dignitatis hominem, & saluti meæ pro familiaritate Reip. pro fortunis suis amicissimum, Consul impositus exire vrbe iussit: & cum vos vestem mutandam censuissetis, cunctiq; mutassetis, atque idem omnes bonam ante fecissent, ille unguentis oblitus, cum toga prætexta, quam omnes [5] Prætores, Aedilesq; tum abiecerant, irrisit squalorem vestrum & luctum grauissima ciuitatis: [6] fecitq; quod nemo vnquam Tyrannus: vt quò minus occulte vestrum malum gemeretis, nihil [7] diceretis: ne aperte inter-

1 Hac rogatione latum est vti Pompeius bellum piraticum præficeretur imperator. Vide orat. pro leg. Man. circa finem.

2 Superbiam Gabinij notat ex effectis & allocutis.

3 Gabinius impurissimus, libidinis argu[t]

4 Metonymia duplex. ex rebus enim subiectis subiecta significantur, id est res gestæ illo die & loco.

5 Collatione minus rum crudelitatem Gabinij amplificat.

6 ὑποτύπωσις.

7 ἀποσιώπησις.

POST REDIT. IN SENAT. 421

moda patria lugeretis, edicerat. Cùm verò in Circo Flaminio non à Tribuno plebis Consul in concionem, sed à latrone Archipirata productus esset, primùm processit, qua autoritate vir? [1] vnus, summi, stupre plenus, madenti coma, composito capillo, grauibus oculis, fluentibus buccis, pressa voce, & temulenta: quòd in ciues indemnatos esset animadversum, ad fibi dixit grauis autor vehementissimè displicere. vbi nobis hæc autoritas [2] tandiu tanta latuisset in lustris, & bellua tionibus huius calamistrati saltatoris tam eximia virtus tandiu cessauit? [3] Namille alter Cesonius Caluentius ab adolescentia versatus est in foro, cùm eum præter simulatam, versutamq; tristitiam nulla res commendaret, non [4] Consulis studium, non dicendi initia rei militaris, non cognoscendorum hominũ, non liberalitas, quem præteriens cùm inculium, horridum, mastumq; vidisses, etiam si agrestem, & inhumanum existimares, tamẽ libidinosum, & perditum non dubitares. cum hoc homine, aut cum stipite [5] Aethiope si in foro constitisset, nihil crederes interesse. sine sensu, sine sapore, elinguem, tardum, inhumanum, neglectum, Cappadocem modo abreptum de grege venalium diceres. Idem domi quæ libidinosus? quàm impurus? quàm intemperans, [6] non in auare captis, sed porrò intermissis voluptatibus? cum verò etiam literas [7] stupere incipit, & bellua immanis cum Graculis philosophari, tum esse Epicureus, non pertus illi disciplinæ, quacunque est, deditus, sed captus vno verbo voluptatis hamo. aut autem magistros non ex illis, [8] ineptis, [9] qui dies totos de officio ac de virtute disserunt, qui ad laborem, ac industriam, ad pericula pro patria subeunda adhortantur: [10] sed eos, qui disputent horam nullam vacuã voluptate esse debere, in omni

1 ὑποτύπωσις ex adiectis accuratis.

2 ἰρωνεία.

3 Trahit ad vituperationẽ Pisonis per dissimulationẽ.

*Hic locꝰ corruptus est. Sic autẽ restitui videtur posse ex orat. in Pisonem. Nõ cõsilium nõ studium discẽdi initia rei militaris.

4 Collatione similium Pisonẽ describit.

*Castigatores codices sic habẽt. nẽ iama receptis, sed pseudothyra intromissis voluptatibus. *studere

5 ἰρωνία.

6 Peripateticos aut Stoicos intelligit.

7 Epicureos intelligit.

parte corporis semper aperiere aliquod gaudium delectationémque versari. his vitur quasi praesidiis libidinum suarum his voluptates omnes vestiuntur, atque odorantur: his sunt conditores, instructoréque conuiuij: iidem expendunt, atque aestimant voluptates sententiámque dicunt. & iudicant, quàtum cuique libidini tribuendum esse videatur: horum ille artibus eruditus, ita contempsit hanc *prudentissimam ciuitatem, vt omnes suas libidines, omnia flagitia latere posse arbitraretur, si modo vultum importunum in forum detulisset: is non me, quanquam equidem non cognoram eum propter Pisonum affinitatem, *quã longè nunc ab hac genere cognatio materna. Transfugit sanguinis abstulisset, sed vos populúmque Romanum consilio, neque eloquentia, quod in multis saepe accidit, sed rugis superciliog decepit. [2] L. Pisone ansus es ipso oculo, non dicam illo animo, ista fronte, non vita, tanto supercilio, non enim possum dicere tantis gestis, cum Gabinio conspiciare consilia pestis mea? non te illud unguentorum odor non vini anhelitus, non foni calamistri notata vestigia, in eam cognitio non adducebat, vt cùm illius re similis fuisti, simitis tibi integumento ad occultanda tanta flagitia diutius vti non liceret? cùm hoc cure ansus es, vt Consularem dignitatem, vt Reipub. statum, vt Senatus auctoritatem, vt ciuitatem optimè meriti fortunas prouinciarum sedere? addiceres? te Consule, tuis edictis, & imperiis Senatus populúsque Romanus non est lucitum, non modo sententijs atque auctoritate sua, sed ne nutu quidem, ac vestitu Reipubli. subuenire. Capuane te putabat, in qua vrbe domicilium quondam superbiae fuit. Consulem esse, sicuti eras eo tempore in Roma, in qua ciuitate omnes ante vos Consules

*Vide num prudentissimã melius legatur, vt libidini pudor opponatur.

*quem lõgè hunc

2 Apostrophe ad Pisonem absentem.

1 Metaphora à rebus venalibus.

Senatus

Senatui potuerunt? tu ex aussu in Circo Flaminio productus cum tuo illo pari dicere, te semper misericordem fuisse? quo verbo Senatum atque omnes bonos tum, cùm à patrio pestem expellerent, crudeles demonstrabas fuisse. [1] tu misereri tuae affinem tuum, quem carnifici, prorogatione primum cuiusdem praefecerat, quem Calend. Ianuar. tertio loco sententiam rogatus contra illum animi dis Reipu. tradidisti: [3] tu meum generum propinquum tuam, tu affinem tuam, meam filiam superbissimis, & crudelissimis verbis à gentibus tuis repulisti. idémque tu [3] clementia ac misericordia singulari, cùm ego vnà cum Repub. non Tribunitia, sed Consulari tibi concidissem, tanto scelere, tantáque intemperantia fuisti, vt ne vnum quidem horum interesse pateretur inter meam pestem, & tuam praedam, saltem dum conuiscaret illa lamentatio, & gemitus vrbis, nondum palàm facinus erat concidisse Rempub. cùm tibi [4] arbitria funeris celebrabantur: vno eodémque tempore domus mea diripiebatur, ardebat, bona ad [5] vicinum Consulem de Palatio, de Tusculano ad item [6] vicinum alterum Consulem deferebantur: cùm ipse [7] operis suffragium ferentibus, eodem gladiatore latere, vacuus non modo à bonis, sed etiam à liberis, atque suam fore, ignaro pop. Rom. quid ageretur, Senatu vero oppresso, & afflicto, duobus simitis nefariisque Consulibus, aranum, prouincia, legiones, imperia deuabantur. [8] Horum Consulum ruinas vos Consules vestra virtute sustitis, summa Tribunarum plebis, Praetorumque fide, & diligentia sublevatis. [9] Quid ego de praestantissimo viro T. Annio dicamnunc quis de tali ciue satis digne vnquam loquitur? qui cùm videret sceleratam ciuem, [10] aut domestic um potius hostem, si legibus

1 Ex repugnantibus edictis docet Pisonẽ non esse misericordem.

2 C. Pisonem Frugi cognomine, Tullix marito.

3 iuuenis.

4 Metonymia

5 Ad Pisonẽ.

6 Ad Gabiniũ

7 Metonymia Operæ pro operariis.

8 Digressionis cuneus huc est & recursus ad propositũ per dissimulationem.

9 Accedit ad cõmemorãdã singulorũ Tribunorũ plebis in se beneficia. ac primũ T. Annij Milonis.

10 Correctio.

vti liceret, iudicio esse frangendum: sin ipsa iudicia vis impediret, ac tolleret, audaciam virtute, furorem fortitudine, temeritatem consilio, manum manu, vim vi esse superandam: primo de vi posita lauit: posteaquam ab eodem iudicia sublata esse vidit, ne ille omnia vi posset efficere, curauit: qui decuit neque tecta, neque templa, neque forum, neque curiam, sine summa virtute, ac maximis opibus, & copijs ab intestino latrocinio posse defendi: qui primus post meum discessum metum boni, timorem huic ordini, seruitutem depulit ciuitati.

1 Collatione partiũ agit de P. Sextio.

Quam rationem pari virtute, animo, fide, P. Sestius secutus, pro mea salute, pro vestra autoritate, pro statu ciuitatis nullas sibi inimicitias, nullam vim, nullos impetus, nullum vitę discrimen vitandum vnquam putauit: qui causam Senatus exagitatam concionibus improborum, sua diligentia multitudini commendauit, vt nihil eam popularę, quàm vestrum nomen: nihil tam omnibus charum aliquando, quàm vestra autoritas videretur: 2 qui me cum omnibus rebus, quibus Tribunus plebis potuit, defendit, tum reliquis officijs iuxtà ac si meus frater esset, sustentauit. cuius ego clientibus, libertis, familia, copijs, liberis ita sum sustentatus, vt mea calamitate non adiutore solum, verum etiam socius videretur. 3 Iam eorum officia studiaque videtis: quàm cupidus mei C. Sestilius, quàm studiosus vestri, quàm non vanus fuerit in causa. Quid Mosopium? cui ego ipsi, parenti, fratrique eius, sentio quàm debeam: quem à me voluntas eorum in primato iudicio offensa, publici mei beneficij memoria priuatam offensionem 4 obliterauerunt. Iam T. Fadius, qui mihi Quæstor fuit, M. Curtius, cuius ego patri Quæstor fui, studio, amore, animo, huic necessitudini non

2 Collatione parium P. Sestij in se officia delarat.

3 Transit ad alios Tribb. plebis, qui ex numero reliqui erant.

4 Metaphora à scriptura.

non defuerunt. Multa de me C. 1 Messienius, & amicitia, & Reipublicæ causa dixit: legem seperatim initio de salute mea promulgauit. Q. Fabricius, si quæ de me agere conatus est, ea contra eum, & ferrum perficere potuisset, mense Ianuario nostrum statum recuperassemus: quem ad salutem mirâ voluntas impulit, vis retardauit, autoritas vestra reuocauit. 2 Iã verò Prætores quo animo in me fuerint, vos existimare potuistis, cum I. Cæsius primatim me suis omnibus copijs studuerit sustentare: publicè promulgarit de salute mea cum Collegis pene omnibus: deprecatoribus autem meorum bonorum in eis adeundis potestatem non fecerit. M. autem Caldius statim designatus, sententia sua, quam esset chara sibi mea salus, declarauit. Omnia officia C. Septimij, Q. Valerij, 3 P. Crassi, Sex. Quintilij, C. Coruuti summa & in me, & in Reipub. constiterunt. quæ cum liben ter commemoro, 4 tum non inuitus nonnullorum in me nefariè commissa prætereo, non est mei temporis intarias memuisse: quas ego, etiam si vlcisci possem, tamen oblitus esse mallem. alio transferenda mea vota vita est, vt bene de me meritis referam gratiam: cum apertis hostibus bellum geram: timidis amicis ignoscam: proditoribus meis non indicem dolorem profectionis meæ: defensores redeuntes dignitate consoler. Quod si mihi nullum aliud esset officium in omni vita reliquum, nisi vt eorum duces ipsos, & principes, atque autores salutis meæ satis gratus iudicarer: tamen exiguum reliquæ vitæ tempus non modò ad referendam, verùm etiam ad commemorandam gratiam mihi relictum putarem. 5 quando enim ego huic homini ac liberis eius, quando omnes mei gratiam referent? quæ memoria, quæ vis ingenij, quæ magnitudo animi

1 Hic pergit Ciceroni Proconsuli legatus in Cilicia fuit.

2 Transit ad Prætores numero septem. Nam octauus cum esset Clodij frater et Ciceronis defuit.

3 Hic P. Crassus filius trat M. Crassi diuitis.

4 Facilitatẽ suam commẽdat in obliuiscendis iniurijs & per dissimilitudinẽ sibi ita faciendum asserit, & minorẽ collatione cõfirmat.

5 Redit ad amplificandũ P. Lentuli Cos. in se beneficium.

seruantia, tot tantisque beneficiis respondere potuerit? qui mihi primùm afflicto & iacenti, Consularem fidem, dexteramque porrexit: qui me à morte ad vitam, à desperatione ad spem, ab exitio ad salutem reuocauit? qui tanto amore in me, studioque in Reympubl. fuit, vt exorgitaret quemadmodum calamitatem meam non modò leuaret, sed etiam honestaret? quid enim magnificentius, quid præclarius mihi accidere potuit, quàm quod ille petente vos decreuistis, vt cunctis ex omni Italia, qui Rempub. saluam vellent, ad me vnum hominem seruandum, & propè dissipatum, restituendum, & defendendum venirent: vt qua voce à Romule post Romam conditam Consul vsus esset pro vniuersa Republ. apud eos solum, qui eius vocem exaudire possent, eadem voce Senatus omnibus agris, vicis, atque oppidis, ciues totamq; Italiam ad vnius salutem defendendam excitaret. Quid ego gloriosius meis posteris potui relinquere, quàm hunc Senatum iudicasse, qui ciuis me non defendisset, eum Rempub. saluam noluisse? Itaque tantum vestra auctoritas, tantum eximia Consilii dignitas valuit, vt omnes id flagitium se committere putarent, si quis non veniret. Idemque Consul, cùm vllæ incredibilis multitudo Romam, & pene Italia ipsa venisset, vos frequentissimos in Capitolium conuocauit. quo tempore quantam hæc natura bonitatem habuerat, aut vera nobilitas, intelligere potuistis. Nam Q. Metellus, & meus, & frater inimici, perfecta vestra voluntate, omnia priuata odia deposuit: quem P. Seruilius vir cùm clarissimus, tum verò optimus, mihiq; amicissimus, & auctoritatis, & orationis suæ illustri quadam grauitate, ad sui generis, commendauit sanguinis fidem, virtutemq; reuocauit, vt habuerit

1 Collatio minorum.

2 Apostrophe ad Romulum

3 Arg. ex destinatis ad finem.

4 *vera bonitas*

5 Obiter etiã aliquid in adis aspergit alienũ Consulũ à pte Q. Metello negotij.

in consilio & fratrem ab inferis, socium rerum mearum, & omnes Metellos præstantissimos ciuis pene ex Acheronte excitauit: quibus Numidicum illum, cuius quondam de patria discessione honestius ipsi, omnibus luctuosius tandem visus est. Itaq; fuit is non modò salutis defensor, qui ante hoc vnum beneficium fuerat inimicus, verum etiã ascriptor dignitatis meæ. Quo quidem die *cum CCCCX. Senatores essetis, magistratúsque omnes adessent, dissensit vnus, is qui sua lege coniuratos etiam ab inferis excitandos putarat. atque ille die quo Remp. meis consiliis conseruatam grauissimis verbis, & plurimis indicasset, idem Consul creauit, vt eadem à principibus ciuitatis in cõsulendo posteris dici deberentur. cùm quidem ipse egit ornatissimè causam meam, perfecitq; apertè, atque audente Italia tota, vt nemo cuiusquam conditiones perditi vocem acerbam, atque inimicam audire, posset audire. Ad hæc, nõ modò adiumenta salutis, sed etiam ornamenta dignitatis mea reliquistis: decreuistis, ne quis vlla rationẽ rem impediret: qui id impedisset, grauiter molestéque laturum illum contra Rem. salutem, bonorum, concordiamq; ciuium facturum: & vt ad vos ea statim referrentur: meq; etiam, si dimittas calumniarentur, redire iussistis. Quidd; agerentur gratiæ, qui è municipiis venissent? quidd; agerentur? Ad illam diem res cùm rediissent, rogarentur, vt ad illam diem res cùm rediissent, rogarentur, vt acriùs in eos consentirent? quid denique illo die, quẽ P. Lentulus mihi, fratriq; meo, liberisq; vestris natalem constituit, non modò ad nostram, verum etiã ad sempiternã memoriam temporis? quo die nos comitiis Centuriatis, quæ maximè maiores iusta dicta haberi que voluerunt, arcessiuit in patriam: vt eadem Centuria, quæ Consulem fecerat, Consulatum

1 Q. Metellũ Celerẽ incellige qui tum obierat.

*cùm CCCCXVII. essetis magistratus antè omnes adessent

2 Intelligit Attilium Gratianum Trib. plebis, de quo vide orat. pro Sestio.

3 Senatus vniuersi decreta commemorat.

4 Addit alia effecta senatus & acerbatim enumerat.

5 Et alium dis restitutionis sui, dignitatem sibi necessitate significat.

salutem meum comprobarent. quo die quis ciuis fuit, qui fas esse putaret, quacunque aut etate aut valetudine esset, non se de salute mea sententiam ferre? quando tantam frequentiam in campo? tantum splendorem Italiæ totius, ordinumq; omnium quando illa dignitate rogatores, deriptores, custodesq; vidistis? Itaque P. Lentuli beneficio excellentis atq; diuino non solum reduces sumus in patriam, sicut nonnulli clarissimi viri, sed equis insignibus & curru aurato reportati. Possum ego satis in Cn. Pompeium unquam gratus videri? qui non solum apud vos, qui omnes idem sentiebatis, sed etiam apud vniuersum pop. Rom. salutem Reip. & conseruatam per me, & constitutam esse cum mea dixerit: qui causam meam prudentibus commendarit, imperitis edocuerit, eodemq; tempore improbos autoritate sua compresserit, bonos excitarit: quod pop. Rom. pro me, tanquam pro patre, aut pro parente, non solum hortatus sit, verum etiam obsecrauit: qui, ipse cum propter metum dimicationis, & sanguinis domo se teneret, etiam à superioribus Tribunis petierit, ut ne salute mea, & promulgaret, & referret: qui in colonia nuper constituta cum ipse gereret magistratum, in qua nemo erat cuiusquam intercessorum, vim & crudelitatem principatus, autoritate honestissimorum hominum, & publicis literis consignauit, principiq; Italia totius præsidium ad nostram salutem implorandam fuit: qui cum ipse mihi semper amicissimus fuisset, etiã vt suos necessarios mihi amicos redderet elaborauit? Quibus autem officijs T. Annij beneficia remunerabor? cuius omnis actio, ratio, cogitatio, totus denique Tribunatus, nihil aliud fuit nisi constans, perpetua, fortis, inuicta defensio salutis meæ. Quid de P. Sestio loquar? quisnam ergo me

1 Conclusio amplificationem laudis Lentuli Consulis ex effectis auctis collatione minorum.

2 Hoc si verũ est & simpliciter dictum, nõ autem per hyperbolem Ciceroni rediturus fuit instar triumphi.

3 Agit separatim de Cneo Pompeio & eius effectis cõmemorat.

4 Capuam intelligit, in qua vrbe Pompeius eo tempore præfecturam gessit.

5 Repetit beneficiorum Milonis amplificationẽ.

6 P. item Sestij beneficia commemorat augetq; collatione minorum.

me benevolentiam, & fidem non solum animi dolore, sed etiam corporis vulneribus ostendit? Vobis verò P.C. singulis & egi, & agam gratias vniuersis: egi initio, quantum potui: satis ornatè agere nullo modo possum. Et quanquam sunt in me præcipua merita multorũ, quæ silerinullo modo possunt, tamen huius temporis mei non est, omnes cõmemorare beneficia in me singulorum. nam difficile est non aliquem, nefas quenquã præterire. Ego vos vniuersos Patres conscripti Diorum immortalium more colere debeo, sed vt in ipsis diis immortalibus non semper eosdem, atq; alias alios solemus & venerari, & precari: sic in hominibus de me diuinitus meritis omnis erit atas mihi ad eorum erga me merita prædicanda atque recolenda. hodierno autem die nominatim à me magistratibus statui gratias esse agendas, & de primatis vni, qui pro salute mea, municipia, coloniásque adisset, populum Romanum supplex obsecrasset, sententiam dixisset eam, quam vos secuti, mihi dignitatem meam reddidistis: vos me florentem semper ornastis: laborantem mutatione vestis, & propè luctu vestro, quasi licuit, defendistis. Nostra memoria Senatores ne in suis quidem periculis mutare vestem solebant: in meo periculo Senatus veste mutata fuit, quoad licuit per eorum edicta, qui mea pericula non modo suo præsidio, sed etiam vestra deprecatione nudarunt. Quibus ego rebus obsitus, cum mihi priuato confligendum videretur eum eadem exercitu, quem Consul non armis, sed vestra autoritate superaram, multa mecum ipse

1 Conclusio gratiarũ actionem cõtinens, & suæ innocentiæ, quæ sit impar exornãdis pro dignitate beneficiis Senatus. Argitest ex collatione minorum.

2 Ex repugnãtib. auctis collatione dissimilium exponit, cur singulis Senatoribus non agat gratias, sed vniuersis.

3 Suum officium in Senatum declarat collatione patium, ac postea dissimilitudine. illustrat.

4 Huius orationis summa hoc loco attingit, vniuersio Senatui magistratibus & vniprinato gratias agendas esse.

5 Pompeium intelligit.

6 Collatione minorum Senatus beneficia in se amplificat.

7 Delabitur ad exponendam rationem discessus huiusque exitij: sua voluntate fuit, epit. Arg. est ex causis.

repu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

1 Synecdoche est ad amplificandā. Vnius enim templi quod erat Castoris gradus demolitione sublati sunt. Vide orat. pro Sestio.

2 Legendum Consules vt alter de Clodio intelligatur.

3 C. Cæsarem intelligit cui belli Gallici administratio in quinquennium decreta erat.

4 Concludit adimunitibus exilij sui causis & priuatio ne repugnantium sibi abunde vtilem esse quod augeretur dissimilitudine effectorū quæ ipsa nouæ dissimilitudines causarū explicantur.

5 Ex hoc auctoritatem repugnantibus obtendit cur nō dimicarit potius quàm in exilium abierit.

reputani. Dixerat in concione Consul, se Clodij Cæsetolini pœnas ab Equitibus Romanis repetituꝝ nominatim alij compellabantur, alij citabantur, alij relegabantur: [1] aditus templorum erant non solùm præsidijs & manu, verùm etiam demolitione sublati. alter [2] Consul, vt me & Rempubl. non modo desererent, sed etiam hostibus Reipublicæ proderent, pactionibus erat suorum præmiorum obligatus: [3] erat alius ad portas cum imperio in multos annos, magnoq; exercitu: quem ego inimicum mihi fuisse non dico: tacuisse, cum diceretur esse inimicus, scio. Duæ partes esse in Republ. cum putarentur, altera me deposcere propter inimicitias, altera timidè defendere propter suspicionem cædis putabatur, qui autem me deposcere videbantur, hi hoc auxerunt dimicationis metum, quòd nunquā sufficiendā suspicionem hominum cuiquāmq; mouerunt. [4] Quare cum viderem Senatum duce bus orbatum, me à magistratibus partim spoliatum, partim prodítum, partim deterritum, seruos simulatione Collegiorum nominatim ad conscribendas, copias omnes Catilinæ penè ipsum ducibus ad idem cadis & incendiorum esse vocatas, Equites Roman. proscriptionis, municipia vastitatis, omnes cædis metu esse permetos: potui, [5] potui P. C. multis auctoribus fortissimis viris, me vi, armisque defendere: nec mihi ipsi ille animus idem mentis, vobis non incognitus esse fuit: sed videbam, si vicissem præsentem aduersarium, nimium multos mihi alios esse vincendos: si victus essem, multis bonis & pro me, & mecum, etiam post me esse pereundum: Tribunicique sanguinis vltores esse præsentes, mea mortis pœnas iudicio, & posteritatis reseruari. [6] nolui, ne Consul communi salutem sine ferro defendisse

meum primatus armis defendere: benèque vires lugere malui meæ fortunæ, quàm suis desperare. [7] ac si solus essem interfectus, mihi turpe: si cum multis, Reipublicæ funestum fore videbatur.

[8] Quod si mihi æternam esse propositam arumnam arbitrarer, morte me ipse potius, quàm sempiterno dolore multassem: sed cùm viderem me non diutius, quàm ipsam Rempublicam ea hæc breue abfuturum: neque ego illa exterminata mihi remanendum putarem: & illa simulatque remota est, me secum pariter reportauit, mecum leges, mecum quæstiones, mecum iura magistratuum, mecum Senatus auctoritas, mecum libertas, mecum etiam frugum ubertas, mecum diuorum & hominum sanctitates omnes, & religiones abfuerunt, quas si semper abfuisse, magis vestram fortunam lugerem, quam desiderarem meam: ipso aliquando reuocaremur, intelligebam mihi cum illa omnia esse redeundum. [9] Cuius mei sensus certissimus testis est hic idem, qui custos capitis fuit. Cn. Plancius, qui omnibus prouincialibus ornamentis, cum ipsi quæstor deposcit, totam suam Quæsturam in me saluandum, & conseruando collocauit: qui si mihi Quæstor Imperatori fuisset, in filij loco fuisset: nunc certè erit in parentis, cum fuerit Quæstor non imperij, sed doloris mei. [10] Quapropter Patres conscripti, quoniam in Republicam sum pariter cum Republ. restitutus non modo in ea defendenda mihi minuam de libertate mea pristina, sed etiam adaugebo. etenim si eam tum defendebam, cum aliquid mihi illa debebat, quid nunc me facere oportet, cum ego illi plurimum debeo? nam quid est, quod animum meum frangere, aut debilitare possit, [11] cuius ipsam calamitatem non modò nullius delicti,

1 Dilemma est ex adiunctis.

2 Cur ipse sibi mortē nō consciuerit ex repugnanti fine rationem reddituꝝ vitæ sui melioris tortunæ fuit Finitum illi magis nominat ex solicitis quæ ipse per se Syllien conscr. breuiter attribuit.

3 Confirmat suū consilium testimonio Plancij. Quæstoris, apud quē multa ecclaua Cicer. Thessalonicę.

4 Concludit ex superioris se libertatem suam in senectute dicēda seruandi, idque minorū cōtentione obtinuit.

5 Calamitatē sui commendat ex officijs tribus & hac.

1 Per dissimi litū caullarū collationem restitutionis suæ gloriam amplificat.

2 Hic P. Popilij annoprox. à Tiberij Gracchi morte Consul fuit, & quòd in illius amicos omnem sæuitiam adhibuisse videretur, vi C. Gracchi in exilium electus est. Vide Velleiū Paterc. poster. vol. De Q. Metello Numidico notum est omnibus.

3 De his superiore oratione ad Quir.

4 ἀντανάκλασις dissimilitudinis cuius duæ sunt partes: prior de Q. Fratre.

5 Altera pars antapodoseos de generoso ſon C. Pisone Frugi.

6 Altera collatio dissimilium efficientium. Nam priores adiuuantes fuerunt.

7 Popilius L. sextus Trib plebis, Metellus vero Q. Caldij rogatione restitutus est.

delicti, sed etiam diuinorum in Rempublicam beneficiorum testem esse videatis? nam & importata est, quia defenderam ciuitatem: & mea voluntate suscepta est nec à me defensa Respublica per eundem me extremum in discrimen vocaretur. [1] Pro me non, vt pro [2] P. Popilio nobilissimo homine, adolescentes filij, non propinquorum multitudo populorum Roma. est deprecata, non, vt pro Q. Metello summo & clarissimo viro, spectata tum adolescentia [3] filius, non L. & C. Metelli Consulares, non eorum liberi, non Q. Metellus Rapos qui tum Consulatum petebat, non Lucullus, Seruilij, Scipiones. Metellorum filij flentes ac fœdati populo Romano supplicauerunt: [4] sed vnus frater, qui in me pietate filius, consilijs parens, amore (vt erat) frater inuentus est, squalore, & lacrymis, & quotidianis precibus, desiderium mei nemini remisit, & rerum gestarum memoriam vsurpari vetuit: qui cum staturus esset, si per vos me recuperasset, eandem subire fortunam, atque idem sibi domicilium & vita, & mortis deposceret: nunquam me magnitudinem negotij, neq; solitudinem suam, nec vim inimicorum, ac tela pertimuit. [5] Alter fuit propugnator meorum fortunarum, & defensor assiduus, summa virtute, & pietate C. Piso gener: qui mihi ex inimicissimo meorum, qui inimicitias assimi mei, propinquus fuit Consulis, qui Pontum & Bithyniam Quæstor pro mea salute neglexit. [6] Nihil vnquam Senatus de P. Popilio decreuit, nunquam in hac ædine Q. Metelli mentio facta est. [7] Tribunitiæ sunt illi rogationibus, interfectis in iniuria, domi nulla

nulla autoritate Senatus, restituti, cùm alter eorū Senatui paruisset, alter vim, cædemq; fugisset. Nam C. quidē Marius, qui hac hominum memoria tertius ante me Consularis tempestate ciuili expulsus est, non modò à Senatu non est restitutus sed reditu suo Senatum cunctum penè deleuit. nulla de illis magistratuum consessio, nulla ad Rempub. defendendam pop. Ro. conuocatio, nullus Italiæ motus, nulla decreta municipiorum, & coloniarum extiterunt. [2] Quare cùm me vestra auctoritas accersierit. Pop. Ro. reuocarit. Respub. amplexa sit. Italia cuncta penè suis humeris reportarit. nō committā P. C. vt cùm ea mihi sint restituta, quæ in potestate mea non fuerunt, ea non habeā, quæ ipse præstare possim, præsertim cum illa amissa recuperarim, virtutem, & fidem nunquam amiserim.

PRO DOMO SVA, AD PONTIFICES.

ORATIO XXX.

QVAM multa diuinitus, Pontifices, à maioribus nostris inuenta atque instituta sunt: tū nihil præclarius, quàm quod vos eosdē & religionibus deorum immortaliū & summæ Reipublicæ præesse voluerunt: vt amplissimi & clarissimi ciues Reipublic. bene gerenda, religiones sapienter interpretande, Rempublicam conseruarent. [4] Quòd si vllo tempore magna causa in sacerdotum populi Ro-

Eo manis

1 Tertiū præfatos mōrū de C. Mario cuius dissimilitudo etiam cum aliis magna ostendit.

2 ἀντανάκλασις dissimilitudinis, ex qua vim repugnātium elicit: & maiorum collatione cōclusio sibi libertatē & hdem in Rep. defendendā non defuisse.

1 Laudat initio maiorum consilium in Pontificibus aliūsque religionum interpretibus institutendis. Præcipuū argumentum est ex finitimis autem augetur præpolita collatione minorum.

4 Causæ huius genuitatē ex rebus subiectis & fine amplificat.

nanderum ciuium causa, atq; ita, vt dolenter abesset, non tam sapiens, quàm vt qui nihil curans, sed tam amans tuorũ, ac tui, quã cõmunis humanitas postulat: ea laetus præclara ac diuina? Nam qui eo, quo nunquam chara atq; iucunda duxit æquo animo Reip. causa deserit, nullã benevolentiam insignẽ in Remp. declarat: qui autẽ ea relinquit Reip. causa, a quibus cũ summo dolore distrahitur, is patria chara est, cuius salutẽ charitati anteponit suorũ. Quare desinat licet ista patria, atq; audiat, hac ex me, quoniã lacessiuit: bene seruasti, vt Consul, rogatus armatus vicerim: pro tui, Consulibus armatis cesserim? vtrinq; respexit tuli maximũ superiorum, quid ex Senatus auctoritate, & Senatũs, & omnes boni, mea salutis causa mutata veste vidi posteriori, quàd & Senatus, & Popu. Rom. & omnes mortales, & priuatim, & publicè iudicarunt, sine meo reditu Rempublicam saluam esse nõ posse. 4 Sed hic meus reditus Pontifex vester iudicio continetur. nẽ si vos me in meis ædibus collocatis, id quod is omni mea causa semper studiis, consiliis, auctoritatibus, sententiisq; facillimè videre me plane ac sentio restituisse: sin mea domus non modo mihi non redditur, sed etiam monimentum prabet inimico: doleris tui, sceleris sui publica calamitatis, quin erit, qui hunc reditum potius, quàm pœnam sempiternam putet? In cuius pectus præterea totius urbis domus est mea. Pont. in qua si manet illud non monimentum urbis, sed sepulchrum inimico nomine inscriptum, demolandum potius aliquẽ est, quàm habitandum in ea urbe, in qua 5 tropheæ & de me, & de Reipub. videam constituta. An ego tantam aut animi duritiem habere, aut oculorum impudentiam possim, vt cuius urbis 7 seruatorem me esse Sena-

tus eorum assensu totiès iudicarit, in ea possim inueri domũ meam euersam non ab inimico meo, sed ab hoste conuiui, & ab eodem extructam, & positam in oculis ciuitatis, nẽ vnquam conquiescere ne posse fletus lenirũ? Sp. Melij regnum appetentis domus est complanata: ecquid aliud aquum accidisse Melio Pop. Rom. iudicauit? nomine ipso Aequimelij stultitiæ pœna comprobata est. 1 Sp. Cassij domus eb eandem causam euersa, atq; in eodem loco ædes posita Telluris. 2 In Vacci prati domus fuit M. Vacci, qua publicata est & euersa vt illius facinus memoria, & nomine loci notaretur. 3 M. Manlius cum ab assensu Capitolij Gallorum impetum repulisset, non fuit contentus beneficij sui gloria, regnum appetisse est indicatus: ergo eius domum euersam duobus lucis conuellitam videtis. 4 Quam igitur maiores nostri sceleratis ac nefariis ciuibus maximam pœnam constituisse arbitrati sunt, eandem ego subibo ac sustinebo, vt apud posteros nostros non extinctor coniurationis & sceleris, sed auctor & dux fuisse videar? Hanc verò Pontabem turpitudinis, & in constantia poterit Pop. Rom. dignitas sustinere, vbi Senatus, vbis principibus publici consilij, 6 vt domus M. Tullij Ciceronis cum domo Fului Flacci ad memoriam pœnæ publicè constitutæ coniuncta esse videatur? M. Flaccus, quia cum C. Gracchus contra salutem Reipub. fecerat, & Senatus sententia est interfectus, & eius domus euersa, & publicata est: in qua porticum post aliquantò Quintus Catulus de manubiis Cimbricis fecit. ista autem fuit ac furia patria cum vrbem Pisone & Gabinio ducibus cepisset, occupasset, teneret, vno eodémque tempore & clarissimi viri mortui monimenta delebat, & meam domum cum M. Flacci domo

coniunx

mutasset. Protatis dissimilitudinis quatuor exemplorũ inductione cõstat. Primum exemplum est de Sp. Melio, vbi argumentum est à nomine ad interpretationem nominis. Vide Liuium 1. decadis lib 4.

1 Secũdũ exẽplum de quo lib. 2 decadis primæ.

2 Tertium de quo lib. 2 decadis 1.

3 Quarti, de quo vide lib. 6. deca. prima.

4 Conclusio in sufficienter antapodosi cõclusa est. vnde etiam vim repugnantis elicies.

5 Addit quinto exemplũ eandem indignitatem præ se ferens, ex eodem loco repugnantis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

coniungebat: [2] ut qua poena Senatus afficerat euersorem ciuitatis, eadem iste oppressæ Senatu afficeret eum, quem P.C. custodem patriæ iudicassent. [3] Hanc vero in Palatio, atque in pulcherrimo vrbis loco porticum esse patiemini furoris Tribunitij, sceleris Consularis, crudelitatis coniuratorum, calamitatis Reipubl. doloris mei desiderium indicium ad memoriam omnium gentium sempiternam? quam porticum pro amore quem habetis in Rempub. & semper habuistis, non modo sententijs, sed, si opus esset, manibus vestris defendere cupieretis, nisi quem fortè illius castissimi sacerdotis superstitiosa dedicatio deterret? [4] O rem, quam homines soluti, à cura liberati ridere non desinant: tristiores autem sine maximo dolore audire non possint! P. ne Clodius, qui ex Pontificis maximi domo religionem eripuit, is in meam domum tulit: hunc, inquam, etiam vos, qui estis antistites cærimoniarum & sacrorum, autorem habetis, & magistrum publicæ religionis? [5] O dij immortales (vos enim hæc audire cupio) P. Clodius vestra sacra curat! vestrum numen horret! res omnes humanas religione vestra contineri putat! Isti non illudit autoritati horum omnium, qui adsunt, summorum virorum? non vestra Pont. grauitate abutitur? ex isto ore, religionis verbum excidere, aut elabi potest? cum tu eodem ore accusandi Senatum, quòd fœdere de religione decerneret, impurissimè teterrimèque violasti. Abijcite, abijcite Pont. hominem religiosum, & (si vobis videtur (quod est bonorum Pont.) monete eum, modum quendam esse religionis, nimium esse superstitiosum non oportere. [6] quid tibi necesse fuit aedili superstitione domo fanatice sacrificium, quod alienæ domi fieret, inuisere? quæ autem te tanta mentis imbecillitas tenuit, vt non putares deos satis posse placari, nisi etiam muliebribus religionibus te implicuisses? quem vnquam audistis maiorum tuorum, qui & sacra priuata coluerunt, & publicis sacerdotijs præfuerunt, cum sacrificium Bonæ Deæ fieret, interfuisse? neminem, ne illum quidem, qui cæcus factus est. Ex quo intelligitur multa in vita falsò homines opinari, cum ille, [7] qui nihil viderat sciret, quod nefas esset, lumina amisit: istius, qui non solùm aspectu, sed etiam incesto flagitio, & stupro pollutæ cærimonias, pœna omnis oculorum ad cæcitatem mentis est conuersa. [8] Hoc autore tam casto, tam religioso, tam sancto, tam pio, potestis Pontif. non commutari, cum suis dicat se manibus domum eius optimi euertisse, & eam isdem manibus consecrasse? quæ tua fuit consecratio? tuleram, inquit, vt mihi liceret. quid non exceperat, vt si quid ius non esset rogare, ne esset rogatum? [9] Ius igitur statuetis esse, vnius cuiusque vestrum sedes, aras, focos, deos penates subiectos esse libidini Tribunitiæ? in quem quisque per hominem concitatus irruerit, quem impetu perculerit, huius domum non solum affligere, quod est præsentis insaniæ quasi tempestatis repentina, sed etiam in posterum tempus religione sempiterna obligare? Equidem sic accepi Pontifices, in religionibus suscipiendis caput esse, interpretari, qua voluntas deorum immortalium esse videatur: [10] nec est villa res, quæ deos magis pietas, nisi ea quæ de numine eorum ac mente opinio, cum expers nihil ab iis, quod sit inusitatum ac inconstitutum, arbitretur. hominē inuenire ista labes tum, cum omnia tenebat, neminem potuit, cui ædes meas addiceret, eum traderet, cui donaret? ipse cum loci illius, cum adium cupiditate flagra

1 Iaculeat eandem indignationem ex dissimilitudinis informatione quæ irrisit in repugnantiam.

2 Ex repugnantibus obiectis à fine argumentatur additque arg. ex minore ad maius.

3 Exclamatio ad augendam indignationem ex repug.

4 Apostrophe ad Deos cum ironia ex repugnantibus.

5 Continuat eandem indignationem ex repugnantibus reperta etiam ironia.

6 Inuehitur in P. Clodium propter pollutæ Bonæ Deæ sacra.

1 Appiũ Claudium qui Cæcus cognominatus est indicat, & per dissimilitudinem cũ P. Clodio confert.

2 Ex repugnãtibus Clodij effectis, quæ commemorata sunt, illam bonã religionis authorem esse non posse colligit, sed per ἐπιτίμησιν id exprimitur obscurius.

3 Ex consequentibus eũ tis ad cõmune periculũ translatis ibã consecrationẽ Pontificibus probandã nõ esse ostendit.

4 Ex definitione pietatis urget Clodiũ in Deos pũ esse.

Universidad de Deusto
Biblioteca

flagraret, ob eámque causam unâ una ista illa rogatione sua[1] vir bonus dominũ se in meis bonis esse voluisset, tamẽ ille ipse in furore suo nũ est ausus meam domum, cuius cupiditate in flammam ruerat, possidere.[2] Deos immortales existimatis, cum tantis labore & consilio sua ipse templa tenuerint, eorum domum affligam, & euersam per unius hominis sceleratissimi nefarium latrocinium immigrare voluisse? [3] Cuius est nemo in tanto populi extra contaminatam illam & eruentam P. Clodij manum, qui rem vllam de meis bonis attigerit, qui non prosuis opibus in illa tempestate defenderit, at, qui aliqua se contagione prædæ, sectatis, emptionis, contaminauerint, nullius neque privati, neque publici iudicij panam effugere potuerunt.[4] Ex his igitur bonis, quorum nemo rem vllam attigit, qui non omnium iudicio sceleratissimum haberetur, dij immortales domum meam conculcauerunt? Illa tua[5] pulchra Libertas, dij penates, & familiares mei Lares expulit, ut à te ipsa tanquam in captiuis sedibus collocaretur? quid est sanctius, quid omni religione munitius, quam domus vnuscuiusque ciuium? [6] hic ara sunt, hic foci, hic dij penates, hic sacra religio, cærimonia continentur: hoc perfugium est ita sanctum omnibus, vt inde abripi neminẽ fas sit. Quo magis est furor istius ab aduersis vestris repellendus, quo quia maiores nostri religionibus tuis nobis, & sanctis esse voluerunt, *ea vite non solum contra religionem laberefecauit, sed etiam ipsius religionis nomine, euertit. At quæ Dea ista est? Iam nam esse oportet, quandoquidem ista abs te dedicata. Libertas, inquit, est, eam tu igitur domi meæ collocasti,[8] quam ex vrbe tota sustulisti? Tu, cum Collegas tuos summa potestate præditos, negare

1 Interlocutio.
2 Argumentum est ex repugnantibus.
3 Argumentum à maiore ad minus, hocque vbique ab singulis consequentia incommoda quæ 1) acceperunt, qui vilã partem de ipsius bonis attigerunt.
4 Redditio singulorum quæ vim haberent exceptionis repugnantiæ.
5 Ironia.
6 Ex dictis fanctitate domus vnuscuiusque oõstendit.

* ea non solum
7 Ironia ex repugnantibus ortus ridiculi.
8 Argumentum est ex toto ad partes per remotionem.

liberos esse,[1] cum in templum Castoris aditus esset apertus neminĩ, cum hunc clarissimũ virum summo genere natũ, summis populi beneficiis vsum, Quæstorem, & Consularem, & singulari bonitate & modestia præditũ quẽ quidem oculis aspicere, audeas, satis mirari non queo. Audente Papu. Rom. à pedissequis conculcari iubere, [2] cum indemnatum exturbaret priuilegijs tyrannicis irrogatis, cum principem vrbis terræ virum inclusum domi contineret, cum forum armatis cateruis perditorum hominũ possideret: Libertatis simulacrum in ea domo collocabit, quæ domus erat ipsa in facie tui crudelissimi dominatus, & miserrimæ Pop. Rom. seruitutis? [3] cuius non pessimum Libertas domus sua debuit pellere, quæ nisi fecisset, in seruorum potestatem ciuitas tota venisset? At vnde tuisset? est ista Libertas? quæsiui enim diligenter. Tanagræa quædã [4] meretrix fuisse dicitur. cuius non longè à [5] Tanagris simulacrum è marmore in sepulcro posito fuit.[6] hoc quid? homo nobilis nõ alienus ab hac[7] religione Libertatis sacerdotio, ad ornatũ Aedilitatis suæ deportauit? etenim cogitarat omnes superiores munera splendore superare.[8] Itaq; omnia signa, tabulas, ornamentorum quod superfuit in fanis, & communibus locis, tota è Græcia atq; insulis omnibus honoris Populi Rom. causã sane[9] frugaliter domum suam deportauit. Is postea quam intellexit, posse se interuertere Aedilitate à L. Pisone Consule Pretorem renuntiari, si modo eadem prima litera cõpetitorem habuisset aliquem,[10] Aedilitatẽ duobus in locis, partim in area, partim in hortis suis collocauit: signũ de basi meretricis ablatum illi dedit, quod esset signũ magis illorum, quã publica libertatis. [11] Hãc deam qui quã violare audeat, simagnem

1 Repugnantia Clodij se ipsa percutientis, vt ostendat non tam illud Libertatis simulacrũ à Clodio collocatũ fuisse.
2 Sepissime intelligit, vtinde exul Pop.
3 Arg. est ex repug. subiectis 3. d. Libertas nõ debuit domo sua pellere defensorẽ libertatis.
4 Ex subiectis vituperat illius simulacrum.
5 Tanagra, oppidum Boeotiæ.
6 Propinquũ aliquem aut certe affinẽ P. Clodij notat.
7 Ironia.
8 Postea sine fraude destinata.
9 locus in forum.
10 Metonymia 4. modi. Aedilitas pro ædilitio munere & eius materia.
11 Indignationem mouet ex repugnantibus subiectis & adiunctis.

meretricis, ornamẽtum sepulcri, à furo sublatum, à sacrilego collocatam? hæc me domo mea pellet? hæc victrix afflicta ciuitatis, R. spoliis ornabitur? hæc erit in eo monimento, quod positũ est, ut esset iudicium oppressi Senatus ad memoriã sempiternã turpitudinis? [2] O Q. Catule (patremne appellem, an filiũ recentior memoria filij? at ea tibi cum vnius summa, & quotidie maiora præmia in R. pub. foro putabat? [3] negabat? at fuit duos Cliodes esse in hac ciuitate inimicos R. p. duo fuisse mentis, qui Senatũ Tribunos furentis constrictũ tenderent, qui pro me Patres conscriptos deprecari, et populo supplices esse editis atq; imperio vetarent, quibus spectantibus domus mea disturbaretur, diriperetur, qui denique ambustas fortunarũ meãrum reliquias suas in domos comportari iuberet. Veniò nunc ad patrem, [4] tu Q. Catule M. Fului domum, cum is fratrio tui socer fuisset, monimentum tuarũ manubiarũ esse voluisti, vt eius qui pernicioſa R. p. consilia cepisset, omnis memoria funditus ex oculis hominũ ac mentibus tolleretur: hoc si quis tibi ædificanti illam [6] porticũ dicere, fore tempus, cum ei Trib. pleb. qui auctoritatem Senatus, iudicium bonorũ omnium neglexisset, tum monimentũ Consulibus non modò inspectantibus, verum adiumentibus diruebat, euerteret, educeret, id tu eius ciuis, qui R. p. ex Senatus auctoritate Consul defendisset, domo cõiungeret: mõnne rescinderes, id nisi euersa ciuitate accidere non posset? At videte hominis intolerabilem audaciã cũ prudentia quadã & effranata cupiditate. [8] Montanum tibi nunquã, aut religioni vllam excepisti: habitare laxè, & magnificè voluit, duasq; & magnas et nobiles domos coniungere, eodem fundo

1 Addit repugnãtiã? aliud argumentum ex fine.

2 Apostrophe ad Q. Catulũ qui Ciceronẽ Cos. erat Princeps Senatus. Vide orat. in Pisonem.

3 Dissimilitudo est.

4 Fas hoc loco ἀντὶ τοῦ δυνατοῦ potius accipe.

5 Apostrophe ad Q. Catulũ patrẽ, qui cũ Mario Cõsul fuit.

6 De hac porticu supra dictum est.

7 Redit ad pontifices & Clodij factum reprehendit ex causis.

8 Dissimilitudo est ex duplici fine, quorum alterum remouet, alterum statuit.

temporis, quo meus discessus isti causam dare posset, à Q. Scio contendit, [1] vt Q. Testimonius sibi domum venderet: cum ille id negaret, primò se luminibus eius esse obstructurum manabat, affirmabat Testimonius se vsurã illam domum isti nunquam futuram, acutus adolescens ex ipsius sermone intellexit, quid fieri oporteret: [2] hominem venenatissimè sullulit: emit domum litigatoribus defatigatis propè dimidio carius, quàm æstimabat. [3] Quorsum igitur hæc oratio pertinet? domus mea illa propè tota vacua est: vna pars adiũ meorum decima ad Catuli porticũ accessit. causa fuit ambulatio, & monimentũ, & vita Tanagræa oppressa libertate Libertas. in palatio pulcherrimo prospectu porticũ, cum conclauibus paruimentat ã tres rentum pedũ concupierat, amplissimũ peristylum, cætera eiusmodi, facilè vt inuidiã domus & laxitate & dignitate superaret. Ex homo religiosus, cum ædes meas idẽ emeret & venderet: tamen illas tam ãs tenebras non est ausus suum nomen emptionis illi ascribere: posuit scilicet [4] Statonẽ illum hominẽ sua virtute egentem, vt is qui in Marsis, vbi natus est, stellum quod imbres vitandi causa succedere, nullam haberet, ædes in Palatio nobilissimas emisse se diceret. Inferiorem adiũ partem assignauit non sua gens Fonteia sed Clodia, quam reliquit, quem numerũ ex multis Clodijs nemo nemẽ dedit, nisi aut æstiuale, aut scelere perditum. [5] Hanc vos Pontifices tam variam, tam nouã in omni genere voluntatẽ, tam dementem, audaciã, cupiditatem, comprobabitis? [6] Pontifex, inquit, esfuit. nõ te pudet, cũ apud Pontifices res agatur, Pontificẽ dicere, non collegium Pontificum assumsisse? præsertim cum Trib. pleb. vel denuntiare potuerit, vel etiã cogere? Esto collegium non adhibuisti, quid? de eul-

H. b legio

* vt sibi domũ vẽderet

1 Posteriorẽ linẽ damnat ex destinatis, id est ex iis quæ illius assequendi gratia facta sunt.

2 Per subiectionem accõmodat proximã narrationẽ ad causã.

* Catonem

1 Concludit illud factum ferendũ non esse. Arg. ex rep. caussis.

4 Accedit ad infirmandum ius dedicationis. Arg. est ex remotione ne ædificarunt caussarum.

5 Concessione transit ad eleuandã Pontificis libr. authoritatẽ cuius causſas remouet plenissyll. Propositio præcedit

legis quis tandem affuit? pefuerat enim autoritatem in uno, quæ est in hi omnibus: sed tamen augent & ætas, & boni dicitatem opus erat etiam scientia: quã etsi omnes consecuti sunt, tamen certè peritiores vetustas fecit. quis ergo affuit? frater inquit, uxurii mea fi autoritatem quærimus, etsi id est ætatis, vt nondum consecutus sit, tamen quanta est in adolescente autoritas, ea propter tantam conjunctionẽ affinitatis minor est putanda.[2] sinam tam scientia ist quæsita. quis erat minus peritus quàm is qui paucis illis diebus in collegium venerat? qui etiam tibi erat magis obstrictus beneficio recenti, cum se fratrem uxoris tuæ, fratri tuo germano antelatum videbat. etsi in eo prunulus, ne frater te accusare posset.[3] Hanc tu igitur dedicationem appellas, ad quam non tribus populi Romani ornatum Pontificem, vũ denique adolescentem quemquã, cum haberes in collegio familiarissimos, adhibere potuisti? affuit sanè modo affuit, quem tu impulisti furor rogavit, mater egit.[4] Videte igitur Pont. quid statuatis in mea causa de omnium fortunis, verbum[*] Pontifex patatis, si is posse tenuerit, & aliquid dixerit, domum unius cuiusque conferare possetam ædificationes, ad honorem deorum immortalium sinceras cinem calamitate à maioribus nostris constituta sunt? est inventus Tribunus plebis, qui Consulibus copias instruxit, omni impetu furoris in eam cinem irruerit, quem percussam ipsa Respublica suis manib. extulerat.[5] Quid si quis similis illius nequam eum tam dectum quærimus vellet) alterquem mei dissimilem, cui Respublica non tantum debebat, per vim afflixerit, domum eius per tenebras dedicarit: id vos illa autoritate confitentur in

1 Assumptio per remotionem causarum.

2 Remouet alteram partem quæ in primis necessaria videbatur.

3 Complexio audita repetitione argumẽti.

4 Transfert causam hanc ad commune periculũ. Arg. ex consequẽtibus euẽtis.

* Pontificem

5 Ex similibus causis per hypothesin constitutis similes effectæ statuit.

tii ratum esse oporteret? dicitis quem reperiet Pontificem? quid? Tribunus plebis idem esse non potest Pontifex? M. Drusus ille clarissimus vir Tribunus plebis Pontifex fuit. ergo si is Q. Cepionis inimici sui posset eum adjum tenuisset, & pauca verba fecisset, ades Cepionis essent dedicatæ? Nihil loquor de Pontificis iure, nihil de ipsius verbis dedicationis, nihil de religione, cærimoniis: non dissimulo me[1] nescire ea, quæ etiam si scirem, dissimularem, ne alios molestus, vobis etiam curiosus viderer: etsi effluant multa ex vestra disciplina, quæ etiam ad notitiam aures sæpe permanant. Posset tenere illa dedicatione oportere videri audisse, templi: dicebam posse est, vbi templi aditus est,[2] & valua.[3] Ambulationis postes nemo unquam tenuit in dedicando.[4] Simulacrum autem aut aram si dedicaste, sine religione loco moueri potest.[5] Sed iam hoc dicere tibi non licebit, quemam Pontificem potest tenuisse dixisti. quanquam quid ego de dedicatione loquar? aut quid de vestre aure, & religione contrà, quàm propulueram, disputabo? Ego verò si omnia solennibus verbis vetera, & prisci institutis acta esse dicerem, tamen me[6] Republicam tare defenderem. An, cum tu eius cinis discessu, cuius vnius opera Senatus, atque omnes boni ciuitatem esse incolumem tetios iudicassent, oppressam terrerimo latrocinio cum duobus fcelerat isimis Consulibus Respublic. tenetis. domum eius, qui patriam à se seruatam pectre suo nomine noluisset, per Pontificem aliquem dedicasse, posse recreata Reipublic. sustinere?[7] Date de hac religione aditum Pontifices: iam nullum fortuit communibus exitum reperietis. An si

1 Prolepsis est qua dimittitur oratione de institutione disputandum cuiusmodi sacrum quæ ille instauratur specialis exẽplo.

2 Per apophasin adiungit aliud argumentum ex consuetudinis quadã forma syllogismo conclusa. Propositio prima est.

3 Assumptio per remotionem.

4 Metonymia 4. modi, Ambulatio pro porticu.

5 Complexio, itaque dedicatio nulla est, ex consequentium effectorum remotione declarat.

6 Prolepsis rẽ apostrophe ad se ipsum qua concessionem nullius pudoris esse iouit. Deinde etiã repugnantib⁹ dissoluit.

7 Ironica per mille quæ rursum comitigit causam. post negotium

Universidad de Deusto Biblioteca

*Legendum est non valebit, vt nonnulli codices veteres habent. Significat enim nō nunc valere debere Tribuni vnius, quàm Pontificū ītēgram dedicationem.

1 Assumptio per remotionem cheiquētis coonat in dubitatione aliquot exēplorum.

2 Secūda pars inductionis.

3 Per reuocationem suis ipsius adiungit tertiū exemplum.

4 Complexio qua per comparationē ac cōmendat prolata exempla.

5 De hac villa Cic. lape id amē meminit nomine Tusculanū.

postem tenuerit Pontifex, & verba ad religionem deorum immortalium compōsita ad pernicem alium transtulerit, valebit ad iniuriam nemini sanctissimum religionis? si Tribunus plebis verbis non minus prīscis & pene solennibus bona ciuis amplissimi consecrarit, *num valebit? 1 Atqui C. Atinius patrum memoria bona Qu. Metelli, qui eum ex Senatu Censor reiecerat, ani tui Q. Metelle, & tui P. Seruili, & proaui tui P. Seruili consecrauit, sicuti posito in rostris, adhibitoq; tribuno. ne quid tum? num ille furor Tribuni plebis ductus ex nānullis veterum temporum exemplis fraudi Metello fuit? summus illi & clarissimus tribuit certē non fuit. 2 Videmus hoc idem Cn. Lentulo Censori Tribunum pl. facere nunquid igitur si bona Lentuli religioni obligauit? 3 Sed quid ego cetera? tu, tu, inquā, capite velato, concione aduocata, sumulo posito, bona tui Gabinij, cui regna omnia Syrorum, Arabū, Persarumq; donarat, consecrasti. 4 Quod si tum nihil est actū, quid in meis bonis agi potuit? sin est ratū, cur ille gurges helluatus tecum simul Reip. sanguinē ad cōlum tamen extruxit villā in 5 Tusculano visceribus exaruptis meas ruinas, quarum ego similem tot ā urbem ciuibus passus non sum, affigere non licuit? 6 Omitto Gabinium, quid exēplo tuo bona tua nōnne L. Mamurius vir omnium fortissimus atq; optimus consecrauit? quod si, quia ad te pertinet, ratum esse necesse fuit, ea iura cōstitisse in praclare Triumphatu tuo, quibus in te cōuersis, recusare, alius tum tereris? ista cōsecratio legitima est, quid est, quod prophanum in tuis bonis esse possit? 7 An consecratio nullum habet ius, dedicatio est religiosa? quid ergo illa tua tum obtestatio tibicinis? quid fo. ulus? quid precor? quid prisca verba valuerunt? mentiri, fallere, abuti deorum immortalium numine ad homines timorem quod voluisti? 1 Nam si est illud ratum, misero Gabinium, tua domus certē, & quicquid habes aliud, est Cereri consecratū. sin ille iudex fuit, quid te imperitus, qui religiones omnes polluere aut emetiendo, aut supprandio tam saepe, inquis, in Gabinio me nefarium fuisse quippe videri panam illam a te in alium institutam, in te ipsum esse conuersam. Sed homo omnium scelerū fla gitiorumq; documentum, quod in Gabinio fateris, cuius impudicitiam puertitia, libidines adolescentia, dedecus, & egestatem reliqua vita, latrocinia Consulatus vidimus, cui ne ista quidem ipsa *calamitas iniuria potuit accidere, id in me tu sic tamquam grauius esse dicis, quod vno adolescente, quàm quod concione tota teste effecisti. 2 Dedicatio magnam, inquit habet religionem. nonne vetus Numa Pompilius videtur loqui? discite oratissimum Pontif. & vos Flamines, 3 etiam tu Rex disce à gentili homine tuo: quamquàm ille gentem ipsam reliquit: sed tamen disce ab homine 4 religiosissimo dedito, iusto, tum omnium religionum perito. quid? 5 in dedicatione nōne & quis dicit, & quid, & quomodo quaritur? an tu hac ita confundas & perturbas, vt quicunque velit, quod velit, quomodo velit, possit dedicare? 6 quis eras tu, qui dedicabas? quo iure? qua lege? quo exēplo? qua postulatio? 7 vbi te isti rei pop. Rom. praficerat? videri enim esse legem veterem Tribunitiam, quae vetet iniusse plebis aedes, terram, aram consecrare. nec tum hoc ille Q. Papirius, qui hanc legem rogauit, tum hoc ille Papirius, qui hanc legem rogauit, tum hoc ille Papirius, qui hanc legem rogauit, tum hoc ille

1 Dissimilitudine sententiam legis interpretatur.

gauit, sensit,[1] neque suspicatus est fore periculum, ne domicilia aut possessiones inde nouatorum ciuium consecrarentur: neque enim id fieri fas erat, nec quisquam fecerat, neque erat causa, cur prohibende non tam deterrere videretur, quàm admonere, sed quia consecrabantur ades, non primatorum domicilia, sed quæ sacra nominantur: consecrabatur ager, non ita ut nostra prædia, si quis vellet, sed ut imperator agros de hostibus captos consecraret: statuebantur aræ, quæ religionem afferrent. ipse si loci essent consecrata, hac nisi plebis iussu fieri vetuit. qua ista interpretatio de nostris ædibus atque agris scripta esse, non repugno.[2] sed quæro, quæ lex lata sit, ut in meas ædes consecrari ubi tibi hæc potestas data sit, quo iure fiat. Neque ego nunc de religione, sed de iure publico disputo.[3] Lex Papiria vetat ædes iniussu plebis consecrari: sit sane hoc de nostris ædibus, ac non de publicis templi quoque ostende verbum conse ratio nis in ipsa tua lege:[4] si illa lex est, ac non vox sceleris & crudelitatis tuæ.[5] Quid si tibi tum in illa Regia, naufragio omnia in mente venire potuissent, aut si tua scriptor in illo incendio ciuitatis non fugax gratias cum Byzantiis exulibus, & Lege tua regia scisset, sed vacua animo tibi illa non fuisse, sed portenta conscribenti essent omnia nimium re, ac veteris legis oblitis consciscimus.[6] sed vos semper religiones sic sibant pecuniarum, sic dedere sacrificantibus prouinciarum. Regum appellationes venales erant, seruorum omnium vocatum celebratur tota urbe descriptio, inimici in gratiam reconciliabantur, imperia ascribebantur nisi ciuitati. Q. Seio venenum miscere parabatur, de Cn. Pompeio propugnatore, & custode imperij interficiendo consilia ineabantur, Senatus ne quid esset, ut iugerent boni semper, ut cauta Respub. Consulum proditione, ut Tribunitia teneretur.[7] Hæc vos tot tantaque agerentur, non mirum est, præsertim in furore animi, & cæcitate, multa illum, & te fefellisse.[8] At videte, quanta sit vis huius Papiæ legis in re tali, non qualè tu afferes sceleris plenam, & furoris. Q. Marius Censor signum Concordiæ fecerat, idque in publico collocarat. hoc signum C. Cassius Censor cum in Curiam transtulisset, collegium vetterum consuluit, numquid esse causa videretur, quin id signum curiamque Concordiæ dedicaret? Quæso Pontif. & hominem cum homine, & tempus cum tempore, & rem cum re comparate.[9] Ille erat summa modestia, & grauitate Censor:[10] hic tribunus plebis sceleratus audacia singulari: tempus illud erat tranquillum, & in libertate populi, & gubernatione positam Senatui: tuum porrò tempus libertate populi Romani oppressa. Senatus auctoritate delata:[11] rerum plena iniustitia, sapientia, dignitatis. Censor enim, patres quæ maiores nostri (id quod te falsissimè iudicium Senatus de dignitate esse voluerunt. Concordiæ signum volebat in Curia.[12] Cui vidimque ei Deæ dedicare præclara voluntas, atque omni laude digna, præscribere enim se arbitrabatur,[13] ut hinc studio dissentientis sententia discerentur: si scilem ipsum ac templum publicæ consiliique religione Concordiæ dedicauisset.[14] Tu cum ferro, cum metu, cum edictis, cum priuilegiis, cum præsentibus copiis perditorum, absentis exercitus terrore, & minis, Consulum societate, & nefario fœdere, seruitute oppressam ciuitatem teneres. Libertatis signum posuisti magis ad indubitatum improbitatis, quam ad simulationem religionis.[15] Ille

*quis

1 Assumptionis summa eâ complexione connectitur.

2 Dissimilitudinem legis Papiriæ & Clodiæ ostendit, sed prius Papiriæ causam refert, deinde dissimilitudinis intendendæ cohortationem repetit.

3 πρότασις.

4 ἀντιπόδοσις

5 Tertia dissimilitudo ex rebus subiectis.

* aranea.

6 Factum illius Censoris laudat ex fine

7 ἀξίωσις

tertiæ dissimilitudinis.

8 Addit quæ tam dissimilis sint ea quæ in publicis & religiosis locis ex motione adiuncta propugnatis quæ contraria inmunitate Clodij fuerit

Universidad de Deusto
Biblioteca

in Curia, quæ peterat, sine cuiusquam incommodo, dedicabat: tu in eius optimè de Republ. meriti cruore ac penè ossibus simulacrum non libertatis publicæ, sed licentiæ collocasti. atque ille tamen ad collegium retulit: tu ad quem retulisti?

1 Collatio minorū est, qua ostendit Clodium debuisse consulere Pontificū collegiū aut certè aliquem in primis idoneum.

Si quid deliberare, si quid tibi aut piāclū, aut institutū esset religione domestica, tamē institutis exterorū vetere, ad Pontificē detulisses: nouū delubrū cū in urbis clarissimo loco, nefanda quodā atq; inaudito instituto inchoaret, referendum ad sacerdotes publicos non putasti. At si collegium Pontificum adhibendum non videbatur, nēmōne horum tibi idoneus visus est, qui ætate, honore, auctoritate antecelleret, vt cum ea dedicationem communicaret? quorum quidem tu nan contempsisti, sed pertimuisti dignitatem. An tu auderes quærere ex P. Seruilio, aut ex M. Lucullo? quorum egregio filio, atq; auctoritate Remp. Consul ex vestris manibus ac faucibus erepta, quibusnam verbis, aut quo vitu, primum hoc dico, cuius domum consecraret, deinde cuius aui, cui princeps Senatus, cui ciues ordines omnes, deinde Italia tota, post cunctæ gentes testimonium huius vrbis atq; imperij confirmati dedissent? quid diceres ô nefanda & pernicioſa labes ciuitatis? Lucullos, aedes Lucullo, Seruili, dum dico damnū Ciceronis, vt mihi præoptatis, posteritati ne-

2 Hi Pontifices nominantur in oratione Aruſp respon.

1 Per collationem dissimilium exponit cur Clodij principes collegij non adhibuerit.

4 Effecta ex causſis concludit.

atis? Et tu quidem cum audacia, tum impudentia singulari: sed tibi tamē oculi, vultus, vitia decidissent, cum te viri, quibus dignitate præstabas, pop. Ro. atq; auctoritatem imperij sustinerent, tot tuis grauissimis perterruissent: neque sibi fata dixissent, furori interesse tuo, atque in patria parricidio & scelere. 4 Quæ cum videret, tamen te ad tuum affinem non delectum à te, sed relictum à ceteris contulisti: quem ego tamen

credo, si est ortus 1 ab illis, quos memoria proditum est ab ipso Hercule persuncto tam laboribus sacra dedicasse, in veri sortis arumnis, non ita crudelem fuisse, vt in vnis, & iam spiritus eaput buſtum suis manibus imponeret: qui aut nihil dixit, 2 aut si fecit, eumne pœnam hanc materna temeritatis tulit, vt murænam in delictis personam, nomenque haberet: aut si dixit aliquid verbis hæsitantibus, postèmque tremebunda manu tetigit, certè nihil rete, nihil cassè, nihil more instituto atque perfecit. 3 Viderat ille Murænam vitricum suum Consulem designatum, ad me Consulem cum Allobrogibus communi exitij indicia afferre audierat ex illo, se à me bis salutem accepisse, separatim semel, iterum cum vniuersis. Quare quis est qui existimare possit, huic nouo Pontificī primam hanc post sacerdotium initum religionem instrumenti, vocémque mittenti, non & linguā obtruncasse, & manū obtorpuisse, & mētē debilitatā metu excidisse præsertim cùm ex collegio tanto, nō Regem, non Flaminem, non Pontificem videret: sicrique participe alieni scelerie inuitus cogeretur, & grauissimas pœnas affinitatis impurissimæ sustineret. Sed vt reuertar ad ius publicum vindicandum, quod ipsi Pontif. semper non solum ad suas cærimonias, sed etiam ad populi iussa accommodauerunt. 4 habetis in commentariis vestris C. Cassium Censorem de signo Concordiæ dedicando ad Pontificum Collegium retulisse, atque M. Aemilium Pontif. Maximum pro Collegio respondisse, 5 nisi eum pop. Ro. nominatim præfecisset, atque eius iussu faceret, non videri ea rectè posse dedicari. Quid, cum Licinia virgo Vestalis summo loco nata sanctissimæ sacerdotis pradita, T. Flaminio, Q. Metello COSS.

1 Pinarios intelligit.

2 Dilemma est, quo dedicationem Iulium Pōtificis irritam & nullam esse ostendit.

3 Ex hoc loco intelligimus hunc Pōtificem dictū fuisse L. Pinariū Natū. Etenim pro Murænā priuignū Murænæ dicitur L. Natta. Natus autē ex Pinarii fuisse Cicero secūdo de diuinat. affirmat.

4 Redit ad ius publicum omisso per apophasim iure Pontificio.

5 Remotisnē causſarū inſtio propositā cōfirmat duobus exemplis: quo loco propositio est ellyll. cuius assumptio illo loco fuit: Vbi te iterū pop. Roman. præfecerat. pag. 423.

aram, & aediculam, & puluinar sub fauce sacre dedicasset, nunc eam rem ex auctoritate Senatus ad hoc Collegium Sex. Iulius Praetor retulit. Cui P. Scaeuola Pon. Max. pro collegio respondit, quod in loco publico Licinia C. F. inuisso populi dedicasset, sacrum non videri esse, quam quidem rem quanta sanctitate, quantaque diligentia Senatus sit habiturus, ex ipso S. C. facile cognoscetis. Recita S. C. Videsne Praetori urbano negotium datum vt curaret, ne id sacrum esset? & vt si quae essent incisa, aut inscripta litera, tolerentur. [1] O tempora, ô mores: tum Censorem hominem sanctissimum simulacrum Concordiae dedicare Pontifices in templo inaugurato prohibuerunt: post autem Senatus ex loco augurato consecratam eam aram tollendam, ex auctoritate Pontificum censuit, neq; vllum est passus ex ea dedicatione literarum extare monimentum: [2] tu procella patriae, turbo, ac tempestas populi, atque vrbis, quid in naufragio Reip. tot orbis offensis, demersis pop. Rom. euerso atque euello Senatu dirueris, aedificaris, religione omni violata, Reipub. tantum nomine contaminaris: in ciuili huiusce adhuc, & in vrbe, quae suis laboribus ac periculis coseruasset, monumentum deleta Reip. collocaris ad Equimotam, ad dolorē bonorū omniū, simulatoq; Consulis nomine incideris: id speraßi Remp. diuturnam quam quaedam mercē simul expulsa carere hominibus, esse lasuram? [3] At si Pont. neg. it. eum hunc neg. id quod fuit, dedicauit: quid me attinet illud tertium, quod proposueram, docere, nō his instructu, ac verbis, quibus carimoniae pottulant, dedicasse? Dixi à principio, nihil me de scientia vestra, nihil de sacris, nihil de absconditis iure Pontificum disturum. Quae sunt adhuc à me de iure dicendi disputata, non sunt quaesita ex occulto aliquo genere literarum, sed sumpta de medio ex rebus paßim per magistratus actis, ad colligendumque delatis: ex S. Cōsulto, ex lege. [4] Illa interiora, ita vt intra sunt, quid dici, quid praecipere, quid tāgi, quid teneri iuris fuerit. [5] Quae si omnia ex Coruncani scientia, qui peritissimus Pont. fuisse dicitur, acta esse constarent: aut si M. Horatius ille Pulullus, qui cum eius dedicationem multi propter inuidiam filio religionibus impedirent, restitit, & constantissima mēte Capitolium dedicauit, huiusmodi aliquid dedicationi praefuisset: tamē in scelere religio non valeret, [6] nedum valeat id, quod imperitus adolescēs, nouus sacerdos, sororis precibus, matris minis adductus, ignarus, inuitus sine Collegii, sine libris, sine auctore, sine scriptore, furtim mente, ac lingua titubante fecisse dicatur: praesertim, cum ipse imparatus, atque impius hostis omnium religionum, & qui contra fas inter [7] viros saepe mulier, & inter mulieres vir fuisset, ageret illam remota ratione, & turbulentè vt neque mens, neque vox, neque lingua consideret. [8] Delatum tum est ad vos Caesar, & post omnium sermone celebratum, quem admodum iste praeposterè verbis, omnibus obscenis ideoque idem se ipse reuocando, dubitans, timens, haesitans omnia aliter, ac vos in monimentis habetis, & pronunciaris, & fecerit. Quod quidem minimè mirum est, in tanto scelere, tantāque demētia ne audacia quidem locum ad timorem comprimendum fuisse. [9] Etenim si nemo vnquam praeda tam barbarus, atque immanis fuit, qui cum fana spoliasset, deinde aram aliquam in litore deserto somniis stimulatus, aut religione aliqua consecraret, non horreret animo, cum diuinum numen scelere violatum placare precibus cogere

1 Exclamatio plena indignitatis continēs assumptionē repetitim & cōplexionem auctum collatione maiorū

2 Reddit. minorū, quae pro negatione rei pugnantiū ēthimatio nem habet.

3 Accedit per apophasin ad tertium arg. quod ex additis eē, quae parcem aliquā forent in dedicando vi detur obtinere.

1 Cōmunicatio quādā ēt obscurior, qua tertiū illud caput Pōtificum notioni subiicit.

2 Redit rursū ad ius publicum, ex quo elicit collationem maiorū.

3 detractō minorum.

4 Clodiū notat.

5 enarrēdo

6 Adsumptio ēt tertij capitis ex nonnullis rū testimonio.

7 Effectu ex causis, constitutio ita collatione minorū

1 Reditio maiorum.

cogeretur: [1] qua tandem istum perturbatione mentis omnium templorum, atque tectorum, totiusque urbis prædonem fuisse censetis, cùm pro detestatione tot scelerum unam aram nefariè conseraret? Non poterat ullo modo (quanquam & insolentia dominatus, extulerat animos, & erat incredibili armatus audacia) non in agendo turpe, ac sæpe peccare, præsertim illo Pontifice, & magistro,

2 Arg. ab ex repugnantib. quo notat illius Pœnicis imperium.

[2] qui cogeretur docere, antequàm ipse didicisset. Magna vis est cùm in deorum immortalium numine tum verò in ipsa Repub. [3] Dij immortales suorum templorum custodem ad præsidem sceleratissimè pulsum cùm viderent, ex suis templis in eius ædes immigrare nolebant: itaque istius vecordissimi mentem cura metusq; terrebant. Res verò publica, quanquàm erat exterminata mecum, tamen observabatur ante oculos exterminatori sui. & ab illius inflammato, atque ignito furore iam tum me seque reperiebat. [4] Quare quid est rerum, si ille metus furore instinctus, scelere præcipiti, neque inflitatas cærimonias persequi, neque verbum vllum solenne potuit effari? [5] Qua cùm ita sint Pontifices, revocate tam animos vestros ad hanc subtilis nostra disputationem ad vniuersam Rempub. quàm anteà cum viris fortibus multis, in hac verò causa solis vestris cervicibus sustinetis, vbique vniuersi Senatus perpetua auctoritas, cui vos ipsi præstantissimi semper in mea causa præfuistis, vobis Italia magnificentissimus ille motus, municipiorumq; concursus, vobis campus, centuriarumque una vox omnium, quarum vos principes, atq; auctores fuistis, vobis omnes societates, omnes ordines, omnes qui aut re, aut spe denique sunt boni, omne vobis erga meam dignitatem studium, & iudicium non modo commissum, verùm etiam com-

3 Duplicé causam perturbationis statuit vnam Deorũ auersam mẽtem, alteram Reip. vinlatæ conscientiã.

4 Concludit effectorum ex causis constitutionem.

5 Peroratio ab hoc loco manifestè incipit qua mentem Pontificũ sub specie causæ grauitate excitat ad prudenter statuẽdum.

mendatum esse arbitrabuntur. [1] denique ipsi dij immortales, quæ hanc vrbem, atque hoc imperium tenuerunt, vt esset omnibus gentibus, posterisque perspicuum, diuino me numine esse Reipub. redditum, idcirco mihi videntur fructum ipsum reditus & gratulationis meæ ad suorum sacerdotum potestatem iudiciumque reuocasse. [2] Hic est enim reditus Pontifices, hæc restitutio, in domo in sedibus, in aris, in focis, in dijs penatibus recuperandis, quorum ille suis sceleratissimis manibus tecta, sedesque euellit, ducibusque Consulibus tanquam vrbe capta hanc vnam domum quasi acerrimi propugnatoris sibi delendam putauit: tamen illi dij penates ac familiares mei, per vos in meam domum mecum erant restituti. [3] Quocirca te Capitoline, quem propter beneficia Pop. R. Optimum, propter vim, Maximum nominauit, tẽque Iuno Regina, & te custos vrbis Minerua, quæ semper adiutrix consiliorum meorum, testis laborum ex tuitis, præsir ac quasò: vosque qui maximè me repetistis, atque renocastis, quorum de sedibus hæc mors proposita est, contentio, patrij penates familiaresque, quos huic vrbi, & Reipu. præsides essis, vos obtestor, quorum ego à templis ac delubris pestiferam illam, & nefariam flammam depulistèque vestra mater, cuius castissimas sacerdotes ab hominum amentia, furore, scelere defendi: cuiusque ignem illum sempiternum non sum passus aut sanguine ciuium restingui, aut cum tetris vrbis incendio commisceri, vt si in illo penè fato Reipub. situs meum caput pro vestris cærimonijs, atque templis, perditissimorum ciuium furori, atque ferro, & si iterum cum ex mea contentione interitus bonorum omnium quæreretur. vos sum testatus, vobis me ac meos commendaui, mèque ac meum caput

1 Addit ad eam rem grauitatem augendã arg. ex destinatis & subiectis ad probandum finem.

2 Per hypotesin hoc ipsum dicat sibi non videri restitutam suam dignitatem nisi domus etiam restituta fuerit. Arg. ex remotione partis ad totum.

3 Auertit sermonem à Pontificibus ad Deos cũ grauissima deprecatione.

*præsidetis

caput ea conditione deuenit,[3] vt si & eo ipso tempore, & ante in Consulatu meo, commodis meis vnibus, emolumentis, præmijs prætermissis, cura, cogitatione, vigilijs omnibus, nihil nisi de salute meorum ciuium laborassem, tum mihi Resp. aliquando restituta liceret frui: sin autem mea consilia patriæ nō profuissent, vt perpetuum dolorem amissæ à me salutis haberem: hanc ego deuotionem capitis mei, [4]cum ea in sedes meas restituta, tū domo conuallem esse, & commissam putabo.[5] nam nec quidem Pontif. non solum domo, de qua egressus, sed tota vrbe carere, in quam videar esse reuersus: Vrbis enim celeberrima & maxime patriæ ædes illud non monimentum, sed vnius patriæ complectuntur. quem cum mihi conspectum morte magis vitandum, fugiendumque esse videatis: nullo quæso eum, cum reditu restitutam Reipub. fore putastis, non solum dignitatis ornamentis, sed etiã vrbis partibus velle esse primatum. [6]Non me bonorum direptio, non vestrorum excisio, non depopulatio prædiorum, non præda Consulum ex meis fortunis crudelissimè capta permouet: caduca semper & mobilia hæc esse duxi, non virtutis, aut ingenij: sed fortunæ, & temporum munera: quorum ego non tam facultatem vnquam & copiam expetendam putaui, quam & in vtendo rationem, & in carendo patientiam. Etenim ad nostrum vsum prouidendum tam est demissa moderatio rei familiaris. Liberis autem nostris satis amplam patrimonij partem nominis, ac vestræ memoriæ relinquimus. Quemadmodum per scelus erepto, per latrocinium occupato, per religionis vim scelerate etiã edificato, quem euersa carere sine maxima ignominia Reipub. meo dedecore, ac dolore non possum. [6] Quapropter si dijs immortalibus, si Senatui, si populo Romano, si cunctæ Italiæ, [7]si prouinciis, si exteris nationibus, si vobismetipsis, qui in meo salute principem semper locum, auctoritatemque tenuistis, gratum & vt mihi quidem meum reditum intelligitis esse, [8]quæso, obtestorque vos Patres conscripti, vt me, quem vestra auctoritate, studio, sententijs restituistis, nūc, quantum Senatus ita vult, manibus quoque vestris in sedibus meis collectis.

y Hanc sententiam pluribus expositam vide initio orationis red. ad Quir.

2 Iterat illud argumentum à parte illa reliqua ad totũ.

3 Redit ad Pontifices & rectum repetit eandem rationem, tum cõmiserationē mouet ex repugnantibus.

4 Ad commiserationē augendam per dissimilitudinem enumeratis maximis damnis atque incommodis, quæ in illa calamitate passus est.

5 Reditio dissimilitudinis.

6 Cõcludit totam orationē & illud argumentū inuectiæ. Nam cum ante à remotione vnius partis ad totius nomē colligendum argumentatus sit, nunc contra ex rectis ratione hypothetica reliquam illam partem cunctis tuendam esse ostendit.

7 ἐπιζεύξις

8 Adhibet postremo loco deprecationē vehementissimam ipsis pōtificibus.

Quis fuerit iudicij huius exitus si requiris, vide libr. 4. epistō. ad Attic. epist. 2.

DE ARVSPICVM RESPONSIS, IN SENATV.

ORATIO XXXI.

4 Ipse L. Saturninus ita fuit effrenatus, & pene demens, vt autor esset egregius, & ad animos imperitorum excitandos, inflammandósque perfectus.[5] Nam quid ego de P. Sulpitio loquar? cuius tanta in dicendo grauitas, tanta iucunditas, tanta breuitas fuit vt posset, vel vt prudentes errarent, vel vt boni minus bene sentirent, perficere dicendo.[6] Cum his confligendum, & pro salute patriæ quotidie dimicare, erat omnino illis, qui tum Rempublicam gubernabant, molestum: sed habebat ea molestia quandam tamen dignitatem.[7] Hic verò, de quo ego ipse tam multa nunc dico, prodij immortales quid est? quid vellet? quid affert, vt tanta ciuitas si cadet, quod dij omen vertant) à viro tamen confecta videatur?

7 ἀντιπάθησις dissimilitudinis ex collatione tolerabilium causarum & repugnantium effectorum.

qui post patris mortem, primam illam ætatulam suam ad scurrarum locupletum libidines detulit: quorum intemperantia expleta, in domesticis est germanitatis stupris voluptatus: deinde iam robustus, prouincia se, ac rei militari dedit, atque ibi piratarum contumelias perpessus, etiam[1] Ciliciam libidines, Barbarorumꝙ saeuitiam: post exercitu L. Luculli solicitato per nefandum scelus fugit illinc, Romaꝙ recenti aduentu suo cum propinquis suis decidit, ne reos faceret: à[2] Catilina pecuniam accepit, vt turpissimè præuaricaretur: inde cum[3] Murænа se in Galliam contulit: in qua prouincia mortuorum testamenta conscripsit, pupillos necauit, nefarias cum multis scelerum pactiones societatemꝙ constituit, vnde vt rediit, quæstum illum maximè fœcundum vberemꝙ, campestrem totum ad se ita redegit, vt homo popularis fraudaret improbissimè populum, idemꝙ vir clemens diuisores omnium tribuum domi ipse sua crudelissima morte macta ret. Exorta est illa Reip. sacris, religionibus, auctoritati vestræ, iudicijs publicis funesta[4] Quæstura, in qua idem iste deos hominesque, pudorem, pudicitiam, Senatus autoritatẽ, ius, fas, leges, iudicia, violauit.[5] Atq; hic ex gradu (ô misera tempora, fluxaꝙ nostra discordia!) P. Clodio gradus ad Rem. ine primus est aditus ad popularem iactationem, atque ascensus. Nam Tib. Graccho inuidia Numantini fœderis, cui ferendo Quæstor C. Mancini COS. cum esset, interfuerat, & in eo fœdere improbando Senatus seueritas dolori, & timori fuit: illaque re, illum fortem & clarum virum à grauitate Patrum defiscere coegit. C. autem Gracchum mors fraterna, pietas, dolor, magnitudo animi, ad expetendas domestici sanguinis pœnas excitauit.

1 Metonymiâ qua rites soror res Clodij notat.

2 Indicat Clodium à piratis captum fuisse.

3 Catilinam accusauit Clodius sed perfunctorie.

4 Murxnâ L. fratrem intelligit qui Galliæ Narbonẽsi præfuit.

5 Quæstor erat Clodius Cæsare & Bibulo Cos. cũ in apertum Bonæ Deæ ac cessit.

6 Auget indignitatem esse ausũ ex causis repugnantibus quæ augẽtur collatione dissimilium, quæ per inductionem enumerantur. De his autem omnibus vide Florum aut Asconium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tauit. Saturninum, quòd in annonæ caritate Quæstorem à sua frumentaria procuratione Senatus amouit, eiq; rei M. Scaurum præfecit, scimus dolore factam esse popularem. Sulpitium ab optima causa profectum, C. q. Iulio Consulatum contra leges petenti resistentem, longius quàm voluit, popularis aura protexit. [1] Fuit in his omnibus causa, etsi non iusta (nulla enim potest cuiquam male de Repub. merendi iusta esse causa) grauis tamen, & cum aliquo animi & virili dolore coniuncta. [2] P. Clodius à crocota, à mitra, à manicis, brubus soleis, purpureisque fasciolis, à strophio, à psaltrio, à flagitio, à stupro, est factus repente popularis. nisi enim mulieres exornatum ita deprehendissent, nisi ex eo loco, quò eum adire fas non erat, ancillarum beneficio emissus esset: populari homine Popu. Rom. Respub. esse tali careret. [3] Hanc ob amentiam in discordiis nostris, de quibus ipsis his prodigiis recentibus à dijs immortalibus admonemur, arreptus est unus ex Patriciis, cui Trib. pleb. fieri non licet, et quod anno antè frater [4] Metellus, & comites etiam tum Senatus, principi Cn. Pompeio sententiam dicenti exclauerat, acerimèque una voce ac mente restiterat, id esse dissidium optimatium, de quo vos unus monemur, ita perturbatum, itaque permutatum est, vt quod frater Consul ne fieret obstiterat, [5] quod assiduis & sedalis clarissimi viri, qui illum rem non laudarat, exclusserat. [6] is Consul efficeret in discordijs principum, qui illi vnus tutissimus esse debuerat, & eo fecisse autore sè diceret, [7] cuius auctoritatis neminem posset pœnitere. [8] Intellexit est fuæ sacta, ac luctuosa Reipub. petita est auctoritas vestra, grauitas amplissimorum ordinum, consensio bonorum omnium totius

1 Inductionis conclusio πρότασις (vt ante) sententiam obtinens.
2 ἀντιπάθεσις dissimilitudinis.
3 Accommodat responsa Aruspicum in Clodium.
4 Quintilij Celeris intelligit, qui Consul fuit anno 694.
5 Pompeium intelligit.
6 C. Cæsarem intelligit, cuius vtorem Clodius corruperat.
7 Pompeium rursus intelligit ex adiunctis.
8 Ostendit effecta quæ illa dicendi optimum consequuta sunt.

totius denique ciuitatis statum. hæc enim certè petebantur, cùm in me cognoscerem horum omnium rerum illa [1] flamma illarum temporum conuiciabatur, excepi, & pro patria solus exarsi: sic tamen, vt vos isdem ignibus circumsepti, me primum illi pro vobis & humantem videretis. non sedabantur discordiæ, sed etiam crescebat in eos odium, a quibus nos defensi putabamur. eodem auteribus, Pompeio principe, qui cupientem Italiam, Popul. Roman. desiderantem, flagrantes vri, non auteritate sua solum, sed etiam precibus ad meâ salutem excitauit, restituit summ. [2] sit discordiarum finis aliquando: à diuturnis dissensionibus ea, quæ cernimus: non sint eadem stabilis labes: ea hæc concionem, ea misceat, ac turbet. [3] vt modò vendat illis: nec tamen ita, vt se quisquam, si ab isto laudatus sit, laudatorem putet, sed vt eos, quos nemo amat, ab eodem gaudeant vituperari. Atq; ego hanc non miror. quid enim faciat aliud? illos sese vendat, homines sapientissimos grauissimosque miror: primum quid quenquam clarum hominem, atque optimè de Repub. sæpe meritum impurissimis vocibus hominis violari fas ale patiuntur: [4] deinde quòd existimant perditi homines prestigatique maledicti posse, id quod minimè condecet ipsis, cuius quâ gloriam dignitatémque violari? poterunt? quòd tamen sentiunt id, quod tamen minùs tam suspicari violentur, illius furentes ac violentes impetus in se ipsos posse conuerti. atque ex hac nimia vonnullorum alienatione, [5] & quibusdam latentia tela in Repub. quæ quandiu hærebant in vno aut, grauiter equidem, sed aliquatè leuius ferebamus. [6] At ille, nisi primò se dedidisset vs, quorum animos à vestra auteritate sciunctos esse arbitrabamur, nisi eos in cælum sum laudibus præclarus auter extolleret,

1 Allegoria ab Ignibus.
2 Cohortatur ad concordiā. & Clodiō auctore discordiarum omnium ex effectis probat.
3 vt modò his vendo illis
4 Quosdam optimates leuiter reprehendit ex reipublicæ inimicis effectis.
5 Simmimus putat sic legendum: & quibusdā simultatibus neglecta sūt hærentia tela in Rem.
6 Argumentatur ex effectis ad causas

Universidad de Deusto
Biblioteca

laret, nisi exercitum C. Cæsaris in quo fallebat multos, sed eum nemo redarguebat, nisi eum, inquam, exercitum signis infestis in curiam se immissurum minitaretur, nisi Cn. Pompeio adiutore. M. Crasso autore, qua faciebat, facere clamaret, nisi Consules causam coniunxisse secum, in quo uno nonne prætiebatur, confirmaret: tam crudelis mei, tam sceleratus Resp. vexatur esse potuisset? Idem postquam respirare vos à metu cædis, emergere auctoritatem vestram à fluctibus illis seruitutis, reminiscere memoriam ac desiderium mei vidit, vobis se capit subitò fallacissimè venditare: [1] *tum leges Iulias contra auspicia latas, & hic, & in concionibus dicere: in quibus legibus inerat Curiata illa lex, qua totum eius Tribunatum continebat,* [2] *quam cæcus amentia non videbat: producebat fortissimum virum M. Bibulum, quærebat ex eo, C. Cæsare leges ferente de cælo semper seruasse? semper se ille seruasse dicebat. Augures interrogabat, qua ita lata essent. retinène lata essent? illi vitio lata esse dicebant. Ferebant in oculis hominum quidam boni viri, & de me optimè meriti sed illius, vt ego arbitror, furoris ignari longius processit:* [3] *in ipsum Cn. Pompeium autorem, vt prædicare est solitus, consiliorum suorum inuolui cæpit, inibat gratiam à nonnullis.* [4] *tum verò est ratus se posse, quoniam togatum domestici belli extinctorem nefarium scelere fodisset, illum etiam, illum externorum bellorum, hostiumque victorem affligere.* [5] *tum est illa in templo Castoris scelerata & pene delectrix huius imperij sica deprehensa tum ille, cui nulla hostium diutius vrbs vnquam fuit clausa, qui omnes angustiat, omneis altitudines, omnium obiecta tela, semper vi & virtute perfregit: obsessus est ipse domi, mique nonnulla*

1 Hac de reinorat. pro domo sua.
2 Clodij amentiam ex effectis probat.
3 Hoc non solum existente Ciceronе sed etiam renuncia tu ferit Clodius. vide 3. epist. lib. 1. ad Q. Fratrem.
4 Argumentū est ex partibus
5 Hac de re vide pro Milone paulo post initium illo loco. Ex orta est controuersia de manibus.

la imperitorum vituperatione timiditatis mea, consilio & fallo sue liberauit. [1] *Nam si Cn. Pompeio viro vni omnium fortissimo, quicunque nati sunt, miserrimum mortis fuit, quam turpe, quàm dirum ille Tribunus plebis fuit, luerm non aspicere: carere publico, minas eius perferre: cum in concionibus diceret, velle se in* [2] *Carinis ædificare alteram porticum, quæ Palatio responderet: certè mihi exire domo mea ad priuatum dolorem fuit luctuosum, ad rationem Reipub. gloriosum.*
[3] *Videtis igitur hominem per scipsum iampridem afflictum ac iacentem, perniciosis optimatium discordijs excitari: cuius initia furoris dissensionibus eorum, qui tum à vobis seiuncti videbantur, sustentata sunt. Reliqua iam præcipitantis Tribunatus etiam post Tribunatum obtrectatores erum, atque aduersarij defenderunt, ne à Reipub. Reipublicæ posti remouerentur: retinerunt etiam, ne causam diceret, etiam, ne priuatus esset.*
[4] *Etiamne in sinu, atque in delicijs quidam optimi viri viperam illam venenatam, ac pestiferam habere potuerunt? quo tandem decepti munere? volo, inquiunt, esse, qui in concione detrahat de Pompeio.* [5] *detrahat ille vituperandi velim sic hoc vir summus, atque optimè de mea salute meritus accipiat, vt à me dicitur: dicam quidem certè, quid sentio, mihi medius fidius tum de illius amplissima dignitate detrahere, cùm maximis laudibus efferebat, videbatur.* [6] *Verum tandem C. Marius splendidior, cùm eum C. Glaucia laudabat, an cum eundem iratus pridiè vituperabat? an ille demens, & iampridem ad pœnam, exi-*

1 Collatione parium timiditatem suam defendit.
2 Carinæ vicus Romæ fuit, cuius ædificia rectorum forma carinas referebat. Hinc autem colligere possimus hunc vicū Patricio fuisse vicinum.
3 Exponit causas, quarū subsidio Clodius ad eum dem fleterit.
4 Ex repugnātibus fouēdū virīs bonis Clodium esse significat. Id autē similitudine illa fratur quæ ineſt in metaphora.
5 Argumentatur ex hac per remotionem, quæ confirmatur constitutione contrariorū, quæ augētur comparatione.
6 Illustrat exemplo comparationem contrariorum. Nam ab improbis vituperari, laudari est.

Universidad de Deusto
Biblioteca

1 Profert quã dam Clodii concionem, ex qua ducet Clodij laudationem & decori esse ijs qui laudentur ab ipso Clodio.

2 Ex constitutione effectũ, quæ pars vituperationi obtenditur. Syllogismi assumptio præcedit. Propositio sequitur complexionis textus quodammodo ex primens.

3 Verisimile est ironia, qua ex remotione finis removenda definitis ligeis earumis aute remotionem contrarijs confirmat & collatione minorum.

4 P. Clodiũ in optimatibus habendũ non esse ostendit ex repugnãtibus, quæ confirmantur ex loco nominis.

5 Concludit Clodio credẽ non portendi cũ optimatibus portendiri.

Arg. ẽst ex remotione subiectorum qua augetur collatione verisimi-

tiúmque præcepi, fudior atque inquinatior in Cn. Pompeio accusando, quàm in universo Senatu vituperando fuis? quod quidem mirer, cum alterum gratum sit iratis, alterum esse tam bonis civibus non acerbum. [1] Sed ne id vereris optimus dux tuus delectet, legans hanc tibi concionem, de qua loquer, in qua Pompeium ornat, an patrem deformat? certè laudat, & unum esse in hac civitate dignum hujus imperij gloria dicit, & significat se illi amicissimum esse, & reconciliationem esse gratis factam. [2] quid ego quamquam quid sit, nescio tamen hoc sit ratio, hunc si amicus esset Pompeio, laudaturum illum non fuisse. quid enim, si illi inimicissimus esset, amplius ad eius laudem minuendam facere potuisset? Videbat ij, qui illum Cn. Pompeio inimicum esse gaudebant, ob eamque causam in te, tantisque sceleribus conniuebant, & nonnunquam eius indomitis, atq; effrænatis furoribus plausu etiam suo prosequebantur, quàm se eorum inuerecund. nunc enim tam laudat illum: in eo inuehitur, cuibus se anteà venditabat. quid existimatis enim, si redimi ei gratia potuerit, esse fallacium, qui tam libenter in opinionem gratiæ irrepsit? Quas ego alias optimatium discordias à diis immortalibus desiderari putem? nam hoc quidẽ verisimile, P. Clodium, neq; quisquam de gregalibus eius aut de consiliarijs designatur. habent Heroes libri certa nomina, qua in id genus civium cadere possunt. [4] deseruere, repulsi (quod tam audiens) hos appellant, quorum & mentes, & res sunt perditæ, longéque à communi salute dissimilæ. [5] Quare cum ea immortales mouent de optimatium discordiis, de claris-

rissimorum & optimè meritorum civium dissensione prædicunt: cum principibus periculum eadem portendant, in tuto collocant Clodium, qui tantum absit à principibus, quantum à puris, quantum à religiosis. [1] vobis ô clarissimi atque optimi cives, & vestræ saluti consulendum, & prospiciendum vident, eadem principum offendatur: id quod interitum optimatium sequi necesse est, adiungitur: etiam me in vnius imperium rei decidat, admonemur. ad quem metum si decrum monitis non duceremur, tamen ipsi vestro sensu coniecturâque raperemur. [2] Neque enim vllas alias discordiarum solet esse exitus inter claros & potentes viros, nisi aut vniuersis interitus, aut victoris dominatus, aut regnum. Dissensit cum Mario clarissimus ciuis Consul nobilissimus & fortissimus L. Sylla, horum vterque ita cecidit victus vi victor idem regnauerit. Cum Ottauio collega Cinna dissensit, vtriusque horum secunda fortuna regnum est largita, aduersa mortem. Idem iterum Sylla superauit: tum sine dubio habuit regalem potestatem, quamquam Rempub. recuperauit. [3] Inest hoc tempore haud obscurum odium, atque id infixum penitus & insultans animis hominum amplissimorum: dissidens princeps: captatur occasio: qui non tantum ipsibus valent, nescio quam fortunam tamen, ac tempus expectant: qui sine controuersia plus possunt, in horasse nunquam consilia, ac sententias inimicorum suarum extimescunt. [4] Tullatur hæc è ciuitate discordia: tam omnes isti qui portendantur metus, extinguantur: tam ista serpens quæ tum his delituerit, tum se emerget, & fortur illuc, compressa, atque illisa morietur. Monent enim idem, ne oculis consilia Reipubl. ladatur.

qua

1 ἀποστροφὴ ad primores Senatus, quos per dissimilitudinem ipsis pericula prædici affirmat.

2 Ex consequentib⁹ euẽtis antecedẽtia colligit, q illa sine his eẽ se nõ possint idque confirmat exemplis similibus Prorsis duo habet exẽpla.

3 διτροπὴ dicit causas magis effectiuũ quã ipsa eã esse confutat. ne Cic. Rep. male omnium videretur.

4 Possit subiecta finis id eã periculi ex discordia impendentibus quæ fugiẽda sunt eorũ inclendorum gratia concludit tollenda esse destinata vt ãmis tollatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ sunt occultiora, quàm eius, qui ausus in concione est dicere, iustitiam edici oportere, iurisdictionem intermitti, claudi ærarium, iudicia tolli? nisi forte existimatis hanc tantam colluuionem illa, tantámque euersionem ciuitatis in mentem subitò in rostris nec cogitanti venire potuisse. Est quidem ille plenus vini, stupri, somni, pleníque inconsideratissima ac dementissima temeritatis: verùntamen nocturnis vigiliis, etiam coitione hominum iniustitium illud conceptum ac meditatum est. Meminerite Patres conscripti verbo illo nostris tentatas aures vellras, & perniciosam viam audiendi consuetudine esse munitam. Sequitur illud, ne deterioribus, repulsis, bonis augeatur. Repulsos videamus: nam deteriores qui sint, post docebo: sed in eum tamen in eum cadere hoc verbum maximè, qui sit vnus omnium mortalium sine vlla dubitatione deterrimus, concedendum est. [1] Qui sunt igitur repulsi? nun, vt opinor, ij, qui aliquando honorem vitio ciuitatis, non suo, non sua affecuti: nam id quidem multis sæpe optimis ciuibus, atque honestissimis viris accidit. Repulsi sunt ij, quos ad omnia progredientes, quos munera contra leges gladiatoria parantes, quos apertissimè largientes non solùm alieni, sed etiam sui, vicini, tribules, vrbani rustici repulerunt. hi ne honore augeantur, monemur. Debes esse gratum, quod prædicant: sed tamen huic malo Pop. Rom. ipse nulle Aruspicum admonitu sua sponte prospexit. [2] Deteriores cauete: querum quidem magna est natio, sed tamen eorum omnium hic dux est, atque princeps. Etenim si vnum hominem deterrimum pœtæ præstanti aliquis ingenio filius conquisitis, vitiis deformatum vellet inducere, nullum profectò deceus reperire posset, quod in hoc non inesset: multáque

2 Adiungit ea quæ sequebãtur in responsis Aruspicũ. Arg. est ex adiunctis, quæ probantur de hostione dissimillibus illustratæ contrariis.

2 Accedit ad alterum argumentum ex eodem loco, quæ per collationem minorum in hoc maxima constituntur.

tàque in eo penitus desixa atque harentia prætexit. [1] Parentibus, & diis immortalibus, & patriæ nos primum natura conciliat: eadem enim tempore & suscepimur in lucem, & hoc cœlesti spiritu gemur, & certam in sedem ciuitatis ac libertatis ascribimur. [2] iste parentum nomine obruit, deorum ignes, sallentes mensas, abditos ac penetrales focos exculta, & moribus non inuisa solùm, sed etiam mandita sacra inexpiabili scelere peruertit: idémque earum templum inflammauit [3] dearum, quarum ope etiam alios incendiis subuenitur. [4] Quid de patria loquar? qui primum eum ciuem vi, ferro, periculis, vibe, omnibus patria præsidiis depulit, quem vos patriæ conseruatorem esse sapissimè iudicauerutis: deinde euerso Senatu, vt ego semper dixi, comite, duce, vt ille dicebat, Senatum ipsum principem salutis, mentis, publicæ, vi cæde, incendiis, peruertit: sustulit duas leges Aelium, & Fusiam maximè Reip. salutares: Censuram extinxit: intercessionem remouit: auspicia deleuit: Consules sceleris sui socios ærario, prouinciis, exercitu armauit, Reges qui erant, vendidit: qui non erant, appellauit: Cn. Pompeium vi, ferro, demum compulit: Imperatorum monumenta exercitus inimicorum domos disturbauit: vestris monimentis nomen suum inscripsit. [5] Infinita sunt scelera, quæ ab illo in patriam sunt edita: quid, quæ in singulos ciues, quos nec aut socios, quos dirimi? Imperatores, quos prodidit? [6] exercitus, quos tetrauit? quid verò ea, quæ sunt, quæ in seipsum scelera, quæ in suos edidit? [7] quis minas vnquam pepercit hostium cæstris, quàm ille omnibus corporis sui partibus? quæ nauis vnquam in flumine publico tam vulgata omnibus, quam illius ætas fuit? quis vnquam nepos tam libere est cum

1 Dissimilitudo est, qua vi repugnantiũ incipit ad augendam scelestis grauitatẽ.

2 αὐτανάδοσις dissimilitudinis ex repugnantibus effectis quæ per subiecta vitij cuiusque ostilitatis ducuntur.

3 Intelligit Nymphatum templum, de quo pro Milone, & paradox. quarto.

4 Tertium officij subiecti quod ita Clodij scelere violatum esse ostendit ex remotione causarum Reipublicæ restaurandarum & cõseruandarũ.

5 Transit à publicis in patriam scelerib⁹, quę tamen cõsecteantur.

6 Exercitum L. Luculli significat, vt ante iudicauit.

7 Impudicitiã Clodij notat exemplorum gratia.

1 Cic. epist. ad Lent. de Clodio loquēs: Qui nō pluris fecerat Bonam Deam, quàm tres sorores.

2 Collationem minorū Clodii quarterlam rapacitatēmque amplificat, vbi etiam allegoria quædam ex 2 mēsibus marinis.

3 Peroratio est totius orationis ex fine a's Aruſp. prænonito, quæ alia ratione nisi ebcordia retineri posse negat. Id autē confirmat remotione aduersantium causarum, vt hāc vnam quasi absolutam cōstituat.

4 Cōplexio, qui ayoa concordia opus esse dicerit.

5 Reddit rationem eiusmodi orationes habitæ ex causis essentialibus, quæ collationē dissimilē augent.

cum fortis, quam hic cum sororibus voluptatibus? quam denique tam immanem? Charybdim pietas fingendo expremere potuerunt, quæ tantos exhaurire gurgites posset, quantas iste Byzantiorum Bregitatorumque prædas exorbuit? aut tam eminentibus canibus Scyllam, témque istius, quæ quibus ipsum vidistis, Gellii, Clodii, Titii vestra ipsa mandentem? 3 Quare id quod extremum est in Aruſpicum responsis, prouidete ne Reip. status conmutetur. etenim vix hæc, si vndique fulcimenta labefacta, vix, inquam, innixa in omnium nostrum humeris cohærebunt. Fuit quondam ista firma hæc ciuitas & valens, vt neglegentiam Senatus, vel etiam inimicas ciuium ferre posset: iam nō potest, ærarium nullum est: vectigalibus non fruuntur qui redemerunt: auctoritas principum cecidit: consensus ordinum est diuulsus: iudicia perierunt: suffragia diffluxa tenentur à paucis: bonorum animos ad mutuos nostri ordinis expeditiores iam nō esse: eosdem, qui se pro patria salute opponat inuidiæ, frustra postulare videmur. 4 Quare hunc statum, qui nunc est, qualiscunq; est, nulla alia re, nisi concordia, retinere possumus. nam ut meliore simus loco, ne optandum quidem est illo impunito: deteriore autem statu vt simus, vnus est inferior gradus, aut interitus, aut seruitutis, quā ne tradamur, dij immortales nos admonent, quoniā iampridē humana consilia recesserunt. 5 Atq; ego hanc orationē P.C. tam tristem, tam grauē non suscepissem, non inquā, nisi hanc personam, & has partes honoribus P.R. vestris plurimis ornamentis mihi tributis deberem & possem sustinere. sed tamen facilè tacentibus cæteris reticuissem: sed hæc oratio omnis fuit non auctoritatis meæ, sed publicæ religionis, mea fuerunt verba fortasse plura, sententiæ quidem omnes

omnes Aruſpicum: ad quos aut referri nuntiata ostenta non conuenit, aut eorum responsis commoueri necesse est. Quod si cætera magis pernulgata non sæpe & leuiora mouerunt: vox ipsa deorum immortalium non tantos animos parmouebit? 6 nolite enim id putare accidere posse, quod in fabulis sæpe videtis fieri, vt deus aliquis elapsus de cælo eorum immisceat, versetur in terris, cum hominibus colloquatur. cognita regum somnia eius, quem Latinienses nuntiarunt? 7 recordamini illud etiam quod nondum est relatum, quòd eodem fere tempore saltus in agro Picæno Potentiæ nuntiatur terra motus horribilis cum quibusdam multis metuendis, rebus hac eadem præsidia, quæ futura præstissimas, impendentia pertimuerit, 8 Etenim hæc deorum immortalium vox, hæc pene oratio indicanda est, cum ipse mundus, cum agri terræ motu quodam nuno contremuerint, & insolitate aliquid sono incredibilique prædicunt in quo constituendæ nobis quidem sunt procurationes: & obseratio, quam ad modum monemur. sed faciles sunt preces apud eos, qui vitæ nobis viam salutis ostendant: nostra nobis sunt inter nos iræ, discordiæ placandæ.

6 Auget vim exhortationis collatione minorum.

7 Significat hæc prædicta perinde esse debere, ac si dei alicuius voce monita essent. Arg. ex paribus.

8 Addit aliud quod ad portentum eorū frequentia & multiplici numero magis accreat.

9 Partium sententiæ hoc maxime loco attingit: deinde de eiusmodi remedia duo proponuntur.

PRO CN. PLANCIO.

ORATIO XXXII.

VM PROPTER egregiam & singularem Cn. Plancij Iudicetin mea salute custodienda fidem tam multis & bonis viris eius honori videri esse futurum, capiebam animo non maiorem voluptatē, quòd mihi efficiū mihi saluti fuisset, ei

1 Hoc initio benevolentiā captat et Cn. Plancij in se meritis simul quæ officij rationem attingit, id antè tractatur per dissimilitudinem.

1 Redditio dissimilitudinis.

2 Præcipua vis reddition is hoc loco est, aucta repugnantibus.

3 Ex proxima redditione alia dissimilitudinem ell. cit, sed cuius Protasis ex antecedentibus intelligenda sit. Arg est ex effectis ad causam. q. d. Salus mea vestrum vnicuique chara fuit, nō est itaque dubiū, quin vobis etiam chari sit salutis meæ defensores.

4 Ex contrariorum constitutione cōtrariorum remotionem concludit.

5 Detrahit autoritatem actori ex repugnantibus, quæ minorum collatione augetur.

meorum temporum memoriam suffragari videbam, [1] cùm autem audirem meos partim inimicos, partim invidos, hunc accusationis esse fautores, eandemq; rem aduersariam esse in iudicio Cn. Plancii, qua in petitione fuisset aduitrix: [2] dolebam Iudices, & acerbè ferebam, si huius salus ob eam ipsam causam esset infestior, quòd id meam salutem atque vitam sua benevolentia, præsidio, custodiaque texisset. [3] Nunc autem vester Iudices conspectus, & consessus iste reficit & recreat mentem meam, cùm intuear & contemplor vnumquemque vestrum. video enim hoc in numero neminem, cui mea salus chara non fuerit, cuius non extet in me suum meritum, cui non sim obstrictus memoria beneficij sempiterna. [4] Itaque extimesco, ne Cn. Plancio custodia meæ salutis apud eos obsit, qui me ipsum maximè salvum videre voluerunt. [5] Sapisti Iudices mihi venit in mentem. [6] admirandum esse M. Laterensem hominem studiosissimum, & diligentissimum salutis meæ, veruntamen potuisse non sibi deesse. quàm metuendum, ne vobis id ille magna vtilitate fecisse videatur quanquam mihi nō sum vt tantum Iudices, neque arrogo, vt C. Plancius sui ergo me nostris impunitatem consecuturum nisi eius integerrimam vitā, modestissimos mores, patrem summā fidem, cōtinentiam, pietatem, innocentiam ostendero, nihil de pœna recusabo sin omnia præstitero quæ sunt à bonis viris expetenda, petam Iudices à vobis, vt cuius misericordia salus mea custodita sit, ei vos vestram misericordiam me deprecante tribuatis. Equidem ad reliquos labores, quos in hac causa maiores suscipio, quàm in cæteris, etiam hanc molestiam assumo, quòd mihi non solum pro Cn. Plancio dicendum est, cuius ego salutem non secus ac meam tueri debeo: sed etiam

etiam pro me ipso, de quo accusatores plura pene, quàm de re, eòque dixerunt. [1] quanquam hunc, quàm de re, eòque dixerunt. [1] quanquam hunc, quàm de re, eòque dixerunt. [1] quanquam hunc

largitionis recipienda suspicio est. Sin hunc illi amtepuno, contumeliosa habenda est oratio: & decendum est id, quod ille me flagitat, Laterensem a Plancio dignitate esse superatum. [1] Ita aut amicissimi homines existimatio offendenda est, si illam accusationis conditionem sequar: aut optimè de me merui salus deserenda est. Sed ego [2] Laterensem facile eatenus me & præcipitem ferri consitear in cursu, si te erat à Plancio, aut ab ullo dignitate potuisse superari. Itaque discedam ab ea contentione, ad quam tu me vocas, & veniam ad illam ad quam me causa ipsa deducit. [3] Quid tu? [4] non in dignitatis iudicem putas esse populum? fortasse nonnunquam est, ut non verò semper non esse debeat? Quæ [5] si quando est, in iis magistratibus est mandanda, quibus salutem suam commendi putat hos honoribus comitiis, diligentia, & gratia peciorum bonis partim, non ijs ornamentis, quæ esse in te videmus. [6] Nam quod ad populi per tinet, semper dignitatis iniqui iudex est, qui aut invidet, aut fovet. [7] Quanquam nihil potes in te *non, legen Laterensis constituere, quod sit proprium laudis dum est, ut tua, quam id tibi sit commune cum Plancio. Sed hoc mylri conditum agitur alio loco: nunc tantum disputo de eo habent. ture populi: qui & potest, & soles nonnunquam

1 Augent propositio difficultatem consequutionis & comodi & eorum.

2 Arg. ex causis illi propositis difficilis.

3 Propositio præsumptione accolit ad refellendas necessarias orationes ex quibus prima erat exemotione malorum eralia tibus est mandandus, quibus salutem suam commidi honoris.

Cic. vetè pro p. si unus ipse quo adversetur, nihil, negat.

4 Dissimilitudo est comitiorum, quorum in non nullis habet populus ratio nem, in aliis non habet.

5 Inanem aut iniquum dignitatis iudicem plerumque esse populum docet ex causis efficientibus.

6 Correctio est, qua assumptionis negationem attingit: quam tamen partem aliam in locum reiicit.

7 Per dissimilitudinem consecutionem argumenti infirmat, & negationem illam probat collatione maiorum.

maiores

maiores nostros tenere non potuerunt, ut reprehensores essent comitiorum, id haberent Iudices, quod multò etiam minus est ferendum. tum enim magistratum non gerebat is quo reperat, si patres autores non erant facti: nunc postulatur à vobis, ut eius exilio, qui creatus sit, iudicium Pop. Ro. reprehendatis. Itaque quanquam, qua velut, tanta sim ingressus in causam, sperare videor tantum abfuturam esse orationem meam à minima suspicione offensionis tuæ, te ut potius obiurgem, quod iniquum in diserimen addimas dignitatem tuam, quàm ut ego eam ulla contumelia conear attingere. Tu continentiam, tu industriam, tu animorum in Rempublicam, tu virtutem, tu innocentiam, tu fidem, tu labores tuos, quod Aedilis non fecisti, fraudi esse, & obiicis, & repudiatos putas? videtundem Laterensis, quantum à te dissentiam. Si medius fidius dicem soli essent in civitate viri boni, sapientes, iusti, graves, qui te indignum Aedilitate iudicassent graviùs dete iudicatum putaremus, quàm est hoc, quod tu metuis, ne à populo iudicatum esse videatur. [1] non enim comitia iudicat semper populus, sed maxime plerunque gratia, cedit precibus, facit eos, à quibus est maximè ambitus: denique si iudicat, non delectu aliquo aut sapientia ducitur ad iudicandum: sed impetu nonnunquam, & quadam etiam temeritate. [2] Non est enim consilium in vulgo, non ratio, non discrimen, non diligentia: sæpeque sapientes ea, quæ populus fecisset ferenda, non semper laudanda duxerunt. Quare cùm te Aedilem fieri oportuisse dicis, populi culpam, non competitoris accusas. At fuerit dignior quàm Plancius: de quo ita rectum contendi paulò post, ut conferrem

1 Oppositione repugnantium quæ speciem inducit per se fieri, significat se de Laterensis dignitate nihil detractum: deinde additis collationem maiorum exprefsa ac ex ipsa quidem probabilis facta.

2 Reddition. pars quædam ex remotione contrariorum adiunctum & dissimilium constitutione.

1 Ex remotione effectorum repugnantium iudicio confas colligit, sum remota ne dissimilitudine qua collatio repetitur.

dignitatem tuam: sed ut fueris dignior, non competitor, à quo es victus, sed populus, à quo es peritus, in culpa est. [6] In quo primum illud debes putare, comitijs præsertim Aedilitijs studium esse populi, non iudicium. ebullita illa, non exercleata esse suffragia: eos qui suffragium ferant, quid denique ipsi debeant cõsiderare sapiat, quàm quid cuique à Republica videatur deberi. Sin autem manet esse iudicium, non tibi id rescindendum est, sed ferendum. [7] malè iudicauit populus: at iudicauit. non debuit: at potuit. non fero: at multi clarissimi, & sapientissimi ejus tulerunt. [8] est enim conditio liberorum populorum, præcipuè, huius principis populi, & omnium gentium domini ac victoris, posse suffragia vel dare, vel detrahere, quod velit, cuique: nostrum autem est, qui in hac tempestate populi iactemur ac fluctibus, ferre modicè populi voluntates, allicere alienas, retinere partas, placare turbatas: [9] honores si magni non putemus, non seruire populo: sin eos expetamus, non desitidari supplicando. [10] Venis nunc ad ipsius populi partes, ut illius contra oratione potius quàm mea disputem, qui si tecum congrediatur, & si vna voce loqui possit. hæc dicat: Ego tibi Laterensis P. anicium non anteposui. sed cùm essitia quæ boni viri, meum beneficium potius ad eum detuli, qui à me contenderat, quàm ad eum, qui mihi non nimis submisse supplicarat. [11] Respondebis, credo, te splendare, & vetustate familiæ fretum non valde ambiendum putasse. At verò te ille ad sua instituta, suorumque maiorum exempla revocabit: semper se dicet rogari voluisse, semper placuisse: M. Scaurum, qui ne Equestrem quidem splend

1 Dilemma est ex cõstitutione & remotione iudicij, cuiusvtraque pars contra Laterensem facere offenditur.

2 Prolepses breues & frequentes, quæ ex dissimilib⁹ maximè diluuntur.

3 Caussarum rationem reddit ex aliis superioribus cauſis.

4 Dilemma est ex cõmutatione subiecti & euitãdi remotione ad remouenda omnino aut omnino mouenda destinata.

5 Eadem argumẽta reperit cõmutatis verbis p

μετανοούμενον

eni præfatio quædam præpolita est.

6 Interponit diabolismum Laterensis ex repugnantibus, quibus opponit dissimilia exẽpla, quibus patet populum non

splendorem incolumem à calamitate iudicij, retinere potuisset, homini nobilissimo, innocentissimo, eloquentissimo, M. Pisoni prætulisse: præposuisse se Q. Catulo in summa familia nato, sapientissimo & sanctissimo viro, non dico C. Serenum subtilissimum hominem (fuit enim & animi satis magni & consilij) sed Cn. Manlium non solùm ignobilem, verùm sine virtute, sine ingenio, vita etiam contempta, ac sordida. [1] Desiderasti te, inquit, oculi mei, cùm tu esses Cyrenis: me enim, quàm scires tua frui virtute malebam: & quò plus interesset, eò plus aberas à me certè non videbam: deinde sitientem me virtutis tuæ deseruisti, ac dereliquisti, coperas enim petere tribunatum plebis temporibus iis, quæ illam eloquentiam, & virtutem requirebant: [2] quam petitionem cùm reliquisses, si hoc iudicasti, tanta in tempestate te gubernare non posse, de virtute tua dubitasti: si nolle, deuoluntate. sin quod magis intelligo, temporibus te aliis reseruasti, ego quoque, inquam, & Respublica ad ea te tempora reuocabam, ad quæ tu te ipse seruabas. petet igitur cum magistratum, in quo mihi magna vtilitati esse possis. Aedilis quicunque erunt, [3] idem mihi, quod offenderat: aut si quod mea manus interest, id te magis fortè delectat, reddam tibi illam Aedilitatem etiam negligenter petenti. sed amplissimos honores vt pro dignitate tua consequare, considera censeo mihi paulò diligentius supplicare. [4] Hæc populi oratio est: mea verò Laterensis hæc: Quare virtus sit, non debere iudicem quærere, modò ne largitione sit virtus. [5] nam si quotiescunque prætoritus erit is, qui non debuerit præteriri, toties oportebit eum, qui factus erit, condemnari: nihil tam

habere rationem dignitatis.

1 Redit ad

προσαναπλήρωσιν

plenam & cõtinẽtem, qua ex remotione caussarum remouet elleita.

2 Dilemma quoddam trimẽbre, quod potius

τρίλημμα

dici debeat.

3 Sententia imperfecta est nec valde apparet quorsus verbo vel intellecto vel etiã adhuc semẽtia explicatur.

4 Conclusio

προσωποποιΐας

cui subiungit suam sententiã per dissimilitudinem.

5 Argumenta tur ex repugnantibus syllogismi connexi 2. modi cheliis Propositio præcedit.

*Latomus lege, diréptio. Randonus vero divitio. Nam & divitiorum mentio facta est in orat. pro Rod. in fin. Vide Grachij de Com. Rom.

1 Obscurior aliquanto, sed tamen plena est oratio si (simul vi) pro (simul atque) & (quin) in est nec p quin aut (quilibet) sumas.

2 Per μετωνυμίαν

cui adhibita est praesatio suffragantis, exeritas cogitationes experimit, quas necesse erit animis occurrere populo litteratorum campo hoc, quam ille dignior perquā grave esse quo velis.

3 Assumptio per remotionem consequentis illustrata similitudine.

4 Complexio per remotionem antecedentis aucta nouis repugnātibus.

*Aut hic vestri legendū est, aut paulo pōst etiam vestram vt hic. Nisi forte sit Enallage casus, pro vestri.

5 Proximam conclusionē non conferendæ dignitatis confirmat repugnantibus quæ nascuntur ex inflammatione parium.

6 Dialogismus est cū ex rationibus eorū, qui rationē dignitatis in re legendo habendam putant, cū ex oppositis rationibus eorum qui deligantur nulla habita ratione dignitatis.

est, quod populo supplicetur, nihil quod *direptio nihil quod supplicatio magistratuum, remuntio suffragiorum expetatur: simul ut quosque pro fasis, video quid dicant, 2 Hic familia Consularis est, ille Praetoria: reliquos video esse ex Equestri: cæsant omnes sine macula, sunt aquæ boni viri, atque integri: sed seruari necesse est gradum cedat Consularis generi Praetorium, nec contendat cum Praetorio Equestri locus: sublata sunt studia, extincta suffragationes, nulla contentiones, nulla libertas populi in mandandis magistratibus, nulla expectatio suffragiorum, nihil, ut plerumque euenit præter opinionem accidet: nulla erit posthac varietas comitiorum. 3 Sin hoc perfacile accidit, ut & factus aliquis & non factus esse miremur: si campus, atque illa unda comitiorum, ut mare profundum, & turbulentum, sic efferuescunt quodam quasi æstu, vt ad alios accedant, ab aliis autem recedant: 4 in tantum impetu fluitantium, & metu temeritatis, modum aliquem & consilium, & rationem requiramus? 5 Nec nos me ad contentionem *vestram reuocare Laterensis, etenim si populo grata est rabella, quæ frontes aperit hominum, mentes tegit: dare que eam libertatem, vt quod velint faciant: promittant autem, quod negetur: cur tu 6 iudices experimur, 7 quod non sit in

tur, quod satis est iudici? hic facilius est aliter ille potius quam ego? vel nescio, vel non dico, vel dextre, quod mihi grauissimum esse sic dicere, sed impune tamen deberem dicere, non refellere. 1 nam quid assequerer, si illa extrema defensione uterer, populum quod volasset fecisse, non quod debuisset? quid si populus quoque falsum defendi Laterensis & docco Cn. Plancium non obrepsisse ad honorem, sed eo venisse cursu, qui semper patuerit omnibus hoc nostro Equestri loco: possumne tripode orationi tuæ contentionem vestram, qua tractari sine contumelia non potest, & te ad causam, crimenque deducere? 2 Si quod Equitis Romani filius est, inferior esse debuit: omnes tecum Equitum Romanorum filij petierunt, nihil dico amplius, hoc tamen mitior, 3 cur tu huic potissimum irascere, qui longissime à te abfuit. Equidem si quando, vt fit, iactor in turba, non illum accuso, qui est in summa sacra via, cum ego ad Fabium fornicem impellor, sed eum, qui in me ipsum incurrit, atque incidit. tu neque Q. Pedio fortissimo viro succensebas, neque huic A. Plotio ornatissimo hominis familiari meo: & ab eo, qui hoc dimouit, potius, quam ab iis, qui in te ipsum incubuerunt, te depulsum putas. Sed tamen hæc tibi est prima cum Plancio generis vestri similisque contentio, qua ab te vincitur. 4 cur enim non confitear, quod necesse est? sed non hoc magis, quā ego à meis competitoribus & aliis, & in Consulatus petitione vincebar. Sed vnum ne hac ipsa, qua decipiris huius suffragata sint. sic enim conferamus. est tuum nomen vtraque familia Consulare. non dubitas igitur, quin omnes, qui fauent nobilitati, qui id putant esse pulcherrimum, qui imaginibus, qui nominibus vestris ducuntur, te Aedilem fecerint,

1 Collatione morum cū maioribus defensionis suæ firmitatem ostendit. Sed in prosa videtur deesse negatio. Sic enim videatur legendum, Nā quid ab illo quæritur.

2 Collatione parium Plancij causam ēē firmat.

3 Ex repugnātibus tabulam Laterensis reprehendit & ex similitudine quōdam illustrat, deinde etiam vim repugnātium reperit ex in firmatione maiorum.

4 Concessio est, quam tamen à verecundia nihil prodesse ostendit: etiam ad

[1] Cur Latere se præterito Plancius fautus sit Aedilis demõstrat collationem minorum caussarũ. Prima est studium nobilium & plebeiorum.

2 Secũda collatio minorũ caussarum circa genus versatur, eáque exornatur cõmunicatione rhetorica.

3 Laterenſis, nomine proprio tuõcius dicebatur.

4 Diſtinxillud eſt, quo oſtendit non eandem eſſe rationem petitionis & dignitatis. Superiorem enim Plancium facis in petẽdo, Laterenſem inferiorẽ. Prorſus maiorũ prima eſt.

5 ἀντανάκλασις minorum.

6 Confirmat proximã collationem aliis exemplis, quæ item, vt imparia conferuntur. Minora ſunt in protaſi, maiora in antapodoſi.

7 Concludit ſecundæ principis collationis ſummam.

rint, equidem non dubito. [3] ſed ſi parum multi ſunt, qui nobilitatem, amant, num ideo eſt noſtra culpa? etenim ad caput, & ad fontem vtriuſque generis veniamur. [4] Tu es ex municipio antiquiſſimo Tuſculano, ex quo plurima familiæ ſunt Conſulares, in quib. & eſt etiam [5] Inuentia, quæ è reliquis omnibus vnis non ſunt. Hæc eſt è præfectura Atinati, non tam priſca, non tam honorata, non tam ſuburbana. [6] Quantum intereſſe vtà rationem petendi? primum vtrum magis facere putas Atinates, an Tuſculanos ſuis? alteri (ſcire enim hoc propter vicinitatem facile poſſum) cum huius ornatiſſimi atque optimi viri Cn. Saturnini patrem Aedilem, cum Prætorem viderunt, quid primus ille non modo in eam familiam, ſed etiam in præfecturam ſuam? Iam, ſiſſam curulem attuliſſet, mirãdum in modum lætati ſunt. alter vt [7] credo quia refertum eſt municipium Conſularibus: nam malueuoles non eſſe certo ſciũ nunquam intellexi vehementius hũpitum ſuorum honore lætari: habemus hoc nos, habent noſtra municipia. quid ego de me, de fratre meo loquar? quorum honoribus agri prope dicam ipſi, mœniſque fauerunt: num [8] aliquando vides Tuſculanum alterum de M. Catone illo in omni virtute principe, num de T. Coruncano municipe ſuo, num de tot Fabiis gloriatur? verbum nemo facit, at in quencunque Arpinatem incideris, etiam ſi nolis, erit tamen tibi fortaſſe de nobis aliquid, aliquid & de C. Mario audiendum. [9] Primum igitur hic habuit ſtudia ſuorum ardentia: tu tanta, quanta in he-

minibus iam ſaturatis honoribus eſſe potuerunt. [1] deinde tui municeps ſunt illi quidem ſplendidiſſimi hominesſed tamen pauci, ſi quidẽ cum [2] Atinatibus conferantur: cuius præfectura plena virorum fortiſſimorum, ſic vt nulla tota Italia frequentior dici poſſit quam quidẽ nunc [3] multitudinem videris Iudices in ſqualore, & luctu ſupplicem vobis. [4] Hi tot Equites Roma ii, tot Tribuni ararij (nam plebem à iudicio dimiſimus, quæ cuncta comitiis adfuit) quid roberis, quid dignitatis huius petitioni attulerunt? non enim tribum Terentinam, de qua dicam alio loco, ſed dignitatem: ſed vulorum conſeſſum, ſed ſolidam, & robuſtam, & aſſiduam frequentiam præbuerunt. [5] Iam municipia communione etiam vicinitatis vehementer mouentur. omnia, quæ dico de Plancio, dico experta in nobis: ſummus enim ſimilimi Atinatibus laudanda eſt, vel etiam amanda vicinitas retinens veterem illam officij morem, non inſiſcata malueolentia, non aſſueta mẽdacijs, non fucata, non fallax, nõ erudita artificio ſimulationis vel ſuburbano, vel etiam vrbano. nemo [6] Arpinas non Plancio ſtuduit, nemo [7] Seranus, nemo Caſinas, nemo Aquinas. Totus ille tractus celeberrimus, Venafranus, Aliſinus, tota denique noſtra illa aſpera & montuoſa, & fidelis, & ſimplex, & fautrix ſuorum regio ſe huius honore ornari, ſe augeri dignitate arbitrabatur: iiſdemq; nunc à municipiis adſunt Equites Ro. publicè cũ legationis teſtimonio: [8] nec minore nunc ſunt ſolicitudine, quàm tum erant. ſtudia etenim eſt grauius ſpoliari fortunis, quàm non augeri dignitate. Ergo vt

1 Addit aliã collationem cauſſarũ. Numerus enim in comitiis multũ poteſt. hic autem minorũ collatione augetur.

2 Atinates in tribus triplices fuerũt, dicti à tribus diuerſis oppidis eiuſdẽ nominis. Nam alia fuit Atinatũ Lucanorũ, alia Marſorũ, alia Latinorũ de quibus Cicero hoc loco agit. Vide Plin. lib. 3 in deſcr. Ita lix.

3 Ex cauſſis effectis cauſſa tuit.

4 Probat cauſas ex aliis ſuperioribus cauſſis.

5 Addit alteram cauſſam frequentiæ quam ſuo teſtimonio confirmat.

6 Enumerat ſigillatim municipia coloniaſque quarum ſuffragiis adiuta eſt Plancij petitio. 7 Arpinũ, Fora. Caſinum, Aquinum Venafrum, Aliſe oppida Latij mediterranea ſunt.

8 Ex paribus effectis Atinatium ſtudia in Plancium ampliſicat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

alia in te erant illustriora Laterensis, quæ tibi maiores tui reliquerant: sic te Plancius hoc non solum municipij. verum etiam vicinitatis genere vincebat, nisi forte te Lanuuina, aut Bouillana, aut Gabina vicinitas adiuuabat:[1] quibus è municipijs vix tam, qui carnem Latinis petant, inuenientur.[2] Adiungam, si vis, id, quod tu etiomnunc dicebas putas, patrem Publicanum, qui credo quanto adimento sit in honore, quis nescit? flos enim Equitum Romanorum ornamentum ciuitatis, firmamentum Reipubli. Publicanorum ordine continetur: quis est ergo, qui neget ordinis eius studium fuisse in honore Planci singulare? neque iniuria:[3] vel quod erat pater ei, qui est princeps tanti ordinis Publicanorum, vel quòd is ab sociis vnicè diligebatur, vel quòd diligentissimè rogabat, vel quia pro filio supplicabat, vel quia huius in illum ordinem summa officia. Quæstura, Tribunatus constabant, vel quòd illi in hoc ornando ordinem se ornare, & consulere liberis suis arbitrabantur. [4] Aliquid præterea, timide dico, sed tamen dicendum est: non enim opibus, non inuidiosa gratia, non potentia vix ferenda, sed commemoratione beneficij, sed misericordia, sed precibus aliquid atq; multum etiam non appellatus populum, tribubus submisi me, & supplicaui: vltro meherculès se mihi etiam offerentes, vltro pollicentes rogatu: valuit causa rogandi, non gratia:[5] nec si vir amplissimus, cui nihil est quod rogans concedi non in re possit, de aliquo, ut dicis, non impetrauit, ego sum arrogans, quod me valuisse duco.[6] Nam vt

1 Collatio finitorum est qua paucitatem vicinorum amplificat. Latini autem finis certi homines singulorum municipiorum carnem petebat ab aliquo monte.

2 Addit ad collationem maiorum Plancij patriæ gratiam apud Publicanos & reliquos equites.

3 Multas causas gratiæ in Plancium & eius patrem enumerat.

4 Addit ad extera momenta gratiæ, accessionem fuæ suffragationis quam valde gratiosam fuisse ostendit ex collatione dissimilium.

5 Dissimilitudo est, qui ab actione quandam differentia confirmatione efficere omnis.

Quis autem hoc loco intelligatur, non satis constat. M. Caronem intelligi facile suspicatur, qui pro Laterense contra Planciam contenderit.

6 Tertia causam gratiæ fuæ in supplicando pro Plancio adhibuit cum ratiocinationem ex comparatione contrariorum.

omittam

omittam illud, quod ego pro eo laborabam, qui valebat ipse per se: rogatio ipsa semper est gratissima, quæ est officio necessitudinis coniuncta maximè. neque ego sic rogabã, vt petere videret, quia sã mutuò essemus, quia vicinus, quia hospes parenti semper plurimum essem vsus, sed vt quasi parenti & custodi mei, non potentia mea, sed causa rogatus fuit. gratiosa mihi mea restitutione lætatus est, nemo unquam doluit, cui non haberi in me misericordia grata fuerit.[1] Etenim si antè reditum meum C. Plancio se vulgò viri boni, cùm hic Tribunatum peteret, vltro offerebant: cui nomen meum honori fuisset, ei meas præsentes preces non putas profuisse?[2] An Minturnenses coloni, quòd C. Marium simili errore atque ex impijs manibus eripuerunt, quòd tecto receperunt, quòd sessum inedia fluctibusque recreauerunt, quòd viatikum congesserunt, quod nauigium dederunt, quòd eum linquentem terram eam quam seruauerat, lacrymis vestisque omnibus prosecuti sunt, æterna in laude versantur:[3] Planeis, quòd me vel vi pulsum, vel ratione cedentem tempori receperit, tuerit, his & Senatui populoque Romano, vt haberent quod reducerent, conseruarit: honori hanc fidem, misericordiam, veritatem fuisse mirabitur?[4] Vitia mehercule res ho Cn. Plancij, de quibus dixi tegere potuerunt:[5] ne tu in ea vita, de qua tam dicam, tot & tanta adiumenta huic honori fuisse mirere. Hic est enim, qui adolescentulus cum A. Torquato prætextatus in Africam, sic ab illo grauissimo, & sanctissimo, atque omni laude & honore dignissimo viro dilectus est, vt & contuberny necessitudo, & adolescentuli modestissimi pudor postulabat. quòd si adesset, non minus ille declararet, quàm hic illius frater pa-

true'st

1 Auget primam seniorum collationem.

2 Addit alteram collationem minorum parium.

3 ἀπόδοσις parium.

4 Auget nouam collationem minorum.

5 ἀπόδοσις maiorum quâ confirmat ex effectis vitæ bene actæ & testimoniis malorum.

truelli, & sæver T. Torquatus illi omni virtute, & laude par: qui est quidem cum illo maximis vinculis & propinquitatis, & affinitatis coniunctus, sed ita magni amoris, vt ille necessitudinis causa leues esse videantur. Fuit in Creta postea contubernalis Saturnini propinqui sui, miles huius Q. Metelli, quibus cum fuerit probatissimus, [2] hodieque sit, omnibus esse se probatum debet sperare. In ea prouincia Legatus fuit C. Sacerdos, qua virtute, qua constantia vir! L. Flaccus, qui homo! qui ciuis! qualem hunc putent, assiduitate testimonioque declarant. In Macedonia Tribunus militum fuit: in eadem prouincia postea Quæstor, [3] primùm Macedonia sic eum dilexit, vt indicant hi principes ciuitatum suarum: qui cum missi sint ab altera causam, tamen huius repentino periculo commoti huic assident, pro hoc laborant: huic si præsto fuerint, gratius se ciuitatibus suis facturos putant, quàm si legationem, & mandata sua confecerint. [4] L. verò [5] Apuleius hunc tanti facit, vt morem illum maiorum, qui præscribit in parentum loco Quæsturæ suis Tratores esse oportere, officiis beneuolentiaque superarit. Tribunus plebis fuit non fortasse tam vehementi, quàm illi, quos tu iure laudas: sed certè talis, quales si omnes semper fuissent, nunquam desideratus vehemens esset Tribunus. [6] Omitto illa, quæ si minus necessaria sunt, at certè cùm sint prolata, laudantur: vt vivat cum suis, primum cum parente (nam mea iudicio pietas fundamentum est omnium virtutum) quem vereur vt Deum (neque enim multùm secus parens liberis) amat verò, vt sodalem, vt fratrem, vt æqualem. quid dicam cum patrue? cum affinibus? cum propinquis?

1 Collatione minoris amoris magnitudinem amplificat.
2 Ex adiunctis Plancij integritatem confirmat, quibus addit aliquot præterea testimonia.
3 Addit aliud ex electis.
4 Aliud arg. ex eodem effectorum loco.
5 Hoc Prætore Plancius Quæstor in Macedonia fuit.
6 Apophasis est, qua prius tam Planci) confuetudine cum suis laudat.

quis? cum hoc Cn. Saturnino ornatissimo viro! [1] cuius quantam boni[s] huius cupiditatem fuisse creditis, cum videatis luctas societatem? [2] quid de me dicam? qui mihi in huius periculo rem esse video. quid de his rei viris talibus, quos videtis velle mutata? atqui hæc sunt iudicia solida Iudicis, & expressa, hæc signa probitatis, non fucata forensi specie, sed domestici inulta notis veritatis: facilis est illa occursatio, & blanditia popularis: aspicitur: non attrectatur: procul apparet, non excutitur: non in manus sumitur. [3] Omnibus igitur rebus ornatum hominem, quem externi, quem domestici: nonnullis rebus inferiorem quàm te, generis & nominis dico, superiorem aliis municipum, vicinorum, sodalitatum studio, temporum meorum memoria, patris virtute, integritate, modestia, Aedilem fuisse murarii! [4] Hunc tu vita splendorem [5] maculis aspergis illis? iacis adulteria, qua nemo non modò nomine, sed ne suspitione quidem possit agnoscere. maritum appellas, vt verba fingas, non solum crimina [6] dicium esse ab eo in prouinciam aliquem dicis lubidinis causa: quod non crimen est, sed impunitum in maleficio mendacium. [7] raptam esse mimulam: quod dicitur Atina fuisse à iuuene, vetere quodam in scenicos iure, maximeq; oppidana. [8] O adolescentiam tradutam eleganter, cui quidem cùm quod licuerit, obiiciatur, tamen id ipsum falsum reperiatur. [9] Emissus aliquis è carcere, & quidem emissus (vt cognostis) necessarij hominis, optimiq; adolescentis rogatu, idem postea pramandatis requisitus. [10] Arg. hæc, nec ulla alia sunt conicita maledicta in eius vitam, de cuius vel pudore, religio-

1 Arg. ex ex paribus.
2 Apophasis quædam est, qua adiungit finem de Plancio iudicium.
3 Concludit propositâ collationem minorum ex antecedenti amplificatione integritatis Planci.
4 Refellit ali quot maledicta & crimina superiori laudationi repugnantia, quæ quidē remouet per collationem maiorum.
5 Metaphora cōtinuata.
6 Tertiū crimen negando diluit, addita dissimilitudine.
7 Quartū purgat ite negatione cum dissimilitudine.
8 Exclamatio ex remotione repugnātiæ vt integritatē ea attribuens.
9 Quintum crimē leuiter

mum defendit ex causis.
10 Conclusio criminum.

ne,

Universidad de Deusto
Biblioteca

1 Dilui obiectionē contra dilatione per exclamationem ex repugnātibus obiectis & adiūctis, quæ sit collatione minorum.

2 Diuinatio debet maiorū ex adiunctis obiectis & effectis, laudabilibus & malis vna minorum collatione.

3 Occupatio est ex repugnantibus, vt Latinè vidēbatur, quā Cic. solet negatione diluere. Vide illustrata. Lib. 1.

4 Ex comparatione cōtrariorum Latinensis obiectionem refellat. Syllepsis complexionem in propositione occultans. Assumptio perelliptica. Propositio dissimilitudine augetur, cuius prætextu confirmatur speciebus exemplis, libertè loquendi.

ne, integritate dubitetis. 1 Pater verò, inquit, etiam obesse filio debet. O vocem duram, atque indignam tua probitate! Patereris, pater vt in iudicio vt capitis, pater vt in dimicatione fortunarum, pater vt apud tales viros obesse filio debeat? qui si esset turpissimus, sordidissimus, tamen ipse nomine patrio valeret apud clementes iudices, & misericordes, valeret, inquam, communi sensu omnium, & dulcissima commendatione naturæ. 2 Sed cùm sit Cn. Plancius in Equite Roma. eo primùm vetustate Equestris ordinis, vt pater, vt auus, vt maiores eius omnes Equites Roma. fuerint, summum in præsultura florentissima gradum tenuerint, & dignitatis, & gratiæ deinde, vt ipse in legionibus P. Crassi Imperatoris inter ornatissimos homines Equites Roma. summo splendore fuerit: vt possem principes inter suos, plurimorum rerum sanctissimus & iustissimus iudex, maximarum societatum autor, plurimarum magistratus nouis in eo nihil vnquam reprehensum, sed laudata sunt omnia, tamen si iberit honestissimo filio pater, qui vel minus honestum & alienum tueri vel auctoritate sua vel gratia possit? 3 Asperius, inquit, locutus est aliquid aliquando: imò fortasse liberius, at id ipsum, inquit, non est ferendum: ergo si ferendi sunt, qui 4 queruntur libertatem Equitis Roma. se ferre non posse? vbinam ille mei? vbi illa æquitas iuris? vbi illa antiqua libertas, qua malis oppressa cuiusquam exultare tam ea? put, & aliquando recreata se erigere debebat? Equitum ego Roma. etiam in hominum nobilissimorum maledicta, publicanorum in M. Scaurolam virum omnibus ingenuis iustitiæ integritate præstantem, asserre & fortiter, & liberè dicta commemorem? Consuli P. Nasicæ præ-

Granius

Granius medio infitiè, cùm ille ædilis iustitio domum descendens rogasset Granium, quid tristis esset, an quòd auditiones essent tres? verò, inquit, quid lectiones? Idem tribuno plebis, potentissimo homini M. Drusio, sed multa in Reipub. molienti, cùm ille eum salutasset, vt fit, dixisseque, quid agis Granie? respondit, imò verò tu Druse quid agis? ille L. Crassi, ille M. Antonij volantatem assentatoribus facetijs sæpe perstrinxit impunè: 1 nunc vsque eo oppressa vestra arrogantia ciuitas est, vt qua fuit in olim præcoci in videndo, nunc Equiti Roma. in plorando non sit concessa libertas. 2 Qua enim vnquam fuit Plancia vox contumeliæ potius, quàm dolorisquod est autè vnquam auellus, nisi cum à se iis, & à se iniuriam propulsaret? cùm Senatus impediretur, quò minus, id quod hostibus semper erat tributum, vt Ipsum Equitibus Rom. redderetur omnibus illa iniuria dolori publicanis fuit: sed eum ipsum dolorem hic tulit paulo apertius communis ille sensus, in aliis forsasse latuit, hic quod cum cæteris animo sentiebat, id magis, quàm cæteri, & valuit promptum habuit, & lingua. 3 Quanquam Iudices (agnosco enim ex me) permulta in Plancium, quæ ab eo nunquam dicta sunt, conferuntur, ego quia duce aliquid alienum de non studio addullus, sed contentione dicendi, aut lacessitus, & quia, vt sit in multis exit aliquando aliquid, si non perfectum, attamen fortasse non rusticè: quod quisque dixit, me id dixisse dicunt. ego autem si quid est, quod mihi scitum esse videatur, & homine ingenuo dignū atq; docto, non asperner: flumachor verò cum aliorum non me dignam in me conseruntur. 4 Nam quòd primus scivit legem de publicanis, tum cùm vir amplissimus Consul id illis ordinis per populum dedit,

1 Redditur dissimilitudinis ex repug. quæ nascitur ex indignatione minorum.

2 Planci; prius dicta ex causis edic. tribus delendi & patrimonia collationē cū exceptione quoad per diminutionē dissimilium.

3 Correctione multa grauius dicta remouet à Plancio parte ioci similitud. ne illuderet.

4 Alia obliquo quam ex causis obliterasse dicit, maximè vero ex partibus factis.

5 C. Cæsarem intelligit, qui præter Senatus voluntatem multa tulit Equestri ordine dilato. Vide App. lib. 2. bellorū ciuilium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dedit, quod per Senatum si lecuisset, dedisset: [1] si in eo crimen est, quia suffragium tulit, quis non tulit publicanus? si quia [2] primùm sciuit, utrum id sortis esse vis, an eius qui illam legem ferebat? si sortis, nullum crimen est in casu: si Consulis, splendor etiam Plancij, hunc à summo viro principem ordinis iudicatum. [3] Sed aliquando veniamus ad causam, in qua tu nomine legis Liciniæ, quæ est de sodalitiis, omnes ambitus leges complexus es, neq; enim quicquam aliud in hac lege, nisi edititios iudices, es secutus. [4] quod genus iudiciorum si est æquum nulla in re, nisi hac tribuaria: non intelligo, quamobrem Senatus hoc vno in genere tribus edi voluerit ab accusatore, neque eandem editionem transtulerit in cæteras causas: de ipso denique ambitu, de reiectione fieri voluerit iudicium alternum: cumq; nullum genus acerbitatis prætermitteres, hoc tamen vnum prætermundam putarit. quid? huius rei obscura causa est? an & agitata, cùm ista in Senatu res agebatur, & disputata hesterno die copiosius à Q. Hortensio? cui tum est Senatus assensus. hoc igitur sensimus: cuiuscunque tribus largitor esset, & per consensionem magistratuum, quæ honestè [5] sodalitas nominaretur, quam quisque tribum turpi largitione corrumperet, eum maximè his hominibus, qui eas tribus esse notum, ita putauit Senatus, cum reo tribus ederentur ea, quas is largitione deminutas haberet, eosdem fore testes & iudices.

1 Dilemma est ex distributionis partibus quæ causæ sunt eiusdem hoc loco.

2 primus

3 Transit ad principes quæstionem iudicij huius de crimine ambitus, & rationes quam in accusando Plancio secutus sit Laterensis ostendit.

4 Lex Licinia videtur lata à M. Licinio Crasso Iterũ Consule, vt colligunt nõnulli ex quodam huius orat. loco.

5 Tota hæc periodus perobscura est, cũ propter res ipsas, tum verò propter mendum, qđ sententia ipsa manifestũ declarat. Nam si id genus iudicij nulla in re est æquum, nisi in ea re tribuaria, Senatus rectè in ea vna tribu edi voluit tribus ab accusatore. Id autem Cicero facilè intellexisse. Quamobrem absurdissimi alij quid loquebantur, qui in his verbis nulla omnino esse. Deinde quid sit illud, quod Senatus fieri voluerit & præterea putarit, dispicere non possum. Id autem de sola editione Iudicum dici videtur.

6 Sodalitas, quid?

Acerb

Acerbum omnino genus iudicij: sed tamen, si vel sua, vel ea [1] quæ maximè esset cuique communita tribus ederetur, vix recusandum. Tu autem Laterensis quas tribus edidisti? Terentinam, credo? fuit certè id æquum, & certè expetitum est, & fuit dignum constantia tua, cuius tu tribus vendi torem & corruptorem, & sequestrem Plancium fuisse clamitas, eam tribum profectò, feruentissimorum præsertim hominum & grauissimorum, edere debuisti. aut Valtiniam. libet enim tibi, nescio quid etiam de illa Tribu criminari. hanc igitur ipsam cur non edidisti? [2] quid Plancio cum Lemonia? quod cum Veseunia? quid cum Cruſtumina? [3] nam tertiam etiam, non qua iudicaret, sed qua reiceretur, esse voluisti. [4] Dubitatis igitur Iudices, quin vos M. Laterensis suo iudicio non ad sententiam legis, sed ad suam spem aliquam de ciuitate delegerit? dubitatis, quin eas tribus, in quibus magnas necessitudines habet? Flaccus, cùm ille non ediderit, iudicarit, efficiis ab hoc obseruatas, non largitione? quid enim potest dicere, [5] cur ista editio non summam habeat acerbitatem remota ratione illa, quam in decernendo secuti sumus? Tu deligas ex omnis populi aut amicos tuos, aut inimicos meos, aut denique eos quos inexorabiles, quos inhumanos, quos crudeles existimes? tu me ignaro, nec opinante, inscio, notes & tuos & tuorum necessarios, vel iniquos meos, vel etiam defensorum meorum? eodémque adiungas, quos natu-

1 Reliqua sententia rectè procedit ab illa interrogatione. Putatur S. C. Horteſio authore fadum, quod tamen Laterensi minimè in cuius, aliam rationem iudicij adhibuerit. Dissimilitudo est, quæ tandem deducitur ad repugnantia. Protasis exornatur duplici subiectione.

2 Transitio dissimilitudinis, vbi numerãtur aliquot tribus quæ alienæ erant à Plancio. Vbi quarundã tribuum Romanarum nomina notanda sunt.

3 Significat Cruſtuminã tribũ à Laterense delectã

magis ad speciem reijciendi, quàm ad munus iudicandi.

4 Ex dissimilibus effectis dissimiles causas colligit.

5 Ex Laterensis facto elicit causarum quarundam constitutionẽ, quæ Plancium largitionis crimine liberat ex dissimilibus.

6 Repugnantium vim huc demum loco profert ex remotione eorum quæ legis illius acerbitatem temperabant.

M. Tu

1 Dissimilium causarum quæ omnem illius acerbitatem vel parum in Lacerenem cōferre ab illis iudicibus quicquam metuere videatur.

2 Acerbitatē iudicij illius ferendam ob esse docet calumnias maiorum.

3 ἀντιπαθοῦσι minorum.

4 Iterat eandem querelā de iniquitate iudicij per dissimilitudinē tribunorū à Lacerense editorum.

5 Ex repugnātibus tribus suspicio fuisse facti Lacerensis consilium.

6 Sua tribus itemque vicinarum iudicium à Plancio non reformidari signum est qui ex eis tribulibus quæ vicinia fuerint, qui ex eis non fuerint, si eius fuisset iudices edere ra putes afferri, atque omnibus iniquas? deinde essendas reuente, vt ante confessum eorum iudicia videam, quam putarim, qui essent futuri, suffica ri? apud eōsque me, ne quinque quidem reiecisti, quod in proximo reo de consilij se tantia constitutam est, cogat causam de fortunis omnibus dicere? non enim, si aut Plancius ita vixit, vt offenderet scientes neminem, aut tu ita erraſti, vt eos eligeres imprudens, vt non inuito te tamen ad iudicem ad carnifices venirem: ideireo ista editio per se non acerba est? A verò nuper clarissimi ciues nomen editi iudicii non tulerant, cum ex CXXV. iudicibus principibus Equestris ordinis, quinque & LXX reos reiceret, Lacerret, omnēq; petitio permiserant, quām ei legi condicionique parerent: ? nos neque ex delectis iudicabat, sed ex omni populo, neque editos ad reiciendum, sed ab accusatore constitutos iudices ita ferimus, vt neminem reiecerimus? + Neque ego nunc legis iniquitatem queror, sed factum tuum à sententia legis docendi disceparē & illud acerbum iudicium, si quem admodum Senatus censuit populus, iussit, ita fecisses, vt in hunc, & sua, & ab hac observata ederet, nō modo nō quereremur, sed hunc iudicibus editis, quas tabellas iidem esse possent, absolutum putaremus: neque nunc multo secus existimaremus? eum enim has tribus edidisti, ignotis te iudicibus vti nolle, quam notis indicauisti: fu pristi sententiam legis, aequitatem omnem reiecisti, in tenebris, qui in luce, causam versari maluisti. Velitrnia tribus ab hac corrupta. Terentinam habebat venalem, quid diceret apud Velitrnenses, aut Tribules suos iudices? imò verò tu quid diceres? quem in iudicem ex illis aut testem haberes, aut verò etiam excitares? ⁶ etenim si rem tribus

tribus ederet, Velitrniam fortasse Plancius propter vicinitatem, ac necessitudinem suam nō edidisse? & si quæ sitor edendus fuisset, quē tandē petitur, quam hunc C. Aesiū quem habet, cui retinēdus esse debet, vicinū tribulē grauissimū hominē, iustissimum, edidisse? cuius quidem aequitas & mens similis voluntatis erga Cn. Plancij salutē, qui ille sine vlla cupiditatis suspitione præstitit, facile declarat. ⁵ non fuisse fugiendum tribule huic iudicem, cui quæsitorem tribulem exspectandum fuisse videatis. Neque ego nunc consilium reprehendo tuum, ¹ quòd non eas tribus, quibus hic maximè notus erat, ederis: sed à te docto consilium non seruatum Senatus. etenim quis te tum audiret illorum? aut quid diceret ¹ sequestrēmne Tiā? num restituerent aures, nemo agnosceret, repudiaretur. an gratis sumptilis libenter audirent, nisi non timidè consisteremur, nobis enim put are Lacerensis legibus ipsis, quas Senatus de ambitu sanciri voluerit id esse actum, vt suffragia, vt obseruantia, vt gratia tolleretur. semper fuerunt boni viri, qui apud tribules suos gratiosi esse vellent. ⁶ neque verò tam durus in plebem noster ordo fuit, vt eam cibi nostra modica liberalitate voluerit: neque hæc liberis nostris interdicendum est. ne obseruent tribules suos, ne diligant, ne reuerere necessarium suis suam tribum putet. ne par ab iis munus in sua petitione respondeat. hæc enim plena sunt assiduitatis, plena obseruantiæ, plena etiam antiquitatis. ¹ Ista plena obseruantiæ, plena etiam antiquitatis. ¹ Isto in genere & fuimus ipsi, cum ambitionis nostra tempora postulabant, & clarissimos viros esse videmus, & hodie esse videmus quamplurimos gratiosos. Decuriatio tribulium, descriptio populi,

1 Argumentū est ex paribus 2 Per dissimilitudinem scripsi repetitā inculcat eandem querelā de legis sententiā neglectā deinde ex hac Lacerensis lectionis explicat & Planci causam dissimilitudine defendit.

3 Prætoris pedestris dissimilitudinis.

4 quæ etiam alicui negent & sua tribus testimonio tuam confirmat sequuntur autem ea dicitur, apud quē deponitur pecunia qua suffragia corrumpantur Asc. Com. in 2 in Ver.

5 ἀντιπαθοῦσι quæ fateatur id quidem minus non esse posse offendi ex remotione candidū efficiantium.

5 Exemplo suo & aliorum nonnullorum probat id, quod ante in

1 Remouet crimina obiecta Plancio p specie requisitionis quam à Laterense nulla proferri posse iamdiu quia lege seq̃ noluerit Arg. ex de finatis ad finem. Syll. ex 3 neget Complexio prima ex. Assumptio secunda. Propositio tertia.

2 Ex aliis de finatis aliam quidam fuꝰ Laterensi proposiꝰ fuisse significat.

3 Distinctione dissimiliū Plancij causam defendit: Protasis repugnantibus eriam augetur.

4 αὐτανάπλωσις dissimilium tuitionis per speciē similitudinis protasin repetens.

5 Præcipuus αὐτανάπλωσις hoc loco est.

suffragia largitione deuinxit, seueritatem Senatus, & bonorum omnium vim ac dolorem excitarunt.[1] hæc dico, hæc profero, hæc inuehor Laterensis, decuriasse Plancium, conscripsisse, sequestrem fuisse, pronuntiasse, dimisisse: tum mirabor te iis armis vti, quæ tibi lex dabat, noluisse. tribulibus enim iudicibus, non modo seueritatem illorum, si illa vera sunt, sed ne vultus quidem ferre possemus, hanc tu rationem cum fugeris, cumque eos iudices habere nolueris, quorum in hutus delicto cum sententia certissima, tum dolor grauissimus esse debuerit: quid apud hos dices, qui ab te tuciti requirunt, cur hoc sibi oneris imposueris, cur se potissimum delegeris, cur denique se diuinare malueris, quàm eos qui scirent, iudicare?[2] Ego Plancium Laterensis & ipsum gratiosum esse duco, & habuisse in petitione multos cupidos sui gratiosos: quos tu si sodales vocas, officiosam amicitiam nomine inquinas criminosò. sin quia gratiosi sunt, accusandos putas, noli mirari te id quod tua dignitas paſtularit, repudiandis gratiosorum amicitiis non esse assecutum. [4] Iam vt ego doceo gratiosum esse tribulibus Plancium, quod multis benigne fecerit, pro multis sponderit, in operas plurimas patris auctoritate & gratia miserit, quod denique omnibus officiis per se, per patrem, per matrem sues totam Atinatem præfuturam comprehenderit:[5] sic tu doce sequestrem fuisse, largitum esse, conscripsisse, tribules decuriauisse. quod si non potes,[6] nisi vellere ex ordine nostro liberalitatem, noli maleficium putare esse gratiam, nolis observantiam sancire pœna. Itaque instantem in hoc sodalitiorum triumuiro eximine

6 ἀνάφορά.

1 ad communem ambitus causam contulisti. in qua desinamus aliquando (si videtur) vulgari, & peruagata declamatione contendere. sic enim tecũ ago: quam tibi cõsedum est, vnam tribum deligere: doce id, quod debes, per quem sequestrem, quo die sors corrupta sit: ego, si id facere non potueris, quod, vt opinio mea fert, ne incipies quidẽ, per quem tulerit, docebo. sitne hæc vera contentio? placetne sic agi? non possum magis pudem conferre (vt aiunt) aut proprius accedere. quid taces? quid dissimulas? aut quid tergiuersaris? etiam atque etiam instes, atque vrgeo, inseiter, posco atque adeò flagito crimen quæcunque tribum, inquam delegeris, quã tulerit Plancius, tũ ostendito, si poteris, vitium:

2 ego qua ratione tulerit, docebo, nec erit hæc alia ratio Plancio, ac Laterensi. nam vt quæ tribus tu tulisti, si iam ex te requirum, possis harum studia tuleris explicare: sic ego hoc contendo, me tibi ipsi aduersario, cuiuscunq; tribus rationem poposcerit, redditurũ. [3] Sed cur ego sic agam quasi non comitiis iam superioribus sit Plancius designatus Aedilis. quæ comitia primũ habere cœpit.[4] Consul tũ omnibus in rebus summa auctoritate, tum latis ipsarũ legũ ambitus autor, deinde habere cœpit subito, præter opinionẽ omniũ: vt ne si cogitasset quidem quispiã largiri, daretur spatium cõparandi.[5] vocata tribus, latis suffragiis, descripta, longè plurimum valuit Plancius: nulla largitionis nec fuit, nec esse potuit suspicio.[6] an tandẽ vna centuria prærogatiua tantum habet auctori-

1 Laterensem obliquè notat, vt sophistã cẽ agentem, qui causæ inopia ad locos communes dilatandos orationẽ trahere nolit. Reuocat autẽ cum Cicero ad assumptionem probandam. Frustra enim locis illis vtetur orator, nisi crimibus confirmatis ait Cic. 2. de Orat.

2 Ambitus crimen difficillimis causis ratiõdisdi luit, idque gratissimũ quadam illustrat ab ipso aduersario petita.

3 Reuocatio est sui ipsius ab illa comissione cui certius etiam argumẽtum habeat. Id autẽ est à minore ad maius. Pro

tatis malorum remotione augetur.

4 Ex hoc loco patet legem Licinii dictam esse à M. Licinio Crasso qui cum Pompeio Cos. fuit anno altero quo Cicero rediit ab exilio.

5 Brevitas narrationis cum celeritate facti congruens.

6 Repetit collationis protasin & cum antapodosi connectit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tatis, vt vetuo vnquam prior eam tulerit, quin renunciatus sit: tu aut his ipsis comitiis Consularibus, aut certe in illam annii Aedilem Plancium factum mauaris, in quo non exigua pars populi, sed vniuersus populus voluntatem suam declarauerit: cum in honore non vnius tribus pars, sed omnia tota comitia fuerint? praerogatat.[2] Quo quidem tempore, si ad Laterensis facere voluissent, aut si gratiatis esse potuissent, quod multi nobiles saepe fecerunt: vt cum omnes valuissent suffragiis, quam potuissent, postea praetatis cetuitus proiterrerent se, & populo Romano facto animo, atque humili supplicarent: non dubito, quin omnis ad te commeatura se fuerit multitudo. nunquam enim nobilitas, integra praesertim, atque innocens à pop. Rom. supplex repudiata fuit.[3] sed si tibi gratitas tua, & magnitudo animi plurii fuit, & iure esse debuit, quam Aedilitas: noli, cum habeas id quod malueris, desiderare id quod minoris putaru.[4] Equidem primum vt honore dignus iiem, maximè semper laborauit: secundo vt existimarer: tertium mihi fuit illud, quod plerisq; primum est, iis se honore quo ii digni debet esse inuendus, quorum dignitatis Pop. Rom. rectissimum, non leuissimum exhibitum debet.[5] Quam etiam Laterensis quid imaginibus tuis, quid ornatissimo atque optimo viro patri tuo tandem mortuo? nulla ista meditatus, atque illud cum gemitu, ne tua illa querela, dolorq; nimius ab illis sapientissimis verè reprehenderetur: vidit enim pater tuus Appium Claudium nobilissimum hominem vius patre suo potentissimo & clarissimo viro C. Claudio Aedilem non esse factum, & eundem sine repulsa factum esse Consulem: vidit hemi nem sibi maximè coniunctum, egregium virum L. Volcatium:[6] vidit M. Tullium in illa Aedilitate offensionem accepta, summos à Pop. Rom. esse honores adeptos. Anne vero tuus & [7] P. Nasica tibi Aedilitatem praedicarit repulsam, quae cum neminem ego statuam in hac Repub. fortunem, & C. Marij, qui duabus Aedilitatis acceptis repulsis septies Consul est factus, & L. Caesaris, Cn. Octauij, M. Tullij, quos omnes scimus Aedilitate praeteritos. Consules esse factos.[8] Sed quid ego Aedilitias repulsas colligo? quae saepe eiusmodi habita sunt, vt iis qui praeteriti essent, benignè à populo factum videretur.[9] Tribunus militum L. Philippus summa nobilitate & eloquentia. Quaestor Q. Catius clarissimus ac fortissimus adolescens. Tribunus pleb. Rutilius Rufus. C. Fimbria. C. Cassius, Cn. Oreste fasti non sunt. quos tamen omnes Consules fuisse scimus esse.[10] Quae tibi vitae pater, & maiores tui non consolanda tui gratia dicerent, atque verò quae te hortarent aliqua cuius, quem in vertis, ne à te susceptа videatur: sed ut te ad cursum illum tenendum, quem à prima aetate fuscepisti, cohortentur. nihil est enim nobis credo Laterensis, de te detractum.[11] detractum dicas? mehercules vero, quid accidit, interpretari velis, est aliquid etiā de virtute significatum tua.[12] Nisi enim existimare non magnum emendam natum fuisse illum petitionis tuae, de qua ne aliquid turares, distinctè denuntiasti homo adolescens, quid de summa Reipub. sentires. fortius tu quidem, quam nonnulli defuncti honoribus, sed crebrius, quam vel

1 Metaphora ducta ex à praerogativa centuria: de qua re vide Cruciium de Comit.

2 Cur Laterensis Aedilis esse non potuerit praetoris comitia attendit necessitatem ciuilem: remouet ambitionem. Syllog. propositio praecedit.

1 Assumptio ex repugnantia cum constitutione sui exemplexio annectitur auctoritate pugnantibus

4 Sententia ad illustrii à Socrate accepta, & à Xenophonte frequenter vsurpata: Quales videri velis, tales esse studeas.

5 Prolepsis est per immutationem eorū quae à Laterense commemorata sunt, ad augendam indignitatem repulsae, quae quidem non tam ad Planciam accusandum, quam populi temeritatem reprehendendam pertinebant. Cicero autem nihil nouī accidisse Laterensi contendit inductione aliquot exemplorum, quae exponuntur obliqua prosopopoia.

1 ἀναφορά.

2 De hoc multis locis dictum est in superioribus orationibus.

3 Renouatio fui ipsius contrarias confirmata.

4 Auget indignitatem exemplorum qui in alis magistratibus repulsi Consulem sunt facti.

5 Conclusio obliquae προσωποποιίας ex dissimili fine.

6 διαβολὴ

7 Prudens clausula nihil detractum de virtute Laterense confirmauit ex contrariis: nunc alterum portio oppositionis confirmat ex causis, quae augentur collatione animorum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

1 Ex proxima sententia elicit conclusionem quãdam in rem Plancij. Arg. est ex causis efficientibus quæ differentibus augentur.

2 Redit ad causam, cuius disputatio proximaconsolatione interrupta fuit. & Lucretius obiectionẽ in Plãcium (quę do ex est ab effectis ad causã) infirmat consecutionis negatione, cum aliter fieri nõ potuerint vnã, nisi prę propę numeram tulisset. Arg. est ex dissimilibus effectis, ex quibus caussa ne cessario colligitur.

3 Altera obiectio soluitur item consecutionis negatione quæ cõfirmatur dissimilibus.

ambitionis vel ætatis tuæ ratio postulabat.[1] Quãobrem in dissentiente populo nolis putare nullos fuisse, quorum animos tuus ille fortis animus offenderet: quì te incautum fortasse nunc tuo loco dimouere potuerunt, prouidentem antè & præcauentem nunquam certè mouebant.[2] An te illa argumenta duxerunt? Dubitabitis, inquit, quin colitio facta sit, cum tribus pleraq; cũ Plotio tulerit Plãcium an vnã fieri potuerunt, si vnã tribu non tulisset?[3] at nonnullas[4] punctis penè totidẽ quippe cum iam sicti propè superioribus comitijs declarati, venissent, quanquã ne id quidem sufficiunẽ coitionis habuerit: neque enim vnquam maiores nostri sortitionem constituissent Aedilitiam, nisi viderent accidere posse, vt competitores pares suffragiis essent.[5] & ais, prioribus comitijs Antiensem à Plotio, Terentinã à Plancio tibi esse concessam: nunc ab vtroq; eas auulsas, ne in angustũ venirẽt. quã consensit, nondum cognita populi voluntate, quos iam tum coniunctos fuisse dicis, tacturam suarum tribuũ, quo vos adiuuaremini. fecisse vsq; dẽ cum iam essent experti quid valerent, retrictos & tenaces fuisse? Etenim verebantur credo auspitias, quasi res in contentionem, aut in discrimẽ aliquod posset venire. Sed tamen tu an Plotium virum ornatissimum in idem crimen vocandum iudicas, an dicis eum te arripuisse, à quo non sis vocatus? Nam quid quæritis, plures testes habere de Valetinia, quàm quot in ea tribu puncta tulerit,[6] indicat aut eu testes te adducere, qui quia numes acceperint, te præterierint: aut te ne gratuis

4 Suffragia per metonymiam significat Cic. hoc vocabulo.

5 Ius vetus.

6 Dilemma est, quo quartam obiectionem refellit.

ita quę

ta quidem eorum suffragia tuliste.[1] illud verò criminen de numis, quem in circo Flaminio deprehensos esse dixisti, caluit re recenti, nunc in causa refrixit. neque enim qui illi numi fuerint, nec quæ tribus, nec qui diuisor, offenderit. Atq; is quidẽ addubitus ad Consulem, qui tum in crimen vocabatur, se postquã à tuis factum grauiter querebatur. qui si erat diuisor, præsertim eius, quem tu habebas reum, cur abs te reus non est factus? cur non eius damnatione aliquid ad hoc iudicium præiudicij comparatur? Sed neque tu habes hæc, neque eis confidis: alia te ratio, alia cogitatio ad spem huius spei primũdi excitauit: magna sunt in te opes, latè patet gratia: multi amici, multi cupidi tui, multi suorum laudis tuæ: multi huic inesident, multis etiã pater optimus vir nimium retinens Equestris turis, & libertatis videtur: multi etiam communes inimici eorum omnium, qui ita semper testimoniam de ambitu dicunt, quasi aut moueant animos suis testimonijs, aut gratum Populo Romano sit, aut ab eo facilius ob eam causam dignitatem quã volunt consequatur. quibuscum me Iudex pugnantem meo more priuatim non videbitis: non quid sis quicquam efficere, quod salus Plancij postulet.[2] sed quia neque necesse est, me id persequi voce, quod vos mente videatis, & quidita de me meriti sunt illi ipsi, quos ego testes video paratos, vt eorum reprehensionẽ vos vestra prudentia assumere mea modestia remittere debeatis.[3] Illud vnũ vos magnopere oro atque obsecro Iudices cùm huius quẽ defendo, tum communis periculi causa, ne fictis auditionibus, ne disseminatis dispersq; sermonibus tantarum innocentium subiiciendas putetis. multi amici accusatoris, non nulli etiam nostri iniqui, multi cõmunes obtrectatores, atq; omnium inuidi multa

1 Quinta obiectio ex dissimilibus soluitur & remouetur admissorum: deinde ex remotione delictorum, si quis subiectare moueat. Syll. propositio sequitur cõplexionem, propositionem assumptio dissimilibus facultatibus illustrata atque aucta repugnantibus.

2 Ex repugnanti constitutione huius propositi remouet destinata in repugnãtibus causis, quę augentur dissimilitudine.

3 Deprecatio, quæ ingreditur in communẽ locum aduersus testes falsoque rumores.

sinxerunt. nihil est autē tam volucre, quā maledi-
ctum: nihil facilius emittitur, nihil citius excipitur,
nihil latius dispatur.[1] *Nec, ego si fortem mal-*
dixi reprehendi, ut negligatis, aut dissimulatis, un-
quam pestilabefecit si quid sine capite manavit,
aut si quid erit ensmodi, vt non exiet auctor, qui
audierit: aut ita negligens vobis esse videbitur, vt
vnde audierit, obliuisci possit: ita leuē habebit auc-
torem, vt memoria dignū non putarit: huius ille vox
vulgaris auditus, ne quid reo innocenti nocent, era-
mus.[2] *Sed veniam ad L. Cassium familiarem*
meum, cuius ex oratione ne illū quem Iuuentius
secū expostulauit, quem ille omni & virtute, & hu-
manitate ornatus adolescens primū de plebe Ae-
dilē curulē fuisse dixit. In quo Cassi si ita tibi
respondeam, nescisse te Pop. Rom. meq; fuisse qui ad
nobis narraret, præsertim mortuo Longino, ven. vt
opinor, admirare, cum ego ipse non obliuiscens à
studio antiquitatis, me hic in ea te primū audisse
confitear.[3] *Et quoniā tua sunt perelegans ac per-*
subtilis oratio, digna Equitis Rom. vel studio, vel
pudore, quoniamq; sic ab his es auditus, vt magnus
honor, & humanitati tua tribueretur: respondeba
ad ea quæ dixisti, quæ vereq; deipso[4] *finxerunt:*
in quibus ipse acutus, si quis haberis in me repre-
hendendo, tamen mihi non ingrati acciderunt.
Quæsisti, vtrum mihi putarem Equitis Rom.
filio faciliorem fuisse ad adipiscendos honores viā,

1 Dissimilitudine hæc diū in omnibus fabulis depręcationis suæ illustrat.

2 Transit ad ea quæ à subscriptore Lucceii L. Cassio obiecta erant refellendaria quibus primū loculariter eludit quoddam illius dictum ex historia petitum. Argumenta sumit ex actionis & repugnantibus.

3 Reddit rationem ex subiectis cur L. Cassio subtilis oratio, respondeat. Subiicit autem illa partim effectis partim etiam declarans.

4 *Latinius (de ipso filio meo) legendum putat.*

4 Primum refutationis huius caput ad contemptionem dignitatis pertinet. Arg. adscribit dictum ex collatione nominum facultatem eam maioribus quam quæ hæc collatio ad eam parationem vicerit. Cicero autem comparationis illius μόχθον, neque eminio erat neque plane admittit.

an fuis

an futuram esse filio meo, qui esset familia Consu-
lari? Ego vero, quamquam illi omnia mala, quam
mihi, tamen illis honorū aditus nunquā facilliores
optaui, quām mihi fuerunt: quin etiam, ne fortē ille
suo me patrono peperisse iam honores, quam ister
demonstrasse adipiscendorū patet, hæc illi soleo
præcipere (quanquam ad præcepta atas non est
gnati) quæ ille à tanc ætatis suæ præcepit filiis. Vi-
gilandum est[1] *semper multæ insidiæ sunt bonis:*
noctu cætera, quæ nunc id, quod multi videant,
quæ scripsit grauis ille & ingeniosus poeta: scri-
psit, non vt illos regios pueros, qui iam nusquam
erant, sed vt nos & nostros liberos ad laborem, &
laudem excitaret.[2] *Quæris quid potuerit amplius*
assequi Plancius si Cn. Scipionis fuisset filius? ma-
gis Aedilis fieri non potuisset:[3] *sed hoc præstare,*
quòd ea minus inuideretur, etenim honorum gra-
dus summis hominibus & infimis sunt pares, gloria
disparet. Quis nostrum se dicit M. Curio, quis C.
Fabritio, quis P. Decio toparemque Attilio Ca-
latino? quis Cn. & P. Scipionibus? quis Africano,
Marcello, Maximo? eosdem summos honorū gra-
dus, quos illi, assecuti. est enim in virtute multis
ascensus, vt in gloria maxime excellat, qui virtu-
te plurimū præstet. honorum populi finis est Con-
sulatus: quem magistratum tam ualangenti stre
consecuti sunt. horū, si diligenter quæras, vix dec
mam partem reperias gloria dignam, sed nemo un
quam sic egit, vt tu cur iste sit Consul? quid po-
tuit amplius, si L. Brutus esset, qui ciuitatem do-
minatu regio liberauit honore nihil amplius, lau-
de multū.[4] *Sic igitur Plancius nihil vouit Quæ-*
stor ex sullæ, & Tribuniciæ, Aedilis, quā si esset
summus ipse natus: sed hac pari loco orti sunt inno
merabiles alij consecuti.[5] *præsens triumphus Tib.*

Gracchi.

1 Scnarius illius ex Eurip. tragœdia vt nonnulli putant.

2 Secunda obiectio L. Cassi ducta est ex effectis ad causas, quæ cum dicant, alias esse necesse fit. Cicero autem grauiquæstioni directo non respondet, sed eam dissimilibus effectis eludit.

3 *Ad hanc obiectionem dissimilitudinis ex probatur inductione alio quot exemplorum.*

4 Accommodat inductionem ad confessum Planci.

5 Tertia obiectio dissimilibus exemplis eluditur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gracchi, & C. Marij, & quaris quid simile in Plancio, quasi verò illi, quos commemoras, propter ea magis laude fuerint digni, quòd triumpharũt, & non, quia commissi sunt in magistratu, in quo hæc recte gesta triumpharent. [1] *Regas quæ castra viderit, qui & mules in Creta Metello hoc imperante, & Tribunus in Macedonia militũ fuerit, & Quæstor tantum ex re militari detraxerit temporis, quantum in me exaggerandum transferre malueris. Quæris nũ disertus?* [2] *imò, id quod secundum est, ne sibi quidem videtur. num iurisconsultus, quasi quisquam sit, qui sibi hunc falsum de iure respondisse dicat.* [3] *omnes enim illius modi artes in iis reprehenduntur, qui eum professi fuerunt. satisfacere non possunt: non in his, qui absunt: se ab his iudiis confitentur. virtus, probitas, integritas in candidato, non lingua volubilitas, non ars, non scientia requiri solet. Vt nos in municipiis parãdis quamvis frugi hominem si pro fabro, aut pro textore emimus, ferre molestè solemus, si eas artes, quas in emendo secuti sumus forte nescierit. sinautem eximus, quem villicum imponeremus, quẽ pecori præficeremus, nihil in eo nisi frugalitatem, laborem, vigilantiam, esse curamus: sic Pop. Rom. delegit magistratus, quasi Reip. villicos: in quibus si qua præterea est ars, facilè patitur: sin minus, virtute eorum, & innocentia contentus est. Quatus enim quisque disertus? quotus quisque iuris peritus est, vt eos numeres, qui velunt esse?* [4] *quòd si præterea honore dignus nemo, quidnam tot optimis, & ornatissimis ciuibus est futurum? Iubet Plancium de vitijs Laterensis dicere. nihil potes. nisi eum nimis in seria cunctum putabis fuisse. Idem effers Laterensem laudibus: facilè patior id te agere multis verbis, quod ad iudicium non pertineat:*

1 Quarta obiectio contradictione soluitur, quæ singulas partes probatur.

2 Quinta & sexta obiectio elevatur posteriore etiã ioculari ironia eluditur. ea autem cõfirmatur ex subiecti. Syllog. est sine ãplexione. Assumptio præcedit.

3 Propositio illustratur similibus.

4 Complexio nũ quædam sententia generatim expressa cum id dicere speciatim debuerit, Plancium nõ ideireo vituperandũ, quia disertus aut iurisperitus non sit.

& id te accusantem tandiu ducere, quod ego defensor sine periculo possim confiteri. Atqui non modo confiteor summa in Laterensi ornamenta esse, sed te etiam reprehendo, quòd ea non enumeres: alia quædam inania, & lenia conquiras. [1] *Præneste fecisse ludos quidlaiy Quæstores nonne fecerunt? Cyrenis liberalem in publicanos, iniquum in socios fuisse, quis negat? sed ita multa Romæ geruntur, vt vix ea quæ fiunt in prouincijs audiantur. Non vereor, ne mihi aliquid iudices videar arrogasse, si de* [2] *Quæstura mea dixero, quamuis enim illa fluxerit, tamen eum me posteà fuisse in maximis rebus arbitror. vt non ita mihi multum sit ex Quæstura laude repetendum, sic tamen nõ vereor, ne quis audeat dicere, vllius in Sicilia Quæsturam aut grauiorem, aut clariorem fuisse. verè mehercules hoc dicam: sic tum existimabam, nihil homines vnquam aliud Romæ, nisi de Quæstura mea, loqui.* [3] *frumenti in summa varietate maximũ numerum miserunt negotiatoribus comis, mercatoribus iustis, municipibus liberalis, socijs abstinens, omnibus eram visus in omni officio diligentissimus. excogitati quidam erant à Siculis honores inauditi. Iam hæc spe discedebam. vt mihi Pe. Ro. vltrò omnia delaturum putarem.* [4] *At ego, cùm casu diebus vi itineris faciendi causã decederem è prouincia, Puteolos fortè venissem: cum plurimi & hautissimi salent esse in locis, concidi pene Iudices, cùm ex mequidam quæsisset, quo die Romæ exissem, & nunquid in ea esset nouitatis cum respondissem, me è prouincia decedere: etiam mehercules, inquit, vt opinor, ex Africa: huic ego iam Spomachanæ fallidiũ, imò ex Sicilia, inquam.* [5] *tum quidam, quasi qui omnia sciret, quidã tu nescis inquit, hunc* [6] *Syracusis Quæstorem fuisse? quid multa*

1 Leuiusculæ quædam obiectiones sequũtur, quæ magis eludentur quàm refellãtur, & ad rem nihil facere demonstrant.

2 Festiua quædam narratio est, qua id probat exemplo suo, qđ in genere proxima dixit.

3 De his reb. à Cic. in Quæstura gestis vide Plutarch. in Cic. vita.

4 Per dissimulationem rũ suarũ quæ sperauerat, vtẽu dic quantum sua ipse fallus fuerit.

5 ironia est in quidã, qui se aliis plus scire videri vellet.

6 Libybei Quæstor fuit. Cicero.

Universidad de Deusto
Biblioteca

1 Puteolis fuit aquarum abundantia.
2 Argumentū est à minore ad maius.

multa dedecori stomachari, & me vnum ex iis fieri, qui ad[1] aquas venissent. Sed ea res Iudices haud scio an plus mihi profuerit, quam si mihi tum essent omnes congratulati, nam nihil æquam sensi Po. R. aures habuisse, oculos acres atque acutos habere: desiit, quid de me audituri essent homines, cogitare: sic vt postea quotidie me præsentem viderent: habitum in oculis: presti fiebat neminem à congressu meo, neque tantum mœrus, neque somnus abstinuit. Ecquid ego dicã de occupatis meis tribus, cui fuerit ne vtrum quidem vnquam etiam cum nauarum, quas tu cõmentus Cæsi legere te[2] solere orationes, cum otiosus sis, has ego scripsi ludus & feriis, ne enim no vnquam essem otiosus. Etenim M. Catonis illud, quod in principio scripsit Originum suarum, semper magnificum & præclarum putaui, Claroru virorum atque magnorum non minus esse, quam negotij rationem extare oportere.[3] Ita si quam habet laudem, mea quanta sit ne sciam, parta R. rem est, quæsita in foro meaque priuata consilia publici quoque casus comprobauerunt, vt etiam summa Respub. mihi domi fuerit gerenda, & vrbs in vrbe seruanda. Eadem igitur Cæsi via munita Laterensi est, idem virtutis cursus ad gloriam. huc se illum fortasse, quod ego hunc à me vrsi, & per me nixus ascendi, illius egregia virtus adiuuabitur commendatione maiorum.[4] Sed vt redeam ad Plancium, nunquam ex vrbe abfuit, nisi forte lege, necessitate: non valuit rebus istis idem, quibus fortasse nonnulli valuit absentare, at valuit conseruandis amicis, valuit liberalitate: fuit in oculis: petijit. ast vsus ratione, quæ minima imodica nouis hominibus plurimis eisdem honores consecuti sunt.[5] Nam quod ais Cæsi, nihil plus me Plancio debere, quam bonis omnibus, quod

1 Concessio est, qua confessionem argumenti obiecti negat.
2 ἀπὸ προσώπων à debitoribus qui conturbare dicuntur, cum decoquere creditoribus.
3 Metonymia modi pro re.
4 Dissimilitudo aris alienis, de qua vide orat. pro Quirit. ad Quirites.
5 Alia obiectio, qua dissoluit ex effectis ad causas. q.d. Si mea ac meorum liberorum mihi chara est salus, & is quoque qui mea salutis adiutor fuit, mihi charus esse debet.
6 Alia quædã aduersarij argumenta, vnã ex meroribus, alterã ex partibus ad imminuendam

quòd iis æquè mea salus chara fuerit: ego me debere bonis omnibus fateor: sed eorum in quibus ego debeo, boni viri & ciues, Aedilitas comitia aliquid se mea nomine debere Plancio dicebant.[1] Verum fac me multis debere, & in iis Plancium: vtrum igitur me[2] conturbare oportet an cæteros, cum cuiusque dies venerit. hoc[3] nomen, quod vrget, nunc cum petitur, dissolueret[4] quamquam dissimilis est pecunia debita, & gratia. nam qui pecuniam dissoluit, statim non habet id quod reddidit: qui autem debet, is retinet alienum: gratum autem & qui refert habet: & qui habet, in eo ipso quod habet, refert. neque ego nunc Plancio dissimam debere, si hoc soluere: nec minus ei vellerem voluntate ipsa, si hoc molestiæ nõ accidisset.[5] Quæris à me Cæsi, quid pro fratre meo, qui mihi est charissimus, quid pro meis liberis, quibus nihil potest mihi esse iucundius, amplius, quam pro Plancio fecerim, facere possim: nec vides istorum ipsorum charitate ad inuitas salutem defendendam maximè stimulari me atq; excitare. Nam neq; illis huius salute à quo meã sciunt esse diffusam, quicquã est optatius: & ego ipse nunquam illos aspexi, quin per hunc me his conseruatum esse meminerim, huiusq; meriti in me recorder.[6] Optimum duxi ciuã esse commemorare seruatorē ipsum Reip. Calidium adiungi, cuius lege Q. Metellus in ciuitatẽ sit restitutus: reprehendis me pro Plancio precei, quòd nec Optimus suo nomine liberatus sit nec Q. Metelli Calidius. De Calidio tibi tantum respondeo, quod ipse vidi: Q. Metellum Pium

gratiam Cic. pro Plancio suppliciũ refellit Cic. dissimilitudine quæ tãti qualitatem spectando eam esse non factum ipsum ostendit. Sed de priore posterius agit, prius de posteriore, ex quo ducit argumẽtum partium ad illius sui diminutionem.

Consu

1 Aberat enim tunc bellum gereris in Hispania cũ Sertorio.

2 Opimi[us] pretor belli Italici partem cõfecit cum Fregellanos domuit. Centul. vero C. Graccho interfecto Resp. sedit ione liberauit.

3 Alia obiectio ex beneficij materia ducta refellitur dissimili materia multoque maiore, tum aliud argumẽtũ ex subiectis liberalitatis etiã refellit cauſſas illorũ per communicationem cõmunem, eſſeque augens duplici minorum collatione.

4 Addit aliud argumentum ex fine infidiarum. Syllog. eſt integer. Partes legitimo ordine collocatæ.

Conſulem prætoris comitijs petente Q. Calidio populo Romo ſupplicaſſe, cum quidem non dubitaret & conſul, & homo nobiliſſimus patronum illum eſſe ſuum, & familia ſua nobiliſſime dicere. Quo loco quæro ex te, num id in iudicio Calidij putes, quod ego in Plancy facio, aut Metellũ Pium,[1] ſi Romæ eſſe potuiſſet, aut patrem eius ſi viviſſet, non fuiſſe facturum?[2] Nam Opimij quidem calamitas vtinam ex hominum memoria poſſet euelli, vulnus illud Reipublicæ, dedecus huius imperij, turpitudo populi Romani, non iudicium putandũ eſt. Quam enim illi iudices? ſi iudices, & non parricida patria nominandi ſunt, grauiorem pœnã tulerunt Reſpublica infligere ſecurim, quàm cum illũ è ciuitate eiecerunt, qui Tratzer ſinitimo, Conſul domeſtico bello Reſpublicam liberarat? At enim nimis ego magnum beneficium Plancio, & vt ait, id verbis exaggero quaſi verò me tuo arbitratu, & non meo gratum eſſe oporteat.[3] Quod iſtius tantũ meritum, inquit? an quia te non ingratiſſimũ, verè, quia ingulari poſſet non eſt. Quo quidem in loco Caſſi etiam purgaſti inimicos meos, meam vitam nullas ab illis inſidias fuiſſe dixiſti, poſſum hoc idem Laterenſi.[4] quam ob rem de iſto paulo poſt plura dicam, de te tantum requiro, vtrum putes odiũ in me mediocre inimicorum fuiſſe quod ſuis viribus tantum requiro, vtrum putes ædium vnquam barbarorum tam immane ac tam crudele in hoſtem? an fuiſſe in iis aliquem aut famæ metum, aut pœnæ, quorum vidiſti toto illo anno ferram in foro, flammã in delubris, vim in tota vrbe verſari? niſi

Propoſitio ἀμυτικὴ exprimitur. Aſſumptio communi ratione habet. Complexio diſſimilibus cauſis vel etiam repugnantibus augetur.

exiſtimas

exiſtimas, eo id circo vitæ meæ peperciſſe, quòd de reditu meo non timerent, eumque putas fuiſſe non execrandum, qui viuis hoc ſtante vrbe & curia, rediturum me, ſi vincerem, non putaret? Quam ob rem non debes is homo, & in cuius prædicare vitã meam quæ fidelitate amicorũ conſeruata ſit, inimicorũ moleſtia non eſſe appetitã.[1] Reſpondebo tibi nunc Laterenſis minus fortaſſe velementer, quàm abs te ſum prouocatus: ſed profectò nec conſiderate nimis nec nimis amice. nam primum illud fuit aſperum, me quæ de Plancio dicerẽ, mentiri & tẽperi cauſa fingere ſolitum, homo ſæuis excogitati, quam ob rẽ videretur maximis beneficij vinculis obſtrictus, cũ liber eſſem, & ſolutus. quid enim? mihi ad defendendum Plancium parum multa, parum iuſta ne eſſe videbantur? familiaritatis, vicinitatis, patris amicitiæ? quæ ſi non eſſent, verear credo, ne turpiter facerem, ſi hoc ſplendore, & hac dignitate hominẽ defenderem. fingenda fuit mihi Iudices, cauſa pera cuta, vt, ei, quem mihi debere oporteret, ego ne omnia debere dicerem.[2] At id etiam gregarij milites faciunt inuiti, vt coronam dent ciuicam, & ſe ab aliquo ſeruatos eſſe fateantur: non quæ turpe ſit protectum in acie hoſtium manibus eripi (nam id accidere, niſi forti viro, & pugnanti cõminus, non poteſt) ſed omni beneficij reformidant, quòd permagnum eſt alienũ debere idem, quod parenti.[3] Ego, cum cæteri vera beneficia etiam minora diſſimulent, ne obligati eſſe videantur: ea nec beneficia obſtrictum eſſe mentiar, cui ne referri quidem gratia poſſe videatur?[4] An hoc in Laterenſis ignoras? qui, cum mihi eſſes amiciſſimus, cum vel periculum vita tua mecum ſociare voluiſſes: cum me in illo triſti, & acerbo luctu, atque diſceſſu, non lacrymis ſolum tuis,

1 Redit ad Laterenſem in quo refutãdo iuam moderationem commendat. Arg. eſt ex repugnãtibus, quæ exornantur ironi a ſepius multiplicata.

2 Addit aliud arg à maiore ad minus.

3 Ex ſubiectis adiuncta laudantur.

4 Redditlo malorum auctu diſſimilibus

5 Laterenſis ipſius iudicio ac teſtimonio beneficij Plãcij in ſe magnum confirmat. Ineſt autem ſactatio minorum.

sed animo, corpore, copijs presentus offerrem meis liberis, & uxorem me absente tuis opibus auxiliq; que defendisses. sic mecum semper existi, te mihi res mittere, atque concedere, ut omne studium meum in Cn. Plancij honorem consumerem. quod cum in me meritum tibi etiam gratum esse dicebas, [1] nihil autem me nosti nihil temperit causa dicere, nonne etiam illa testis est oratio, qua est à me prima [a] habita in Senatu? cum quam perpaucis nominatim egissem gratias, quòd omnes enumerari nullo modo possent, sceleri autem esset quenquam preterire: statuissemque eos solum nominare, qui causa nostra ducas, & quasi significari fuissent, in his Plancio gratias egi. [2] Recitetur oratio, qua propter eius magnitudinem dicta de [3] scripta est, in qua ego homo allutus ei me dedam, cui nihil magnopere debeam, & tutus tanti officij seruitutem affringam testimonio sempiterno. Nolo cetera, quæ à me mandata sunt literis, recitare: prætermitto illa, ne aut proferre videar ad tempus, aut eo genere uti literarum, quod meis studijs aptum, quàm consuetudini iudiciorum esse videatur. Atque etiam clamitas Laterensis. Quemquo ista dicis? nihil in [4] Crispo profecisti. [5] ab solata iam sunt preces tua. De Crispo [a] mihi videlicet obijcies, quem ego de me bene meritum quia te tecte cognoueram, te eodem autore defendi? & si dices, quemquem quem negas, quod pro Crispo contenderit, impetrare potuisse? Maiestas uerbi, quemquam, hanc poterat esse inuidia. datus est tibi ille, condonatus ille: non facis finem: ferre

1 Confirmat alio quodam testimonio

Imo, vbi etiã est arg. ex materiatis ad materiam. Nam si nullũ fuit beneficiũ, nihil fuit vnde gratiæ agerentur.

2 Vide oratorem in Senat.

3 Addit aliud argum. ex paribus.

4 Hæc oratione multis hominum millibus nominatim egit gratias. Vide Plutarc.

5 Legendũ Crispe. Fuit autem M. Crispus vnus ex octo Trib. plebi. q. Pisone & Gabinio Cõs. rogationem tulit de Ciceronis reditu, vi de orat. pro domo.

6 Aliqua obiectio ex remotione suis, quæ specialis exemplo illa Brutus Cic. arcem ex cauſis defendit ſuum: deinde etiam Laterensem repugnanti verbo vsum fuisse ostendit, idque per dissimilitudinem amplificat.

a mihine tu obijc.

nam possumus ei quidem qui pro uno laborarit, & ipsum id non obtinuerit dici quæque irridentis magis est, quàm reprehendentis, nisi forte ego unus ita me gessi in iudicijs, ita cum his, & inter hos vixi, ita in causis patronus, ita in Republica ciuis & sum, & semper fui, solus ut à te conſiſtimer, qui nihil à iudicibus debeam vnquam impetrare. & mihi lacrymulam [a] Crispini iudicij obtellas. sic enim dixisti: Vidi ego tuã lacrymulam. Vide, quàm me uerbi tui paniteat. non modò [1] lacrymulam, sed multas lacrymas & fletum cum singultu videre potuisti. an ego, qui meorum lacrymis me absente commotus, simultates, quas mecum habebat, deposuisset, neque salutis non modò non oppugnator (ut inimici mei putarant) sed etiam defensor fuissit, huius in periculo non dolorem meum significarem? [2] Tu autem Laterensis, qui tum lacrymas meas gratas esse dicebas, nunc easdem uis inuidiosas uidere. [3] Negas Tribunatum Plancij quicquam ad tuliſſe adiumenti dignitatis meæ. dicam hoc loco (quod uerissimè facere potes) I. Racili grauissime & constantissime uir diuina in me merita commemorauisti quidem ego, sicut Plancio, nunquã dissimulauit me plurimũ debere, semperque pro me strenuam. nullas enim sibi illæ nõ contendentes, nec inimicitias, neque uitæ periculationes, nec pro Rege nec pro me defugiendas putauit. atq; vtinã quam ego sum in illum gratus, tam beneficus per hominum uitã, [4] immortalem populi Rom. ei gratiam referri. [5] Sed si non eadem contendit in Tribunatu

a Crispiani legendũ est. vt paulo infrà

1 Collatione malorum repetendo diminutiũ verbum, quo Laterensis vsus fuerat, & eorum rationẽ reddit ex cauſis & publicis.

2 Addit aliud argum. ex repugnantibus.

3 Hæc remotionem materiæ ex parte aliquã remouebat Laterensis beneficium Plancij in Ciceronem.

4 Ex repugnantibus cauſis exponit cur Racilium non defenderit.

5 Dilemmatibus cauſis excusat Plancij tribunatum. Hinc colligere poſſumus Plancium & Racilium collegas in tribunatu fuisse. Racilius autem Trib. plebis fuit, Lentulo Marcellino, & Philippo Cos. Vide lib. 1. & 2. de diuin.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Plancius, existimare debet, non huic voluntatem defuisse. sed me, cum tam Plancio deberem. Recisij beneficijs fuisse contentum.[2] An verò putat iudices idcirco minas mea causa facturos, quòd me esse gratum crimineris? an, cum populus Romanus illo Senatusconsulto, quod in monumento [1] Marij fixum est, quo mea salus omnibus est gentibus commendata, vni Cn. Plancio gratias egerit (unus enim fuit de magistratibus defensor salutis meæ: cui Senatus pro me gratias agendas putauit) ei ego à me referendam gratiam non putē? Atqui, cum eum video, quo me tandem animo in te putat esse Laterensis? nullam esse tantū periculum, tantum laborē, tantā contentionem, quam ego non modo pro salute tua, sed etiam pro dignitate defugerem? Qua quidem etiam magis sum, non dicam miser (natura quidem abhorret à virtute verbi) sed certè exercitus: non quia multis debeo (esse enim omnis beneficij gratia) sed quia fæpe concurrit propter aliquorum de me meritorum inter ipsos contentiones, vt eadem tempore in omnes vereor ne vix possim gratus videri. Sed ego hoc meis [3] ponderibus examinabo, non solum quid cuique debeam, sed etiā quid cuiusq; interfit, & quid à me cuiusq; tempus poscat. [4] Agitur studium tuū, vel etiam, si vis existimatio, tua, Aedilitas tua: Cn. Plancij salus, patria fortuna. Saluum te me esse cupis: hic fecit etiam vt esse possem, distinxit tamē, & diuelitur dolore, & in causa dispari offendi te à me, deleo: sed medius fidius multo citius meam salutem pro te obiecero, quā Cn. Plancij salutem tradidere contentiani tuæ. [5] Etenim Iudices cum omnibus virtutibus me affectū esse cupiam, tamen nihil est quod malim, quàm me & gratum esse, & videri. hæc est enim vna virtus non solum maxime, sed etiam

1 Arg. ex repugnantibus adhibque erit arg. ex pari.
2 De Marij monimento Cic. lib 1. & 2. de diuin.

3 Metaphora à libra.

4 Ex maioribus capitibus Ciceronis Plancio in capitis iudicio periclitanti adesse debere

5 Reddit rationem fidei facta sua quæ laudat collatione minuta

etiam mater virtutum omnium reliquarū. [1] Quid est pietas, nisi voluntas grata in parentes? qui sunt boni ciues? qui belli, qui domi de patria bene merentes, nisi qui patriæ beneficia meminerūt? qui sancti, qui religionū cultores, nisi qui meritā diis immortalibus gratiā iustis honoribus, & memoramento persoluūt? [2] quæ potest esse incunditas vitæ, sublatis amicitijs? quæ porrò amicitia potest esse inter ingratos? Quis est nostrum liberaliter educatus, cui non educatores, cui non magistri sui, atque doctores, cui non locus ille mutus, vbi ipse alius aut docuus est, cum grata recordatione in mente versetur? cuius opes tantæ esse possunt, aut unquam fuerunt, [3] quæ sine multorum amicorum officijs stare possint? quæ certè, sublata memoria, & gratia, nulla extare possunt. Equidem nil tam proprium hominis existimo, quàm non modo beneficio, sed etiam benemerentiæ significatione alligari: nihil verò tam inhumanum, tam immane, tam ferum, quàm committere, vt beneficio non dicam indigneꝰ, sed vltus esse videare. [4] Qua cum ita sint, ita succumbam Laterensi? ipsi tua oratioui: in eo ipso in quo nihil potest esse nimium, quoniam ita tu vis nimium me gratum esse concedam: peramoque à vobis Iudices, vt eum beneficio complectamini, quem qui reprehenderit, in eo reprehendit, quod gratum prater modum dicat esse. Neque enim ad negligendam meam gratiam debet valere, quod dixit idem, [5] vos nec nocentes, nec litigiosos esse, quò minus me apud vos valere oporteat. quasi verò in amicitia mea non hæc præsidia (si qua forte sunt in me) parata semper amicis esse maluerim, quam necessaria. Etenim egò de me tantum audio dicere, amicitiam meam voluptati pluribus, quàm præsidio fuisse: ego verò vehementer

1 Inductio est virtutum quæ probat gratiam memoriam matrem esse cæterarū virtutum.
2 Quarta pars inductionis, quæ confirmatur ex contrarijs.

3 Ex effectis vim amicitiæ commendat atque inde eiā gratitudinis laudē amplificat. Inductionis conclusio antithesis comparationē contrariorum.
4 Concludit hanc vocē differentiæ de nimia amplitudine exclusæ bene. ficij accepti per concessionem.
5 Ipse Ino verbo
5 Ex remotione subiectorum dubitationem obiectionem illis minuendi quæ postea tractantur.

1 Addit etiam vitæ meæ paniteret, si in meâ familiaritate locus esset nemini, nisi litigiosi. aut nocenti. 2 Sed hoc nescio quomodo frequenter in me consuesti, saneq; in eo creber fuisti, te idcirco in locos causam conjicere voluisse, ne ego meo consuetudine aliquid detensi misericordiæ causa dicerem, quod in aliis Ædilibus antè feceram. 3 Non nihil egisti hoc loco, nam mihi eripuisti ornamentum orationis meæ. deridebor si mentionem tensarum fecero, eum tu id prædixeris, sine tensis autem quid potero dicere? hic etiam addidisti, me idcirco meâ lege * ex illo ambitu traxisse, ut miserabiliores epilogos possem * dicere. nō vobis videor curis aliquo declamatore, non causa laboris, & fori disputare? Rhodi enim inquis, nō sic mea vultus fuisse, sed sic, inquis (putabam in 4 Nicæa disturam fore in Bithynia, si locum habet reprehensionis ansam aliquam, nescio cur structuram Niceam putes, quàm Rhodiam: si spectanda causa est, et tu in Bithynia summa cum dignitate fuisti, & ego 7 Rhodi non 6 minore. 7 Nam quòd in eo me reprehendisti, quòd nimium multos defenderim. 8 vtinam & tu qui potes. & cæteri, defuissent, vellent me labore hoc levare: sed sit vestra diligentia, qui in causis ponderandis omnes fere repudiatis, vt ad nos pleraque confluant. qui miseris, & laboribus nihil negare possumus. Admonuisti etiam, quòd in Creta fuissem, dictum * aliquid in peritione tua dicipotuisse. me id peridisse. 9 Vter igitur nostrum est cupidior dicti? ego ne qui quod dici potuit. non dixerim? an tu, qui etiam ipse in te dixeris te audebas de tuis rebus

1 Addit etiam ex contradictionis loco alterum argumentum.
2 Aliam quidem levē objectionem eludendo dilauit.
3 ἀποστασία.
* Locus est corruptus (nisi fallor) quid enim sua lege ex illo ambitu traxerit non facilè intelligi potest.
* elicere
4 Locus quidem est occultior, qui etiam à paucis fortasse intelligeretur.
5 Vide Plutarchum.
6 Collatione parium adiicitur. mentur laudem subiectorum.
7 Aliam obiectionē dilauit ex causisque conferuntur in Laterense & eius similes.
8 Optatio.
* Legendum aliquod, deinde etiam putarem facilè legendum esse in peritionem suam.
9 Collatione morum se minus cupidum laudandi significat, quam ipsum Laterensem.

gessit

gessit nullas literas misisse, quòd mihi meæ, quas ad aliquem misissem, obfuissent, quas ego mihi obfuisse non intelligo. Rempublicam videor prodesse potuisse? Sed sunt hæc leviora, illa vero gravia, atq; magna, quòd meum discessum, quem sæpe deflerat, nunc quasi reprehendere, & subaccusare voluisti. dixisti enim non 1 auxilium mihi, sed me auxilio defuisse. Ego verò fatear mehercule, quòd viderim mihi auxilium non deesse. Idcirco 2 me illi auxilio peperisse. quis enim statuat, quod discrimen, qua fuerit in Rep. tempestate, illa quis nescit? Tribunitius me terror, an Consularis furor mouit? decertare mihi ferro magnum fuit cum reliquis eorum, quos ego florentes, atque integros sine ferro viceram? 4 Consules post hominum memoriam terribiles, atq; turpissimi, sicut & illa principia, & hi recentes rerum exitus declararunt: quorum 5 alter exercitum perdidit, alter vendidit, emptis provinciis, à Senatu, à Repub. à bonis omnibus defecerant, qui exercitibus, qui armis, qui opibus plurimum poterant, cum quid sentirent, nescirentur, furialis illa 6 vox nefariis stupris, religiosis altaribus effœminata, secum & illo, & Consules facere acerbissimè personabat. egentes in locupletes, perditi in bonos, servi in dominos armabantur. 7 Aderat mecum Senatus, & quidem veste mutata, quod pro me uno post hominum memoriam publico consilio susceptum est. Sed recordare, qui tum fuerint Consulum nomine leviter, qui soli in hac urbe Senatum Senatui parere non fuerint, editoq; sua non lictum Patribus conscriptis, sed lictus indicia ademerint. Aderat mecum cunctus Equester ordo: quem quidem in concionibus 8 saltator ille Catilinæ Consul, proscriptionis denuntiatione terrebat, ac tota Italia conuenerat: cui quidem belli

1 Propius accedit ad causſem, & Laterēſem ex repugnantibus reprehendit.
2 ἀποδοσις.
3 Tacitum sufficitur ex causis efficientibus ex quibus alias remouet per dissimilitudinem.
4 Pisonem & Gabinium ex effectis vituperat.
5 Vide erat in Pisonem.
6 Cladium intelligit.
7 Vide ocat in nem post red in Sen.
8 Gabinium. intelligit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

intellexi, & vostratis metus inferebatur. Hisce ego auxiliis studentibus, atq; incitatis vti me Laterensis potuisse confiteor, sed erat non iure, non legibus, non disceptando decertandum? nam præsidio, præsertim tam bona in causa, nunquam, quæ cæteri abundarunt, id mihi ipsi auxilium meum defuisset? armis fuit, armis, inquam, fuit dimicandum: quibus à seruis, atq; à seruorum ductoribus eadem fieri Senatus & bonorum Reip. exitiosum fuisset. vinci autem improbos à bonis, fatear fuisse præclarum. si finem cum vicendi viderem: quem profectò non videbam. Vbi enim præda fuisset mihi aut tam fortis Consul, quàm L. Opimius? quàm C. Marius? quàm L. Flaccus? quibus ductibus improbos cives Resp. vicit armatis: aut si minus fortes, attamen tam iusti, quàm P. Mutius, qui armis, qua priuatus P. Scipio surripuerat, ea, Tib. Gracho interempto iure optimo sumpta esse defendit? Esset igitur pugnandum cum Consulibus. nihil amplius dico, nisi illud, Victoria nostra graues aduersarios paratos, interitus nullas vltores esse videbam. Hisce ego auxiliis salutis meæ si idcirco defui, quia nolui dimicare, fatebor id quod vis, non mihi auxilium, sed me auxilio defuisse: sin autem, quo meiora studia in me bonorum fuerunt, hoc ius, magis consulendum, & parcendum putauistis id in me reprehendis, quod Q. Metello laudi datum est, hodieque est, & semper erit maxima gloriæ quem, vt potes ex multis audire, qui tum affuerunt, amicissimi viri, constat bonis cessisse: nec fuisse dubium, quin contentione, & armis superiores esse posset. 7. Ergo ille cum suum, non cum Senatus factum defenderet, cum perseuerantiam sententiæ suæ, non salutem Reip. retinuisset: tamen ob eam constantiam, qua illud voluntarium

1 Argumentū est ex repugnantibus.

2 ἀπιζωῖς.

3 Argumentatur ex remotione finis cuius subiecta antè constituta sunt.

4 Rationē finis cōfirmat remotione facultatum & adiumentium eadem.

5 Concludit ex fine remotionem desinationum.

6 Addit argumentum exemplo. De Q. autem Metello Numidico vide orat. post red. ad Quir. & ad Senatum.

7 Proximum exemplum ad laudem suam accommodat, per collatiōē minorum.

luntarium vulnus accepit iustissimus omnium Metellorum, & clarissimus triumphus gloria laudo superauit. quòd & illos ipsos improbissimos ciues interfici nolui. & ne quis bonos interires in eadem cæde, prouidi: 1 ego tantis periculis propositis, cum si voluissem, interitus Reip. si vicissem, infinita dimicatio pararetur: committerem, vt idem perditor Reip. meminarer, qui seruator fuissem? Mortem me timuisse dicit, 2 ego verò ne immortalitatem quidem contra Rempublicam accipiendam putarem, nedum emori cum pernicie Reipu. vellem. nam qui pro Repub. vitam reddiderunt (licet me desipere dicatis) nunquàm mihi videntur eis 3 mortem potius, quàm immortalitatem assequutos putasse. Ego verò si tum illorum impiorum ferro ac manu concidissem, in perpetuum Resp. ciuile præsidium salutis suæ perdidisset. Quamquam si me vis aliqua morbi, aut natura ipsa consumpsisset: tamen auxilia posteritatis essent imminuta, quòd præmpti 4 esset mea morte id exemplum, qualis futurus in me retinendo fuisset Senatus, tumultus Romanus. 5 An si vnquam in me vita cupiditas fuisset, ego mense Decembri mei Consulatus omnium parricidarum tela commouissem? qua, si vigenti quinque dies, in aliorum inquilum Consulum recidissent. Quo mihi rem si vita cupiditas contra Rempublicam est turpis, certè multò mortis cupiditas mea turpior fuisset cum pernicie ciuitatis. 6 Namquòd te in Rep. liberum esse gloriatus es, id ego & fateor, & laetor, & tibi etiam in hoc gratulor: quòd me autem negastis, in eo neque te, neque quenquam diutius patiar errare. Nam si quis id circo aliquid de libertate mea diminutum putat, quòd non ab omnibus eisdem, à quibus antea solitus sum dissentire, dissentiam: primum si bene de

1 Reddita maiorum.

2 Arg. est à maiore ad min.

3 Ex contrariis priuantibus argumentatur, &

Παρρησία rhetorica adhibet ornatus gratia & amplificationis.

4 Ex cōsequentibus cuentis per hypothesin constituitur mortem sibi non fuisse optandam olim.

5 Ex repugnantibus effectis argumētatur eaque augetur minorum collatione.

6 Transit ad aliā obiectionem quā defendit ex subiectis & adiūctis ac fine.

mè meritiſt gratum me præbeo, non deſino incurrere in crimen hominis minimi memoris, nimiumq; grati: ſi autem ſine vllo Reip. detrimento reſtorio etiam aliquando ſalutem tam meam, tum meorum, certè non modò non ſum reprehendendus, ſed etiam ſi vnere vellem, hoc viri me, vt id ne facerem, rogarent. [1] Res vero ipſa publica ſi loqui poſſet, ageret mecum, vt quoniam ſibi ſeruiſſem ſemper, nunquam mihi, fructus autem ex ſeſe non, vt oportuiſſet, latos, & vberes, ſed magna acerbitate permixtos tuliſſem: vt eam mihi ſeruirem, conſulerem meis: ſe non modò ſatis habere à me, ſed etiam verari, ne parum mihi pro eo, quod tum à me haberet, reddidiſſet. [2] Quid, ſi horum ego nihil cogito? & idem ſum in Republ. qui fui ſemper? tamen tu libertatem requiret meam? [3] quam tu pauis in ea, ſi ſemper eam tuitus, quibuſcum aliquando contendimus, depugnemus, quod eſt longe ſecus. Stare enim omnes debemus tanquam in vrbe aliqua Reip. qui quoniam verſetur, eam deligere partem debemus, ad quam nouiſſimi vtilitas, ſaluſque conuerterit. [4] Ego autem Cn. Pompeium, non deo auctorem, duce, defenſorem ſalutis meæ: nam hæc priuatim fortaſſe efficiorum memoriam, & gratiam quærant: ſed dico hoc, quod ad ſalutem Reipub. pertinet: ego eum non tueor, quem omnes in Republ. principem eſſe concedunt? ego C. Cæſaris laudibus deſum, quas primum Populus Romanus, nunc etiam Senatus, cui me ſemper addixi, plurimis atque amplißimis iudiciis videam eſſe celebratas? tum hercule me confitear non iudicium aliquod habuiſſe de Reipub. utilitate, ſed hominibus amicum aut inimicum fuiſſe. [5] An cum videam nauem ſecundis ventis curſum tenentem ſuum, ſi non ea cum petat portum, quem ego aliquando proba

[a] Obliqua quædam. [b] Per collationem minorum ex maioribus. [c] Argumentum aduerſarij ne gat eam vim conſecutionis per ſe id antè diſſimilibus illuſtrat quorum antipodoſis augetur ſimilitudine. [d] Sibi abſtinendum Pompeij & Cæſari offendi ex ſubiectis quæ S. P. R. teſtimoniis iudiciis confirmantur. [e] Addit argumentum ex ſine auctum repugnantib. & ſimilitudine illuſtratū.

probaui, ſed alium non minus tutum atque tranquillum: cum tempeſtate pugnem periculoſe potius, quam illi, ſalute præſertim propoſita, obtemperem, & paream? Neque enim inconſtantis puto, ſententiam tanquam aliquod nauigium, atque curſum ex Reip. tempeſtate moderari. 'Ego verò hæc didici, hoc vidi, hæc ſcripta legi, hæc de ſapientiſſimis & clariſſimis viris & in hac Rep. & in aliis ciuitatibus monimenta nobis litera prodiderunt: non ſemper eaſdem ſententias ab iiſdem, ſed quaſcunq; Reipub. ſtatus, inclinatio temporum, ratio concordiæ poſtularet, eſſe defendendas: quod ego & facio. Lateren ſi, & ſemper feci: libertatemque, quam in me requiris, quam ego neque dimiſi vnquam, neq; dimittam, non in pertinacia, ſed in quadã moderatione poſitam putabo. [2] Nunc venio ad illud extremum, quod dixiſti, dum Plancio in me meritum verbis extollerem, me [3] arcem facere ex cloaca, lapidem è ſepulchro venerari pro deo. [4] neq; enim mihi inſidiarum periculum vllum, neq; mortis fuiſſe, cuius ego temporis rationem explicabo breui, neque inuitus, nihil enim ex meis eſt temporibus, quod minus [*] peruagatum, quàdque minus aut mea commemoratione celebratum ſit, aut hominibus auditum atque notum. Ego enim Laterenſis ex illo incendio legum, iuris, Senatus, bonarum omnium cedens, cum mea domus ardore ſuo deflagrationem vrbis, atque Italiæ toti minaretur, niſi quieuiſſem: Siciliam petiui animo, quæ & ipſa erat mihi, ſicut domus vna, communis, & obtinebatur à C. [5] Virgilio, quicum me vno vel maximè cum vetuſta amicitia, tum mea fratris collegia, tum Reſp. ſociarat. Vide nunc æquitatem temporum illorum: cum ipſa penè in ſala mihi ſeſe obuiam ferre veller, Prætor ille ciuſdem

[1] Confirmatur ſum ſententiam auctoritate Philoſophorum aliiſque adiunctis quæ diſſimili ratione augentur. [2] Redit ad principē quæ ſtionem vbi ad omnia reſpondit quæ ipſum obiecta fuerant. [3] Proverbij duo, de quib' Vide Iraſ. in Chil. [4] Iterum refellit remotionem ſubiectorum beneficij datiã Plancio ſed aliquotiens alius reperit narrationis initium. [*] peruulgatum

*Virginio, legendũ eſt Hic autẽ collega Q. Ciceronis Fratris fuit in Prætura. Vide lib. 1. Epiſt. ad Q. Fratrem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dem Trib. ple. concionibus propter eandem Reip causam sæpe vexatus, nihil amplius duo, nisi me in Siciliam venire nolui. Quid dicam C.* Virgilio tali viro, & viro benevolentiam in me, memoriam communium temporum, pietatem, humanitatem, fidem defuisse? nihil video: et est eorum: sed quam tempestatem non nobiscum non tulissimus, metuit ut eam ipse non posset opibus suis sustinere. Tum consilio repentè mutato, iter à Vibone Brundusium terra petere contendi; nam maritimus cursus præcludebat hyemis magnitudo. Cùm omnia illa municipia, quæ sunt à* Vibone Brundusium, in fide mea fuissent, * iter mihi tutũ multis minitantibus magno cum suo metu præstiterunt. Brundusium veni, vel potius ad mania accessi: verbemunam mihi amicissimæ declinandi, quæ se vel potius excindi, quàm è suo complexu ut eriperer, facilè patereatur. * In hortos me M. Lenij Flacci contuli: eorum enim metus, publicatione bonorum, exilium, mors proponeretur, hæc perpeti, si acciderent, malui, quàm custodiam mei capitis dimittere. Huius ego, & parentis eius prudentissimi atque optimi senis, & utriusque fidissimum manibus in manu tuta ac fidili collocatus, eorumque preces & vota de meo reditu exaudiens, * Dyrrhachium, quod erat in fide mea, petere contendi. Quo cum venissem, cognovi, id quod audieram, refertam esse Græciam * sceleratissimorum hominum ac nefariorum, quorum impium ferrum, ignésque petiisset meus ille Consulatus è manibus extorserat: qui antequam de meo adventu audire potuissent, cũ tum abessent, aliquorum dierum viam in Macedoniam, ad Plancianumque perrexi. * Hic verò simul atque me mare transisse cognovi: audi atque attende Laterensis, ut scias quid

* Virginio & C. Virginij fratum defensione dissimilibus eundem, quæ parium collatione cõsumantur.

1 Vibo agri Bruttij oppidum erat, 2 Vide libr. Epist. ad Att. 4 Exponit quocum operæ pretium fuit in Epirum ac Macedoniam transmiserit.

5 Dyrrhachiũ Epiri oppidum quondã Epidamnum dictum.

6 Conjectare intelligit in primisque Antronium, quo Cic. sæpe per Epi. lib. ad Att. 7 Hoc demũ loco narratio rem illam ac enumerat ad eandem. Cum memorat eas hyperbolicè quæ à Planclo acceperit.

quid ego Plancio debeam: confitear̃que aliquando, quæ faciam, me & grate, & pie facere: huic, quæ pro salute mea fecerit, si minus profutura sint, obisse certè non oportere. Nam simulac me Dyrrhachium attigisse audiuit, statim ad me litteribus dimissis, insignibus abiectis, veste mutata profectus est. * O acerbam mihi laud. memoriam temporis illius & loci, cùm hic in me incidit, complexi est, conspersitq; lacrymis, nec loqui pro mœrore potuit: ô rem cum auditu crudelem, tum visu nefariam, ô reliquas omnes dies, multósque eos, quibus ille à me non recedens Thessalonicam me, in * Quæstorium, perduxit. Hic ego nunc de Prætore Macedoniæ nihil dicam amplius, nisi eum & eundem optimum semper, & mihi amicum fuisse: sed eadem timuisse quæ cæteri. Cn. Plancium fuisse unum, non qui minus timeret, sed, si accideret ea, quæ timerentur, mecum ea subire, & perpeti vellet. Qui, cum ad me L.* Tubero meus necessarius, qui fratri meo Legatus fuisset, decedens ex Asia venisset, easque insidias, quas mihi paratas ab emulis conuratis audierat, animo amicissimo detulisset: in Asiam me ire propter eius præsentiam metum, & cum meo fratre* necessitudinem comparentem, non est passus. Vi me, quoquam, Planci & complexu suo retinuit, multósque menses à capite meo non discessit, abiecta Quæstoria persona, comitisque sumpta. * O exoriare tuus Cn. Planci miserat, ô flebiles vigiliæ, ô noctes acerbæ, ô custodiam etiam mei capitis infelicem! si quidem ego tibi vitam non prosum, qui fortasse mortuus profuissem. meminit enim memini, neq; unquam obliuiscar nocti illius, cùm tibi vigilanti, assidenti mœrenti vana quadam miser atque inanis, falsa spe ludibar: me si essem in patriam restitutum

1 Exclamatio qua & dolorẽ suum inclinare & iudicibus misericordiã mouere cõnatur. Arg. est ex subiectis quæ augentur minorum collatione.

2 Quæstorium. Quæstoris domus publica.

3 De hoc Tuberone Cic. lib. epi. ad Q. frat.

* Necis insidias comparatas

4 Exclamatio qua obliquam precatur à Iudicibus vitæ gratiã apud Iudices pro Planclo valentẽ

fitutus, præsentem tibi gratiam relaturum: si natum vitam mihi fors ademisset, aut vir aliqua major reditum præmisset, hos (quos enim ego tum alios animo intuebar) omnia tibi illorum labore parata pro me persoluturos. Quid me allectat quid mea promissa repetis? quid meam fidem implorat? nihil tibi ego tum de meis opibus pollicebar, sed horum erga me [1] benevolentiam promittebam: hos pro me luere, hos gemere, hos decertare pro meo capite, vel vita periculo velle videbam: de eorum desiderio, sollicitudine, querelis quotidie aliquid tecum simul audiebam: nunc timeo, ne nihil tibi præter lacrymas quam reddere, quas tu in meis acerbitatibus plurimas effudisti. quid enim possumus aliud, nisi mœrere? nisi flere? nisi te cum mea salute complecti? [2] salutem tibi iidem dare possunt, qui mihi reddiderunt. Hæc exurge tamen quæso, retinebo, & complectar, nec me solum deprecatorem fortunarum tuarum. sed comitem secumq; proferebor: atque (ut spero) nemo erit tam crudelis animo, tam inhumano, nec tam [3] immemor meorum non dicam in bonos meritorum, sed bonorum in me, qui à me meis seruatorem capitis dimellat ac distrahat. [4] Non ego meis ornatum beneficiis à vobis deprecor Iudices, sed eadem salutis meæ non opibus contendo, non auctoritate, non gratia, sed precibus, sed lacrymis, sed misericordia. meamque vos simul miserrimas & optimas obtestatur parens, & pro uno filio duæ matres deprecamur. [5] Nolite Iudices per vos, per fortunas vestras, per liberos, inimicis meis, his præsertim, quos ego pro vestra salute suscepi, dare lætitiam, gloriantibus vos iam obliti mei, salutisque eius, à quo mea salus conseruata est, hostes extitisse: nolite animum meum debilitare tum luctu, tum etiam metu

commu-

1 Significat sua salutis seruatæ memoriâ apud illos Iudices Plancio prodesse debere.

Ait se ab ei sedis ad cautiam.

2 Iterat eandem obliqua Iudicum commendationem ex facultatibus.

3 Hoc loco Plancii Ciceronis complexus fuisse videatur, ad vehementiorem misericordiam excitandam.

4 Deprecatio hæc loco recta & plena est ex subiectis & efficientibus.

5 Absolutionis Plancij finem fuisse & condemnandi consequentia euenta in commoda & tristitiæ offendit.